Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
10 G
6

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Aſsiſtentiæ Germaniæ.

MAGNES AMORIS EFFICACISSIME

TRAHENS COR HVMANVM AD IESV CHRISTI DILEctionem, & vitæ huius felicitatem.

EDITVS GALLICO IDIOMATE Anno 1631.

A R. P. STEPHANO BINET SOCIETATIS IESV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA V. EMANUELE

Iam autem

INTERPRETE

P. HENRICO LAMORMAINI, EIVSDEM SOCIETATIS SACERDOTE IN LATINVM TRANSLATVS.

VIENNÆ AVSTRIÆ,
Apud Mariam Rictiam Viduam, ad Lubecam.
ANNO M. DC. XXXVI.

Digitized by Google

[illegible]

Digitized by Google

REVERENDISSIMO

AC ILLVSTRISSIMO

DOMINO,

DOMINO

ANTONIO

EPISCOPO VIENNENSI,

PRINCIPI,

ABBATI CREMIPHANENSI,

Sacræ Cæſareæ Maieſtatis

FERDINANDI II.

Conſiliario intimo, &c.

DOMINO AC PATRONO

gratioſiſſimo, &c.

AIVNT olim auiculas, cùm ditius nihil haberent, ad magnificentiſſimũ Delphici Apollinis templum plumas attuliſſe: ego, PRÆSVL RE-

)(2 VEREN-

VERENDISSIME, ET PRINCEPS ILLVSTRISSIME, non plumas, ſed qui plumis longè præponderat, MAGNETEM tibi adfero; at non illum, qui trahit ferrum; ſed, qui corda, qui mentes & hominum voluntates (quin & ſuo modo etiam intellectum), perducit ad CHRISTVM, BEATVM & VLTIMVM HOMINIS TERMINVM. HVNC MAGNETEM, PRINCEPS ILLVSTRISSIME, ex aſſe debitum Celſitudini tuæ, illi inſcribo dedicoque: & hoc multis de cauſis.

I. Quia cùm ego aliquando MAGNETEM hunc ex Gallico idiomate factum latinum tibi inſinuaſſem, tu, vt in lucem pro bono communi daretur, OBLATIS EAM IN REM LIBERALISSIME SVMPTIBVS, hortatus es. Quo vel ſolo nomine, ſi alia deeſſent, totus quantus tibi debetur.

II. Quia ille idem Magnes iam dudum tuo pectori, non hominis, ſed indelebilibus S. Spiritûs characteribus inſcriptus, ad præfixum ſibi terminum, Chriſti videlicet perfectum amorem te videtur traxiſſe. Quod ex inſigni, inter alios, qui in te conſpectus

eſt,

Digitized by Google

eſt, tractu poteſt animaduerti. Is autem fuit, quando CREMIPHANIO ex SEDE ABBATIALI, ſuper quam, velut ſuper EVANGELICVM CANDELABRVM POSITVS, magno tùm illius tui Cœnobij augmento Spirituali æquè, ac temporali; tùm omnium, qui te nôrant, ædificatione, ita face tuarum virtutum præluxiſti, vt FERDINANDI II. IMPERATORIS SEMPER AVGVSTI CALCVLO abſtractus (eâ tamen non deſertâ) iudicatus fueris dignus, qui, ſuper aliud illo longè altiùs; nempe THRONVM EPISCOPALEM VIENNENSEM COLLOCARERIS. Dum VIENNENSEM dico, ſatis laudo. In eo enim SOLIO non homines ex triuio, non homines mediocri ſanctitate, & litterarum cognitione tincti: ſed ELECTI EX MILLIBVS, SED PRORSVS INSIGNI VITÆ SANCTIMONIA CONSPICVI; ET SCIENTIARVM LAVDE OMNINO SINGVLARES COLLOCANTVR. Hîc enim in oculis Cæſarum, in conuerſatione & cœtu hominum doctrinâ, Nobilitate, cæteriſque tùm animi, tùm corporis dotibus eximijs clariſſi-

morum aſſiduè verſandum eſt. *Ita autem* tu verſaris, vt & Cæſari (in cuius arcanis conſilijs vti es dignitate Princeps, ita etiam in ſententia dicenda tempore ac loco primus) ſis CHARISSIMVS; & tuis Diœceſanis, cùm ob alias Epiſcopo dignas virtutes, tùm maximè ob vigilantiam ſis VENERABILIS.

Atqui iſte eſt tractus MAGNETIS, qui & ſub tui nominis luce in lucem à me profertur, & qui cordi tuo inſculptus te trahit, & ire facit de virtute in virtutem; donec tu omnino tractus in SION, CÆLESTEM ſcilicet HIERVSALEM, ibi, vt in vltimo termino, videns DEVM DEORVM, in perpetuas æternitates conquieſcas.

III. Cauſa eſt, quia licet hic MAGNES ex ſe magnam habeat vim trahendi mortalium corda ad Chriſti amorem; tuis tamen auſpicijs in lucem editus, quis dubitat, quin longè maiorem ſit habiturus? Addo, quòd ſi fortè aliqua egeret tutela, auctoritate tua munitus, nullos reformidabit aduerſarios.

IV. Cauſa eſt, quòd ſit bonorum filio-

rum

Digitized by Google

rum omni, qui excogitari poteſt, honorē ſuos afficere parentes. Te ergo, cùm noſtrûm omniũ ſis PATER AMANTISSIMVS, & PASTOR VIGILANTISSIMVS, quidni omnes poſſibiles excogitem modos honorandi? Quod quidem hactenus me, vt potui, feciſſe, tùm Deo coram Deo pro te preces fundendo; tùm debita filij aduerſus PATREM obſequia deferendo, arbitror: ſed nunc idipſum, oblato hoc leuidenſæ munere Patri obſeruandiſſimo, toti mundo conſtare cupio. At paruum eſt, fateor: ſed ſolent PARENTES non tam dona filiorum æſtimare, quàm voluntates offerentium.

V. Demum & vltima, quin & præcipua cauſa, ſolaque ſufficiens (eſto omnes aliæ abeſſent) ob quam MAGNES hic AMORIS Tibi à me dedicari debeat, eſt, quòd ſingulari quidem vniuerſam Societatem amore complectaris; ſed is maximè ſe prodit, qui Te inducit ad Domum Profeſſam Viennenſem (cuius ego inutilis ſum alumnus) nouis ac nouis in dies accumulandam beneficijs. Quibus bene-

)(4 ficijs

morum aſſiduè verſandum eſt. Ita autem tu verſaris, vt & Cæſari (in cuius arcanis conſilijs vti es dignitate Princeps, ita etiam in ſententia dicenda tempore ac loco primus) ſis CHARISSIMVS; & tuis Diœceſanis, cùm ob alias Epiſcopo dignas virtutes, tùm maximè ob vigilantiam ſis VENERABILIS.

Atqui iſte eſt tractus MAGNETIS, qui & ſub tui nominis luce in lucem à me profertur, & qui cordi tuo inſculptus te trahit, & ire facit de virtute in virtutem; donec tu omnino tractus in SION, CÆLESTEM ſcilicet HIERVSALEM, ibi, vt in vltimo termino, videns DEVM DEORVM, in perpetuas æternitates conquieſcas.

III. Cauſa eſt, quia licet hic MAGNES ex ſe magnam habeat vim trahendi mortalium corda ad Chriſti amorem; tuis tamen auſpicijs in lucem editus, quis dubitat, quin longè maiorem ſit habiturus? Addo, quòd ſi fortè aliqua egeret tutela, auctoritate tua munitus, nullos reformidabit aduerſarios.

IV. Cauſa eſt, quòd ſit bonorum filio-

rum

rum omni, qui excogitari poteſt, honorē ſuos afficere parentes. Te ergo, cùm noſtrûm omniũ ſis PATER AMANTISSIMVS, & PASTOR VIGILANTISSIMVS, quidni omnes poſſibiles excogitem modos honorandi? Quod quidem hactenus me, vt potui, feciſſe, tùm Deo coram Deo pro te preces fundendo; tùm debita filij aduerſus PATREM obſequia deferendo, arbitror: ſed nunc idipſum, oblato hoc leuidenſæ munere Patri obſeruandiſſimo, toti mundo conſtare cupio. At paruum eſt, fateor: ſed ſolent PARENTES non tam dona filiorum æſtimare, quàm voluntates offerentium.

V. Demum & vltima, quin & præcipua cauſa, ſolaque ſufficiens (eſto omnes aliæ abeſſent) ob quam MAGNES hic AMORIS Tibi à me dedicari debeat, eſt, quòd ſingulari quidem vniuerſam Societatem amore complectaris; ſed is maximè ſe prodit, qui Te inducit ad Domum Profeſſam Viennenſem (cuius ego inutilis ſum alumnus) nouis ac nouis in dies accumulandam beneficijs. Quibus bene-

ficijs recenſendis, cùm omnibus nota ſint, nolo tua abuti beneuolentia.

Illud nunc ſolùm, Reuerendiſſime Præſul & Princeps Illuſtriſſime, reſtat, vt te obnixè rogem, vt hunc AMORIS MAGNETEM eo ſuſcipias AMORE, quo tibi à me, & tota Domo Profeſſa Viennenſi OFFERTVR. Et quia AMOR eſt MAGNES AMORIS, & idem amor, etiam Platone teſte, omnia poteſt: poterit & nos poſthac, vti hactenus, tuos clientes, & Te PATRONVM, & MAGNETEM NOSTRVM conſeruare. Idipſum tibi voluit accinere noſtra Muſa.

Fortiter à tenero cùm cuncta trahantur AMORE,
MAGNETIS dici nomine gaudet, AMOR.
Et liber hic, purum Chriſti qui ſpirat AMOREM,
A MAGNETE *etiam nomen habere poteſt.*
Quod tibi nomen erit Præſul? cùm geſtiat ad te
Ire, tui nimio victus amore, liber?
Tu MAGNES MAGNETIS *eris: nam vincitur à te,*
Qui te ſperabat vincere noſter amor.

Vt glorioſum nobis eſt, A TE, velut à MAGNETE, tot beneficijs & beneuolentia trahi; ita non minori hunc noſtrum Magnetem tibi emolumento futurum ſpero, ad per-

Digitized by Google

peruenienđum ad ÆTERNVM illum MAGNETEM, qui te poſt hunc vitæ curſum, nobiſcum (vt voueo) ad ſe, id eſt, OMNIS BEATITVDINIS TERMINVM trahere dignabitur. Amen, Amen.

Tuæ

Reuerendiſsimæ

Illuſtriſsimæq́;

Celſitudinis

Seruus in Chriſto

HENRICVS LAMORMAINI,
Societatis IESV Sacerdos.

Digitized by Google

APPROBATIO.

EGo Michaël Sumerecker Societatis IESV per Prouinciam Auſtriæ Præpoſitus Prouincialis, factâ mihi poteſtate ab admodum R. P. N. Mutio Vitelleſco Præpoſito Generali, facultatem concedo, vt Magnes efficaciter trahens ad amorem Chriſti, primò per Patrem Stephanum Binet, eiuſdem Societatis Sacerdotem Gallicè editus; nunc autem per Patrem Henricum Lamormaini ex eadem Societate Sacerdotem in Latinam linguam tranſlatus, & à ſæpius dictæ Societatis cenſoribus approbatus, typis mandetur, in cuius rei fidem has litteras manu noſtrâ ſubſcriptas, & officij noſtri ſigillo munitas dedimus. Viennæ Auſtriæ, die 13. Iulij, 1636.

Michaël Sumerecker.

IN-

Digitized by Google

INDEX CAPITVM MAGNETIS AMORIS.

CApitis I. pars 1. paragraphos habet 8. *Sacrificium Abrahæ, ſpeculum amoris Dei erga homines, & figura IESV Chriſti.* pag. 1

C. I. pars 2. §. 9. 17

C. I. pars 3. §. 6. 34

C. II. §. 1. *Quantopere IESVS Chriſtus, ob eximiam ſuam humilitatem ſit amabilis,* 45

C. III. §. 7. *De humilitate eius verborum & de vi & efficacia eorundem.* 48

C. IV. §. 8. *De ſenſu interiori animæ, & actionibus exterioribus humilitatis Domini noſtri IESV Chriſti.* 60

C. V. §. 16. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te, & quem miſiſti IESVM Chriſtum. Ioannis 17. Quod pulchritudo & Maieſtas*

Digitized by Google

ieſtas IESV Chriſti eundem infinito modò efficiat amabilem. 87

C. VI. §. 13. Secreta, abdita, incognita ac mabiliſsima Chriſti IESV vita, à 12. vſque ad 30. annum. 125

C. VII. §. 20. Exceſſus ineffabilis amoris Chriſti, & ſcala Iacob Patriarchæ. 151

C. VIII. §. 10. Quod profunda ſapientia, & aurea Chriſti eloquentia, infinito modo eum reddat amabilem & adorabilem. 177

C. IX. §. 11. Sola vis & potentia miraculorum IESV Chriſti ſufficiens eſt ad inducendum totum mundum, vt eum amet, ac adoret. 203

C. X. §. 7. De ſuauitate & manſuetudine Domini IESV, & quàm eæ virtutes illum faciant amabilem, & veluti cordium magnetem. De potentia ſuauitatis. 224

C. XI. §. 6. Perſonæ maximè illuſtres, maxima manſuetudine & clementia fuerunt prædita 234

C. XII. §. 11. De manſuetudine IESV Chriſti in verbis. 244

C. XIII. §. 13. Actiones & vita IESV plena

na

na manſuetudine plus quam materna. 260
C. XIV. §. 15. *Certamen inter Orientem & Occidentem, ſeu Eccleſiam græcam & latinam, quæ earum magis amârit Chriſtum, vel ſaltem, quæ melius & copioſius eundem laudarit.* 280
C. XV. §. 15. *Affectus & ſublimes conceptûs Patrum Eccleſiæ Latinæ.* 305
C. XVI. §. 18. *Nihil æquè reddit IESVM amabilem animo bene diſpoſito, atque exceſſus amoris exhibiti, & doloris tolerati ſanctiſſima Paſſione.* 333
C. XVII. §. 11. *Viſio animalium Prophetæ Ezechielis & S. Ioannis, ſunt ſpeculum amoris IESV Chriſti in venerabili Eucharistia.* 362
C. XVIII. §. 12. *Teſtamentum IESV Chriſti, & vltima ante paſſionem verba, ineffabili teneritudine referta, & prolata.* 392
C. XIX. §. 12. *Quo qualiq; amore à nobis amandum ſit verbum incarnatum.* 410
C. XX. §. 12. *Quot modis amoris cor ſincerum amare debeat IESVM Chriſtum Dominum noſtrum.* 426
C. XXI.

C. XXI. §. 13. *De potentia & fortitudine Saluatoris, quæ ſupra eum modum efficiunt amabilem, figurata per Samſonem viribus fortiſsimum.* 450

C. XXII. §. 14. *Defenſio IESV Chriſti aduerſus & contra omnes eius inimicos, figurata per Ezechielem inter ſcorpiones commorantem.* 476

Litaniæ de Cruce S. Chryſoſtomi. 504

EPI.

Digitized by Google

EPISTOLA DEDICATORIA AVCTORIS AD REGINAM.

SERENISSIMA REGINA, vt Tuæ Maieſtati hoc Opuſculum offerre auderem, duo me animârunt. I. eſt, quod in hoc mundo, nihil eo munuſculo eminentius, nihil gratius, nihil etiam vtilius REGIÆ TVÆ BONITATI offerri poſſe exiſtimârim. Felicitatem enim ipſam, & quidem huius vitæ vnicam adfero, & offero: ipſum ſcilicet Chriſtum, vel, ſi mauis, COR, ac ineffabilem AMOREM ipſius CHRISTI. qui eſt Rex Regum, ac electarum animarum beatitudo ſempiterna. *Hæc eſt*, inquiebat ipſe Chriſtus, die quodam ad Patrem æternum, *Vita æterna, Vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti IESVM Chriſtum.* Ioan. 17. v. 3. Non poſſum, SERENISSIMA REGINA, Tibi eximiæ Principi, in purgatorio huius vitæ conſtitutæ opulentius munus offerre; quàm eiuſdem vitæ felicitatem, in quâ vnâ & ſolâ, vbi eam adepti fuerimus, noſter animus ſuauiſſimè conquieſcit.

Eſther Regina dicebat, ac identidem repetebat, c. 14. v. 1. & ſeqq. *ex quo è priuato & quieto vitæ genere,*

)( )(

vere, ad diademata, ad gloriam, & thalamos Regios tranſlata & euecta eſſet, nunquam ſe lætatam fuiſſe, niſi in domino, auxiliatore ſuo vero & vnico; alia omnia ſibi deſipuiſſe, omnia oneri fuiſſe; omnia diſplicuiſſe, coronam Regiam, &c. placuiſſe autem cilicia; deteſtatam incircumciſorum cubile; contrà ſaccum, cinerem, ieiunia & luctûs, præ omnibus delicijs Regijs, & famulorum ac ancillarum obſequijs amplexatam fuiſſe. Tuam, Regina, pietatem vniuerſa admiratur Gallia, teque aliud nihil meditari ac quærere nouit, & fatetur, quàm mentis incolumitatem, animi tranquillitatem, & quam vnicam hæc habet vita felicitatem. Quæ eſt Pretiosvs Ille Thesavrvs in agro huius mundi abſconditus, Amor ſcilicet Christi. Qui vnicus eſt ſcopus, & meta tuarum cogitationum, verborum, atque adeo actionum omnium. Viſus eſt frequenter Chriſtus inter ſanctos coniuges, comitem Elzearem, & Delphinam, geſtaſſe album, inſtar niuis, liliũ, illudque in ſignum puritatis ijs obtuliſſe. Refertur quodam die ex corpore cuiuſdam hominis demortui, per os eiuſdem prodijſſe lilij florem, cuius radix & principium erat cor. quotquot hunc florem viderunt, aut de eo à dicentibus audiêrunt, non dubitârunt aſſerere ſignum eſſe eximiæ ſanctitatis: imò verò homini illi, ob ſingularem in Chriſtum amorem, conceſſum, vt ipſum Chriſtum in corde geſtaret. Eqvidem Serenissima Regina, dici poteſt & verè ita eſt: Iesvs Lilivm Paradisi, (cui volupè eſt

com-

commorari inter lilia) inter Regem, dominum ac maritum tuum longè honoratiſſimum, & chariſſimum; ac te, liliorum Reginam, ita ſæpe inuenitur, vt inter vos aſſiduè commorari videatur. Nec ibi indulget otio, ſed laborat, dum Regem (qui magis lilij, quam Ludouici nomine nuncupari meretur) & te optimam Reginam (quæ lilium & gemma Reginarum optimo iure dici potes) ſuauiſſimo amore continuè proſequitur. Atq; ſi verum eſt, vt veriſſimũ eſt (quia ipſiuſmet veritatis dictum eſt, quòd *ex abundantia cordis os loquatur*, Matt, 12. 34) quis negare poterit Chriſtum in corde ac cogitationibus vtriuſque veſtrûm inhabitare, cùm os veſtrum aliud non loquatur, quàm Chriſtum, & quæ ad Chriſti honorem ſpectare exiſtimatis? Et hoc eſſe paradiſum, & vnicam quam in mundo hoc habere poſſunt felicitatem optimi Reges, & gratioſiſſimæ Reginæ, aſſeuerare non dubito. Vnde hoc munus offerens, offero tuæ Maieſtati ſpeculum immaculatum, in quo ea Paradiſi conſpiciuntur & percipiuntur gaudia, quæ ſuâ valeant iucunditate omnem infelicis huius vitæ triſtitiam abſtergere & abolere; offero lapidem pretioſum, qui cordi applicatus omne pellit venenum nigricantium & turbidarum cogitationum; offero Regium florem, qui ſuaui odoris ſui fragrantiâ præcauet defectus animi ac deliquia, quæ continuè hac in vita, velut hoſtes acerrimi nos infeſtant. Exhibens ergo tuæ Maie-

ſtati Cor & Amorem Christi, omnia iſta ex-
hibeo, & longè plura, cùm id munus exhibeam,
quo ne totius quidem mundi homines, ſi con-
ſpirent ſimul, ditius, gratius Magnæ Reginæ,
Omni Virtvtvm Regalivm Genere Exor-
natæ, non dico exhibere reipſâ, ſed ne excogi-
tare quidem poſſe, affirmare audeo.

§ I. Quod me induxit ad dedicandum Maie-
ſtati tuæ hunc qualem qualem meum laborem,
eſt eiuſdem Maieſtatis tuæ benignitas ſingula-
ris. Careat enim oportet is oculis, qui excellen-
tium tuarum virtutum ac perfectionum deco-
ra non intueatur, aut, ſi ijs non careat, cor ha-
bere debet, quo omni cum veneratione te a-
met, os item, quo præclariſſimas tuas virtutes
euulget; manus quoque, quibus tibi præſtet
obſequia; ac demum vitam, quam tibi ex ani-
mo gaudeat poſſe conſecrare. Et hoc quidem
commune eſt vniuerſæ Franciæ: ſed ſingulari
vinculo obſtrictam ſe Nostra Societas ſen-
tit in animo, & quibus poteſt verbis, idipſum
profitetur. Illud autem vinculum, quo ſe tibi
ſingulariter obligatã agnoſcit, eſt, quod ſe à te
peculiari modo amari ſæpius experta eſt. Ne er-
go ea ingrati animi notam apud te incurrat, in
omnem intenta eſt occaſionem, vt veritati præ-
beat teſtimonium, & Serenitati tuæ Regiæ ſe
habere ac agere, quas poteſt ampliſſimas, hoc
etiam exiguo argumẽto oſtendat gratias. Nihil
autem pretioſius Societas Iesv offerre po-
teſt

Digitized by Google

reſt ipſo IESV, AMORE SVO, CORDE SVO, & potiſſimis medijs, quibus illa vtitur, vt animas ad ſe, & ad Deum trahat, quibusque vſa eſt ad MAIESTATIS TVÆ COR AD SVVM TRAHENDVM, & tractum ita arcto amoris glutino ſibi coniungendum, vt credat centies millies malle te eſſe Chriſti ancillam, quam Franciæ; imò totius mundi Reginam. Poſſem hic cõmemorare dicta & facta, quibus tũ me, optima Regina, tum hîc, tum Pariſijs honorare dignata es: ſed adeò vilis ſum homuncio, vt in hominũ conſiderationem venire nòn merear: ſatis mihi eſt, quòd non ſim ingratus; ſatis quòd pro virili coner viuos ac fulgentes Sereniſſimarum tuarum virtutum radios per Gallicũ cælum ac ſolum ſpargere; ſatis quod IESVM in ſinũ cordis tui collocare ſtudeã; ſatis quòd in hoc mundo tibi pandã Paradiſum, ad quẽ quãdocũq; libuerit, tibi patebit aditus; ſatis deniq; quòd te deueham ad portũ ſecurũ, in quo omnes aulæ procellas, & vitæ huius tempeſtates poteris euitare. Concludo, deprecans diuinam bonitatem, vt pretioſis ſuis theſauris Maieſtatis tuæ animam ita ditet, & exornet, vt quemadmodum potentem Reginam te in terris fecit, ita, debito naturæ perſoluto, magnam in cæli regione conſtituat heroinam, detq; tibi cor ſecundum cor ſuum.

Maieſtatis tuæ humillimus & fideliſſimus cliens & ſubditus

STEPANVS BINET, Societatis IESV Sacerdos.

PRÆFATIO AVCTORIS

Ad

LECTOREM.

TE volo ſcire, optime Lector, me hoc opuſculum aggreſſum, exſoluēdi voti causâ, quod in aliquo vitæ periculo ſolenniter Chriſto nuncupaui. Vnde cùm ex eo me periculo liberârit, & in eo me ſtatu repoſuerit, in quo, quod debeo; exſoluere valeo, ne ingrati animi notam incurram, illud perſoluo. Quam felicem me, Lector, exiſtimarem, ſi eam vim & efficaciam mea ha-

be-

berent verba, vt cor tuũ penetrarent in eoq́; tam tenaciter amorẽ Chriſti inſculperẽt, vt neq; mors, neq; vita impreſſos in eo amoris characteres vnquã delere poſſent. Cor Chriſti Ieſu, eſt cordium noſtrorum Paradiſus & felicitas; eiuſdẽ amor, eſt flamma, quæ beatas inflammat animas. Eius ſuauitas eſt aër, & elementũ fortunatarum animarũ. Nunquam eris infortunatus quãdiu amabis Chriſtum, nunquã eris etiam fortunatus, quamdiu cor tuũ non erit ſecundum cor Chriſti. Eum, amice Lector, vnicè oro, vt ita cordis tui ſinum amoris ſui iaculis configat, vt aliâ non occumbas morte, quã ſagittis eius amoris confoſſus:

Vale.

APPROBATIO.

NOs ſubſcripti Doctores in Theologia, in ſacra Facultate Pariſienſi, teſtamur in libro R. P. Binet de Societate IESV, qui nuncupatur Magnes efficaciſſime trahens cor humanum ad IESV Chriſti amorem, & vitæ huius felicitatem, nihil nos reperiſſe, quod conforme non ſit fidei, & pietati Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, & Romanæ, quodq́ dignum non ſit lectu. Actum Pariſijs, 13. Iulij, 1631.

Frater Mauritius Brachel.
Doctor Regens.

Fr. Claudius Cochey.
Doctor Theologiæ.

Index rerum & verborum eſt in fine operis; ſicut & errata, quæ poſſent remorari Lectorem tantum.

SA-

Digitized by Google

SACRIFICIVM ABRAHÆ,

Speculum amoris DEI erga homines, & figura IESV CHRISTI.

CAPITIS I.

PARS I.

SPECVLVM, in quo præcipua vitæ Chriſti acta, velut penicillo quodam exprimuntur; & TABELLA, in qua ineffabilis æterni Patris bonitas conſpicitur, eſt hiſtoria de Abrahamo, & Iſaaco eius filio. Solenne erat primis Chriſtianis hanc tabellam in ſuis domicilijs, velut antidotum aduerſus omnia mala, quæ homini in hac vita euenire poſſunt,

Digitized by Google

appenſam habere. Nec immeritò, intuitus enim, & exemplar tam viuæ & generoſæ OBLATIONIS filij ob oculos poſitum, adeò hominem diuinis imbutum præceptis animat ad omnia forti animo perferenda, vt nullum non ſuaue credat ſupplicium, dum attentè hoc conſiderat ſacrificium.

Vnde cui propoſitum eſt, quantum eſt fas homini, æterni Patris, in eo quòd Filium ſuum det mundo, in eiuſdem mundi redemptionem, amorem cognoſcere; item qui cupit filij perfectiones velut in aliqua tabella, graphicè & ad viuum expreſſas videre, eidem inſiſtendum & inhærendum eſt attentæ mentis conſideratione ſingulis verbis hiſtoriæ, eademque in intima pectoris penetralia admittere, & admiſſa in ſuccum & ſanguinem redigere. Cuicunque ergo eſt animus addiſcendi artem perfectè Deo ſeruiendi, ſciat oportet quid egerit Abraham, & quid paſſus fuerit Iſaac. Et ſic ſe ijs conformando, vitam ad eorum normam inſtituat ſuam. Ea enim rectiſſima eſt via ad ſanctitatem incolarum cæleſtis domicilij citò acquirendam.

Digitized by Google

I. §. Hæc ſunt ſacri textus verba formalia: *Tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham. At ille reſpondit: Adſum.* Gen. 22. v. 1. Nullum eſt verbum, ſub quo non lateat ingens theſaurus, ſi probè effodiatur terra: Iudith. 8. 22. nullum, inquã, quo non cooperiatur aliquis adamas cæleſtis, & myſteria ſummæ profunditatis. *Deus*, inquit textus, *tentauit Abraham*, cùm dicat S. Iacobus à Deo *neminem tentari*. I. C. V. 13. Quis ergo modus duo iſta Scripturæ loca, quæ ſibi inuicem opponi videntur, conciliandi? Deinde ſi tentare volebat Deus, ab Abrahamóne ſingulari ſuo amico ſumendum illi erat principium? A malis vtique ſumendum videretur, qui nullam non merentur tentationem & cruciatum; at verò ab Abraham, quem amat vt pupillam oculi, qui iuxta cor ei ſeruit, & die ac nocte ſummè eſt ſolicitus, ne vel latum vnguem ab ipſius declinet mandatis, vt Deus talem tentet? talem affligat? vt fatear, quod eſt, hoc non parum me reddit attonitum. An forte id accipiendum eſt, vt alibi dixit Moyſes: *Nolite timere: vt enim probaret vos, venit Deus, & vt terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis.* Exod. 20. v. 20. Quod eſt dicere: Voluit Deus ſibi con-

ſtare, an ex toto corde ſe amaretis, an verò amor veſter eſſet inſtar verborum in aërem miſſorum, quæ diſſipantur & aſportantur à vento.

II. *Abraham, Abraham.* Quid ſibi vult Deus præter morem ſuum eandem vocem iterando, cùm alibi dicatur, *ſemel loquutus eſt Deus?* an forte hac eiuſdem verbi reduplicatione, indicare vult, quòd res moram non patiatur? Vultné mentem Patriarchæ concutere timore? vt ſeriò ſe applicet executioni iuſſionis diuinæ, mox apertis verbis indicandæ, dum præter ſuum ſolenne idem repetit? an forte id tribuendum eſt abundantiæ amoris Dei, cui non eſt ſatis fideles ſuos famulos ſemel nominaſſe? an quia omnia relinquenda, omnia diffringenda, vt omnibus remotis obſtaculis celeri alarum remigio voles ad exequendum Dei mandatum? An forſan vt oſtendat, Deo aliquid ſeriò mandante, non eſſe excuſationi vel tergiuerſationi locum? Vnde ſanctus Patriarcha, vt palam faciat ſe promptum eſſe ad obſequendum voci diuinæ, continuò reſpondet: *Adſum.* Tu quidem, o bone Abraham, præſtò es ad iuſſa capeſſenda, ſed cùm ignores quid

Digitized by Google

tibi ſit demandandum, caue ne præcipites promittendo aliquid, cuius poſtea te pœniteat, & exequi ſubterfugias. Putasné ſapientiam humanam, quæ ſuggerit expedire, vt mandatum expreſsè dandum potius expectes, datumque ponderes, ac deinde tui quid valeánt humeri, quid ferre recuſent, examines, ac tandem quid Deo reſpondere dignum ſit, maturè iudices, prorſus reijciendam? omnino, inquiet Abraham, reijcienda eſt: vbi enim Deus loquitur, taceat oportet homo; vbi Dominus iubet, obtemperet ſeruus: non debet in dubium reuocare creatura, quod decreuit creator: ſed quæcunque mandauit, promptè & integrè exequi debet, eſto ei moriendum eſſet exequendo. Etenim neminem credo eò deueniſſe inſolentiæ, vt Dei decretis audeat contrauenire. Dicendo ergo: *Adſum*, dicit quod ſanctus Paulus dicebat: *Domine, quid me vis facere?* Act.9.6.
& quod Iſaias: *Ecce ego, mitte me.* Et quò Iſa.6.8.
obſecro? ad vitam, ad mortem, ad cælos, ad inferos, ad orientem, ad occidentem, ad honores, ad horrores, nihil moror, vadam, modò quod fieri vis, faciam; & tu mecum ſis *adiutor fortis, manusque tua* Pſa.70.7. & 88.14. & 22.

Digitized by Google

auxilietur mihi, ac brachium ſanctum tuum in meis me neceſſitatibus confortet cum potentia.

III. *Tolle filium tuum Iſaac*, tota mente atque omnibus artubus contremiſco; an ſimiliter contremiſcat Abraham, ignoro: malum hinc euenturum præſentio, cur non potius tollitur Iſmaël, quando & paternâ domo propediem expellendus eſt? vel potius quiſpiam è filijs ſeruorum? Quid attentatur circa innocentem Iſaac? cuius forma ac ſpecies egregia ſuperat omnem agri ac dierum veris pulchritudinem, quin & probitas proximè ad Angeli cuiuſpiam bonitatem accedit, qui vnica eſt ſpes poſteritatis, qui vnicus eſt oculus Patri, & vnicum matri in hoc mundo ſolatium. Quid amabò, cogitat Deus hoc tam ſancto Patre, & vnico eius filio facere?

IV. *Tolle filium tuum, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum.* Quot verba, tot verbera, tot pugionum ictus, tot iacula cœlitûs immiſſa afflicti huius Patris cor confodiunt. Aliquidné putas fuit in Abraham, quod, naturâ concurrente, omni omnino affectu paterno vehementer commotum non fuerit. Hæcné fors ſecum locutus fuerit, aut adminus eius mentem ſubierint? Domine,

Digitized by Google

mine, cùm dicàs te abominari omne ſacrificium, quod ex corporibus humanis offertur, quî intelligere debeo, quòd me meum iubes offerre filium? Deinde, non reperiuntur alij in mundo carnifices, qui miſerum iſtum ac innocentem iugulent agnellum, ſi iugulandus eſt? Egoné ex Patre effici debeo carnifex, & quidem filij mei vnigeniti, qui nullum commiſit crimen? quæ te, Domine mi, ſententia vertit? quî tua ſeruas promiſſa, imò iuramenta? *Iuraſti enim per temetipſum*, futurum, vt *benedicas meæ poſteritati*, vt vocetur Gen. 22.
mihi ſemen in Iſaac, vt ſim futurus, me- 13.
diante Iſaac, in gentem magnam, & in eo benedicendæ ſint omnes nationes? Et nunc iubes, vt proprijs eum tibi manibus immolem? Mi Domine, mi Deus, quid dicet mundus, ſi notârit tua facta dictis non reſpondere? promiſſa vacillare? quis in poſterum volet tibi ſeruire, audiens quòd tam durè tractes Abraham, quem, ſi ab vllo, à te amari arbitrantur omnes, à quo viciſſim tibi fidelia exhiberi obſequia, nullus neſcit? Nullamné rationem habebis nominis tui, gloriæ, & bonæ exiſtimationis, eſto pauperculi tui ſerui Iſaac nullam habendam

Digitized by Google

putes? Ecquid reſpondebo Iſaac ſciſcitanti. cur ſibi auferam vitam? Si dixerit, Pater mi, quid hoc? Ergoné me docuiſti huiuſmodi Deo inſeruire, qui tali mercede fideles ſuos remunerat ſeruos? Ecquid ſeuerius, quid acerbius, quid luctuoſius ac difficilius vel maximis ſuis inimicis mandare poſſet? Equidem, Pater mi, me hactenus à te amari credebam, ſed vel fallebar, vel amor in odium repente verſus ſit oportet, quandoquidem mihi filio tuo vitam eripere meditaris. Eheu! qua in re, optime genitor, te offendi? vel ſi te non offendi, ſed, Deo mandante, filium Pater priuas vitâ, qua noſtra tam graui contra Deum culpâ deliquimus, vt tam ſeuerum tibi det decretum, tam deteſtabile mortis ſupplicium in me ſtatuat, quod vidente ſole, mundo ſpectante, tu Pater, mihi gnato tuo crudeli enſe, & inhumano inferre brachio paras? Summe Deus, quid reſpondebo puero, hæc, & his ſimilia percunctanti? Sed & quid Saræ eius matri dicam, & quid illa mihi; iſto facinore tam crudeli perpetrato? *Riſit* illa præ gaudio, audita ab Angelo promiſſione iſtius filij, & natum nominauit Iſaac, quod

Gen. 18. v. 10. & 11.

quod eſt gaudium, & quæ exultatio eius animæ, ſi mori debeat filius? Ecquis modus vt eo mortuo viuat mater? Quorſum, inquiet illa, tot cæremoniæ, quorſum tres Angeli ad nos directi, qui eius indicarent natiuitatem, ſi velut beſtia quæpiam erat iugulandus, & ipſi Deo, à quo tam magnificè promiſſus eſt, in cruentum & lamentabile ſacrificium erat offerendus? quaſi verò aliud non eſſet in mundo, quod ad Dei aras immolaretur, præter Iſaac, filium Abrahæ, intimi amici, & ſerui adeò ipſi fidelis, vt parem ſub ſole non ſit reperire? Mi Deus, quid ad hæc dicam? & quis modus abſtergendi & exſiccandi lacrymas, quas hi duo oculi, velut duo torrentes aquam, profundent?

V. Abraham nihil horum queritur: ſed pleniſſimè ſeſe ſubijcit legibus diuinis: ſat illi eſt, quod Deus ita velit, non vult ſibi adferri rationes, amore loquente: neque rationis, ſed ſubiectionis vult eſſe filius. Longi diſcurſus & acutæ ratiocinationes relinquendæ ſunt, inquit, Philoſophis, & mundi huius filijs; filijs autem Dei, ſimplici Dei verbo acquieſcendum eſt, ſtatutum & decretum ei ſemel

mel eſt, adimplere ſemper quidquid Deus à ſe requirit. Vnde de eo dicit Apoſtolus: *Fide obtulit Abraham Iſaac, arbitrans quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus.* Hebr. 11. 13. 19.
Nihil, quod à Deo proficiſcitur, poteſt cor in Deo fixum & firmatum perturbare, multò minus à recto diuertere. Quid, inquiebat, terquinerſer Iſaacum Deo ad ſacras aras immolare, qui ſi vel vnum millionem filiorum haberem, eos omnes paratus ſum Deo creatori, cuius propriæ ſunt omnes creaturæ, ſacrificare? Quid? Et meipſum, ſi eius ita videretur Maieſtati, ſacrificarem: Et religioni mihi ducam, filium illi meum clarè id mandanti offerre? Maiorné illi accidere poteſt felicitas, quàm ſi vniuerſorum creatori ac domino immoletur? Quid? Meliusné vnquam filio meo proſpicere potero, quàm ſi repoſcenti Deo, qui eum dedit, reddidero? Credo equidem Angelos aduerſum Iſaac tali morte occumbentem magis commouendos ſanctâ quâdam inuidiâ, quàm commiſerationis affectu, ac proinde magis etiam meam fidelitatem ſuſpecturos, quàm iacturam ex morte filij deploraturos. Perquam dolerem, ſi Deus ad hoc holocauſtum &
odo-

Digitized by Google

odorem ſuauiſſimum ſibi offerendum, aliâ, quàm meâ vteretur operâ: totum quod in mundo eſt, ex Deo eſt; quod autem eſt, Dei eſt; quod Dei eſt, ad Deum debet, tanquam ad originem, referri: quin & nimiùm felices, me Patrem, & Iſaac filium arbitror, quòd illum pro victima, & me pro ſacerdote in exiguo hoc ſacrificio dignetur acceptare. Mihi reuelatum eſt, futurum vt Deus Pater olim ex meo ſemine det filium, quem ipſe Pater volentem & lubentem in ara crucis pro mundi redemptione eſt oblaturus. Vt video, futuri iſtius ſacrificij debeo eſſe figura, & Pater terreſtris repræſentare amorem Patris cæleſtis, atque Iſaac hominis filius, obedientiam filij Dei; ipſum autem ſacrificium typus illius, quod aliquando in hoc eodem monte pro humani generis redemptione offeretur. Orig hom 8. in Gen.

O Deus, quanta tua iſthæc eſt erga me benignitas, & quantum me tibi debere ſentio, quòd tanto honore me dignaris? Nota, prudens Lector, iſtius Patriarchæ ſermonem, & ſuſpice cordis puritatem vix vlli ſecundam. Quid ad hæc dicemus? quam querendi vlla in re cauſam prætendere poteri-

terimus? Audebimúſne nos Dei famulos exiſtimare, & nominare, ſi ad minimam, quæ in eius occurrit ſeruitio, difficultatem contremiſcamus, & animo frangamur?

Λάβε τὸν υἱόν σου, τὸν ἀγαπητόν.

Et hoc ſecundum.

VI. *Tolle*, inquit ſacer textus, *filium tuum dilectum, quem diligis Iſaac.* Nónne ſatis erat dicere, *tolle filium tuum*? quid neceſſe fuit addere, *dilectum*? Eſtne Pater quiſpiam, qui non diligat filium, quando & ipſa tigris beſtiarum ferociſſima, adeo ſuum diligit fœtum, vt moriatur potius ipſa, quàm in mortis periculo conſtitutum eum deſerat? Sed hoc concedatur: Quid opus fuit addere quaſi pro quodam auctuario, *dilectum, quem diligis Iſaac*, torquendúſne erat tribus martyrijs, & martyrizandus tribus ſupplicijs? Ad quid tot, tanta cum teneritudine accumulãtur verba, *filium dilectum, quem tu diligis, Vnigenitum*? Eheu! Satíſne iſta videri poſſunt virium habere ad diffringendum cor optimi Patris in partes innumeras? Quid myſterij hîc latet, quandoquidem nihil facit Deus abſque profundis oppidò myſterijs. Examina momenta, & pondera aſſultus duræ ac rigidæ iſtius tentationis, quâ velut obſidione

ne quapiam arctiſſimè premitur cor Patriarchæ. Tibi ſecreta pando. His teneris ac ſuauiloquis vocibus toties prolatis & repetitis, huius recordationis memoriâ, quâ Abrahæ pectus effodit, vult excitare omnes paternos affectus, qui in Abraham reperiuntur, vult omnia eius viſcera commouere, & ſusque deque vertere, vt renouatio amoris paterni, grauitate & torpore obſtupeſcere faciat brachium, quod Iſaaco ceruices à capite, cruento enſe debet diuellere; vt quò maiorem ſentiret Abraham in ſe aduerſus filium amorem, eò magis horreret eum occidere. Hoc autem totum erat quoddam Dei ſtrategema, volentis concitare omnem militiam carnis, ad rebellandum contra ſingulas animæ potentias, præſertim verò contra fidem ſancti Patriarchæ, & duos exercitus contra eundem excitare: Vnum quidem virtutis, qui pro Deo, proque eius placitis pugnaret; alterum autem amoris, qui ex pura natura ducit originē, ad defendendum Abraham, ne filium vnigenitum, ex cuius vita omnis incolumitas Patris & forttuna dependebat, perderet. Ad me quod attinet, ſummopere miror, ſi

ſan-

ſanguinem & aquam ex præſentis rei, quæ gerebatur, apprehenſione non ſudârit, vt ſudauit poſtea Chriſtus in ſimilibus anguſtijs conſtitutus, quando à partibus animæ, ſuperiore & inferiore redactus fuit in agoniam, & crudelem paſſionis pugnam.

VII. Eheu! quamobrem adijcit Deus: *Vnigenitum?* Hoc enim adijciendo, videtur quaſi ſternere viam ad deſperationem; ſi filijs abundaret, vnum alterúmue illi offerre, ferendum videretur, quia reliqui eius ſenectutem, & ſpem poſteritatis ſuſtentare poſſe crederentur; at verò cùm ſit vnigenitus, à quo vnico expectatur ſucceſſio, eum illi eripere, & tanto cum doloris ſenſu ad memoriam reducere. Vt, quod eſt, fatear, non ad emolliendum, ſed ad conterendum, & in partes diſſecandum cor Leoninum, & adamantinum, ne dicam hominis, & Patris etiam generoſiſſimi ac fortiſſimi, qui vnquam fuerit, ſatis hoc eſſe, nemo dubitabit. Summum, quod ſummus eloquentiæ humanæ apex effari & attingere poteſt, eſt, quod Pater æternus Filium vnigenitum dederit mundo. Et hoc poſſibile eſt apud Deum, in cuius

manu

manu omnia ſunt poſita: ſed quis in animũ inducet ſuum, quòd homo imbecillis valeat præſtare, id quod præpotens Deus? Vnde cùm id Deus ipſe ab eo grauiſſimis exigat mandatis, & iteratis requirat verbis, nónne poſſet videri anſam præbere deſperationis, vel ad minus inauditæ hactenus triſtitiæ? Optime & ſapientiſſime Deus, quàm rectè dictum eſt, quòd *iudicia tua ſint abyſſus multa*, quæ neque principium, neque finem vllum habent! Quamdiu mundus ſtetit, vſque ad præſens momentũ, nihil tale mandatum eſt à te, & cum tot aggrauantibus circumſtantijs; non enim audeo dicere intempeſtiuis & moleſtis, quia quicquid à te proficiſcitur, adorando, & non contradicendo excipiendum eſt.

VIII. Sed necdum tentationis finis; addit enim: *Tolle filium tuum dilectum vnigenitum quem diligis Iſaac.* Domine mi, ſi licet loqui, credíſne Abraham obliuioni tradidiſſe nomen ſui filij, & filij, quem tam tenerè diligit, filij vnigeniti? quid opus eſt, id illi ob oculos ponere, & nouo fulminis ictu eius pectus perfodere, exprimendo *filium*, qui ad necem depoſcitur, *eſſe Iſaac*? Venítne fors in mentem time-

re,

re, ne callidè, loco Iſaaci ſubſtituatur Iſmaël? vel certè, ſtat animo omnes promiſſiones in perſona Iſaaci factas in memoriam reuocare, vt deſperatio eius occupet mentem, & vt vno temporis momento videat omnem proſperitatem, iucunditatem, & ſpes omnes ſeminis ſui, & domûs in immenſùm augendæ concidere? Nihil magis terret bonum Patrem, quàm cernere oculis filium morientem. Et quando eò calamitatis deuenitur, vt filius mortem ſubire cogatur, omnia inſtrumenta, quæ quoquo modo necis indicia eſſe poſſent, ſtudiosè ab oculis remouentur, ne parentum animi dolore opprimantur. Paſſim caues veteri lege, ne mater & filius ſimul tibi immolentur, *ne hædus coquatur in lacte matris*: Et tamen tu hic contrarium agis, nominando enim Iſaac, & Abraham; filium gladio, & afflictum Patrem ſine fine multiplicãdo verba, quouis gladio acutiora, horribili fulminis ictu penitus obruis. O Deus, quàm fidelis, quàm pretioſus vir, quàm ſanctus eſt iſte Patriarcha! quale ei ineſt cor! auro eſt ſolidius, & anima qualis? dicam plus quam adamantæa: qualis fides ac fide-

Exod. 23. 19. Deut. 14. 21.

litas

litas erga te! quàm pura mens, & quàm ſincerus amor! quot Patres, quot Matres horrore ad iſta verba correpti, exanimes corruiſſent! hic autem vitæ ſanctimoniá nulli ſecundus, ne verbo quidem vno ſuum indicat dolorem. An in vultu mutet colorem, non conſtat, conſtat autem eius cor ſtare intrepidum, & animi conſtantiam eſſe inconcuſſam.

CAPITIS I.

PARS II.

I. §. STATVTVM iam eſt ac decretum; ſola ſupereſt rei executio. quæ vt difficillima eſt, ita & ſummus perfectionis apex eſt: vt verum fatear, nihil eſt facilius, quàm pulchra & aurea dare verba; nihil faciliùs, quàm plurimas, easque pulcherrimas cogitationes animo concipere, ſed conceptas parere, & in lucem edere, hic labor, hoc opus eſt: ſereniſſimus perſæpe eſt ſol orientalis, meridianus autem non raró obſcurus ac nubilus; occidens verò penitus noſtris fugit ab

oculis: Ita omnino noſtris euenit virtutibus. At verò Abrahami prorſus *contrarium* ſemper enim fit admirabilior, ſemperque *vſque ad diem perfectum creſcit.* Vnde hiſtoria Dei verba ad Abraham loquentis referre pergit: *Vade in terram viſionis, atque ibi offeres in holocauſtum, ſupra vnum montium, quē monſtrauero tibi.* Nota, Lector, I. montem, de quo hic eſt ſermo, eſſe *Moriam* vicinum Caluariæ, vbi olim, Chriſto ſupplicium crucis ſubeunte, maxima myſteria peragentur.

Nota II. quomodo Deus in exercenda, & ſeriò tentanda virtute afflicti Patris delectari videatur. Poterat enim ſacrificio huic offerendo vallem quampiam, aut collem domui vicinum deſignare; poterat & illò, quò eum miſit, cum Iſaaco mittere, ac ibi primùm ſuam de Iſaaco ſibi ſacrificando, (omiſſo triū dierum cruciatu) voluntatem declarare. Peſſimum autem illud videtur, quòd dolorem, qui maximè bonum affligit Senē, profundo incluſum ſinu, exterius ipſe non audeat manifeſtare. Et hoc ideò, vt die ac nocte ſanctum Patriarcham intimo excruciaret dolore, & triduo integro, dum triſtem hanc animo

volu-

Digitized by Google

volueret cogitationem, incluſus dolor eius viſcera depaſceret, præiensque tragœdiam imaginatio, velut præludium aliquod, omni momento Iſaacum membratim diſſectum ob oculos ſtatueret. Et hoc ea de cauſa, vt eius fidelitatem & animum experiretur. Millies vt filium moriendo præiret, ſi Deo ita placeret, optauit Pater; millies à Deo ſe filium, & poſteritatem petijſſe eum pœnituit.

II. Quid videtur? nónne omnia iſta potius illuſionem Satanæ, quàm veram Dei, vel boni Angeli, viſionem cogitare poterat ac dicere? Res tam abhorrens ab omni humanitate, vt ſit à Deo, cuius natura eſt bonitas, fierine poteſt? Qui imperium habet in omnes creaturas, qui inimicorum ſuorum filijs largas impertit benedictiones, vt filium vnigenitum ſummi, quem habet in terris, amici ad crudeles aras, vt ſibi immolari curet, quis credat? Nónne id diuinis apertè repugnat legibus, quæ ſacrificia ex humanis victimis deteſtantur, & ſub pœna mortis prohibent? nónne aperta videtur iniuſtitia, ſi innocenti & vnigenito filio Pater (qui non putat ſe tam grauiter Deum læſiſſe, vt talem meruerit pœ-

Digitized by Google

nam) eripiat vitam? Repeto, eſtné credibile, quòd Deus tam bono Patri, impe-ret proprijs manibus ſibi immolari filium, quod ne tigres quidem & apri, ſint licet naturâ feroces, facerent? Tandem

Gen. 9. 6. nónne Deus ipſe dixit: *Quòd, quicunque fuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus eſt homo?* Ecquis vnquam Deum Patrem melius, quàm Abraham; ecquis eiuſdem Dei filium propius, quàm Iſaac repræſentabit! Et tamen non Deus Pater filium ſuum crucifixit, ſed carnificum barbariei & crudelitati cruci figendum reliquit. Et interim vt Abraham proprium è medio tollat filium requirit. Quis ergo non Diaboli potius ſuggeſtionem, quam Dei inſpirationem iudicabit? O ſumme Deus, quàm admirandus eſt iſte Patriarcha? Eheu! & quid ſumus nos tanto Patri & tali viro comparati! Horum nihil illi venit in mentem, vel ſi ſimile quippiam venit, vt tentationes ab inimico ſuggeſtas continuò reijcit; & recta ad locum ſibi à Deo deſignatum pergit. Multùm equidem diligit filium, ſed Deum, qui & Patris, & Filij eſt Dominus, centies millies magis diligit. Nunquam, in-

inquit diuus Chryſoſtomus, *ſimilis viſus eſt ſancto huic ſeni, qui omnes conatus & molitiones tam generosè oppugnet & expugnet.* Fides comprimis viua triumphat de amore Patris viuaciſſimi: & dimidia pars eius ſanguinis fidelis Deo, alteram dimidiam partem (quæ eſt pietatis paternæ) exarmat & vincit generosè: quin & doloris gladius cor eius ſecat medium: ſed pars Deo deuota, partem charo Iſaaco reſeruatam facilè ſuperat.

III. Quando Deus vult quempiam probare, probat ſeriò: trium autem dierum hic aſſignat iter: vt intra illius temporis ſpatium millies diffindatur cor amantiſſimi Patris, qui ſingulis diebus prandium & cœnam pariter cum chariſſimo filio Iſaac ſumens, tot pugionum ictibus cõfodiebatur, quot iteratis vicibus Iſaac dicebat, *Pater*, & Abraham, *Fili*, noctu in Patris ſinu recumbebat filius: eorum per viam quis fuerit ſermo, quis enarrabit? Eheu! quale cordolium deſolato Patri eſſe debuit? Dolor enim incluſus, quaſi veneno tumens, in duplum augeſcit. Spiraculum autem nactus, per quod euaporare valeat, multùm remittit. Hoc autem in itinere cùm Abraham

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ita eſſet conſtitutus, vt ne ſuſpirare quidem, aut alio ſigno prementem in animo dolorem edere auderet, quantum ſupplicium ſuſtinuiſſe credendus eſt? *Stratum ducit aſinum, ligna'q; holocauſti imponit ſuper Iſaac.* Dum is pergit lignis onuſtus, nónne IESVM cruce oneratum diceres? *Pueros cum aſino iubet expectare:* ipſe ingenti ſe accingit gladio, dubito an non fallente manu, nec valente eum cinguli fibulæ annectere, ter ceciderit ad terram. mihi certè hæc ſcribenti, ex ſola imaginatione afflicti Patris, & corde copioſius erumpit ſanguis.

Gen. 27. v. 5. IV. *Dixit ad pueros ſuos, expectate hîc cum aſino; ego & puer illuc properantes, poſtquam adorauerimus, reuertemur ad vos.* Ficténe & fucatè hæc dicit ſeruis, vt ſuum tegat martyrium? Si enim credat filium à ſe Deo immolandum, quo veritatis argumento poteſt dicere: *Reuertemur ad vos?* An fortè id dicit, quia firmiſſima fide tenebat, quòd ex cineribus combuſti Iſaac eundem continuò Deus eſſet reſuſcitaturus; vel quippiam aliud facturus, quod nulla humana coniectura aſſequi valeret: vel denique, quia iſta omnia, quæ circa ſe agebantur, tegi velo

impe-

Digitized by Google

impenetrabilis myſterij volebat? in quibus proinde cum diuinum reſpiciant ſeruitium, obedientia magis, quàm ratio ſpectanda ſit. Ad hæc ſi Iſaac Patrem compellat: *Ecce, inquit, ignis & ligna: Vbi eſt victima holocauſti?* Quis neget ſpiculum verborum iſtorum, adeo patris cor altè penetraſſe, vt ipſum Patrem citius, quàm filium Pater (niſi generoſa eius virtus & inuincibilis fidès obſtitiſſet) è viuis tollere potuiſſe videatur? Si Dauid, quando ei Abſolonis, (qui erat parricida & mortis reus) mors ſignificata eſt, adeò eam ſenſit, vt præ dolore & eiulatu animam exhalaturus videretur, quid acturus erat, ſi proprijs manibus eam filio inferre debuiſſet? Non defuêre Doctores, qui dicere auſi ſunt B. Virginem, ſi Pater æternus ei imperaſſet, vt filium ſuum dilectiſſimum proprijs manibus cruci figeret, id fuiſſe facturam. Quæ opinio adeo diſplicuit alijs, vt non niſi cum horrore & fremitu eam audire potuerint. Quicquid ſit de hoc: certè Patriarchæ animus durus vt adamas quiſpiam, & firmus vt Marpeſia cautes, iſtis non mouetur, non deijcitur; neque etiam tenerrimo quo filium complectitur, amore ex-

pugnari ſe ſinit, ſed nec quicquam relaxat de ſemel concepto animi ſui rigore, quem maſcula fides, quaſi inflexibilem effecerat. Vnde reſpondet filio graui & fidenti ſermonis tenore hunc in modū:
v. 8. *Deus prouidebit ſibi victimam holocauſti fili mi*: quaſi diceret, ſinamus Deum agere, illi res iſta erit cordi, proſpiciet in tempore: nobisque arietem, qualem ipſe ſibi volet offerri, in manus dabit, nos quod iubet, etiamſi mors ſubeunda eſſet, facere conuenit.

V. Quod maximè in hoc difficili actu Abraham Patriarcham cruciabat; dicit
v. 2. Philo fuiſſe illa verba: *Offeres eum in holocauſtum*: lex enim holocauſti iubebat victimam in partes diſſecari, diſſectamque in altari ordine diſponi, & deinde ſic diſpoſitam comburi, ac tandem in cineres redigi. Quis autem Patrum moderatè ferat, tot mala in morte filij vnigeniti ſibi inuicem ſuccedentia! Intueri equidem filios ſuos voluntariè mortem ſubeuntes, & hortari ad eam forti animo ferendam, vt fecit Machabæa, fatendum eſt, diuina fuit animi generoſitas: at filio propria manu caput amputare, res eſt longe magis ardua: occiſi filij membra

Digitized by Google

bra contrectare, & in partes diſcindere corpus innoxium; corpus vnigeniti, & innumeris vicibus cum illo mori, abſque reali morte, profectò vel is eſt exceſſus amoris imcomparabilis, Deoque digniſſimus, vel in humanis omnino nullus reperietur. ſi quacunque aliâ morte ei erepta fuiſſet vita, ſuperfuiſſet quippiam, quod conſolationis aliquid Patri adferre potuiſſet: ſi leones eum deuoraſſent, oſſa reſtarent; ſi rotâ confractus, aliquid ex oſſibus & carne in limbis & extremitatibus remanſiſſet; ſi coniectus in feruens oleum, vt nonnulli martyres, corpus integrum fuiſſet ſuper. Gladius ſeparat caput à corporis trunco, ſed vtrumque manet, & hæc, theſauri loco, poſſunt reſeruari: at verò holocauſtum omnia abſumit, omnia redigit in cineres, qui ad nihil aliud valent, quàm vt ſint ventis ludibria. Vnde Abraham orbatus filio nihil omnino retinet præter perpetuum animi cruciatum, ex damno irreparabili promanantem. Nihilominus in ſua perſiſtit fidelitate, & quicquid videt Deo placere, placet & illi, proprijs affectibus & deſiderijs mortuus eſt, vt ſolis viuat cæleſtibus; *Modò, inquit,*

Dei voluntas ex parte mea adimpleatur, beatum ac felicem me exiſtimo. Nam omnis Pater, & omnis filius, toti quanti ex aſſe ſunt Patris cæleſtis, ex aſſe ſunt eius filij; Et vt ita eſſe conſtet iubeor exemplo id oſtendere. Hem! nimio me Deus afficit honore. erit, erit tempus, quando Deus in hoc ipſo monte pro redemptione mea, & totius generis humani filium ſuum dilectiſſimum, in ſubſtantia ſibi æqualem, immolabit: Vnde hoc mihi, vt id agam primus, quod ille acturus eſt ſecundus? & vt illum imiter præueniendo? Equidem parem huic in mundo gratiam non reor inueniri. Atat, quot mortales virtus huius ſancti Patriarchæ condemnabit? & quæ nos manet animi confuſio qui tam parum virtuti ſtudemus, & minimâ occurrēte difficultate, illud ipſum exiguum ſtudium facillimè deſerimus?

VI. Quod ſequitur longè adhuc acutiorem animo infigit dolorem. Sacræ Scripturę modeſtiam & bonitatem summoperè admiror, veneror que; quòd ea punctum longè difficillimum, & latu propè intolerabile ſubſtituerit! nullam enim facit mentionem eorum, quæ Abraham dixit Iſaaco, quando ei triſte mortis nuntium, & Dei id mandantis voluntatem manifeſtauit: nihil prorſus dicit

dicit de repentina conturbatione, horrore ac ſtupore, qui Iſaaci animum inuaſit, accepto de morte ſibi iamiam inſerenda à Patre nuntio, cùm agnum immolatum iri certò crederet; nihil de reſponſo parenti dato. quis autem ſatis comprehendat, quàm vehemens horror omnia eius membra concuſſerit, cùm ei recitaretur mortis decretum, & expectaret à Patre vibratū iam mortis ictum, is qui nullius vnquam commiſſi criminis ſibi conſcius erat, qui contra Patrem nihil vnquam deliquerat, qui homines ſacrificari Deo nunquam inaudierat. Breuiter qui ex recitata mortis ſententia ſibi moriendum, & quidem iam iam, nulla ad eam differendam datâ morâ intellexerat. Sed nec parum pungebat animum, quòd mortuum, ſe comburendum (ad id enim ligna tulerat) in aperto campo, & in nihilum redigendum animaduertebat, nulla tamen rei iſtius ei ratione redditâ. Diuinâ factum credo prouidentiâ, quòd nulla ad nos peruenerit notitia vltimi iſtius inter patrem & filium colloquij & lacrymarum, quæ ex oculis afflicti, innocentis, & veri agni, ac potius è cælo Angeli, inſtar riuuli ali-

Digitized by Google

alicuius defluebant : neminem enim abſque animi deliquio huiuſmodi verba, ſi ſcripta fuiſſent, aut abſque tanto lacrymarum imbre, qui ſufficiens fuiſſet ad ea verba delenda, legere potuiſſe exiſtimo. Tibíne, amande Lector, tantum eſt animi, vt ſpecimen aliquod iſtius colloquij, & vltimi Patris ac filij ſalue, & vale, verba aliqua ſuſtineas audire, & id cuius ſimile nulla hactenus viderunt ſæcula, oculis intueri?

VII. Vbi ſanctus Patriarcha altare extruxiſſet, ſuper illud ligna compoſuiſſet, ignem præparaſſet, gladium denudaſſet, & omnia optimo ordine diſpoſuiſſet, dixit: *Iſaac fili mi, quæ eſſet ſacrificij victima futura, paulò antè ex me quærebas, dixi tibi futurum, vt Deus prouideat; quòd paternè fecit: dum ſuam voluntatem hanc eſſe benignè declarauit, ut tu, fili mi, fortunata huius ſacrificij ſis hoſtia, & ego ſacerdos: Deo præpotenti, fili mi, loquenti & quippiam præcipienti obſequendum eſt, etiam, dulcis fili, cum manifeſto vitæ perdendæ periculo, imò vitarum mille, ſi tot haberentur. Si vt me ipſum ſibi ſacrificaſſem, mihi demandaſſet, id ex intimo corde, nihil diuinæ eius voluntati opponens, feciſſem: rectæ enim rationi conſentaneum eſt, vt ſupremus dominus,*

Digitized by Google

nus ſupremum & abſolutum, abſque vlla exceptione, in hominum vitas, & omnia alia habeat dominium; viſum eſt diuinæ prouidentiæ, te potius quàm me ad id eligere: Vult ergo, vt ſibi tuam immoles vitam, & vt per lacrymas, per vota, per ſacrificia beatiſſimum ſibi reddas ſpiritum: Hoc equidem, & mihi, & tibi, ſolius naturæ ſpectatis viribus, factu eſſet impoſſibile, ſed quando Deus eſt, qui iubet, Iſaac, fili mi, facere oportet. Eheu! quantopere illi ſumus obſtricti, quod ſingulariſſimi, quod illi vnquam exhibitum eſt, ſeruitij & ſacrificij nos dignam victimam, & idoneos miniſtros iudicarit! Si, fili mi, naturæ tuæ bonitatem, ſi obedientiam aduerſus patrem, ſi & erga Deum pietatem perſpectam non haberem, longiori teneriorique ſermone tecum equidem agerem: ſed ſat mihi eſt aperire tibi, quòd Deus ita ordinârit. Quod nunc terra oculis noſtris obijcit velum, aliquando remouebit cœlum, & tum clariſſimè hoc myſterium intuebimur. Et hæc ſunt, fili mi, quæ tibi à me dicenda putaui.

VIII. Qualiter iſtud improuiſum nuncium, bonum Iſaac perculerit, & attonitum reddiderit, non facilè, Lector, tibi dixerim. Etſi enim Dei voluntatem ſuam fecerat, quia tamen homo erat, animi dolorem ex improuiſo nuncio, vul-

vultus aliquantulâ ſaltem mutatione non potuit, non prodere, ſed ſtatim priſtino colore redeunte, & Dei gratiâ eum confortante, in hunc fere modum reſpondit Patri: Iſtam, *Pater mi, fateor denunciationem neque à te, neque à Deo expectabam. Sed cùm ipſe, quid nobis conueniat, melius ſciat, quam nos, ſincero corde & affectu æternam eius adoro prouidentiam. Mea vita in eius & tua Pater eſt manu. Quali quis moriatur morte, modò bonâ, modò a domino conſtitutâ, non magni intereſt. mori citò, aut tardè parum vel nihil refert, ſed benè mori plurimum: nemo autem felicius poteſt mori, quàm ſub manu, & ſuper altare Dei ſic ordinantis. Hîc, vt ex te didici, Pater, opus eſt obedientiâ, non querimoniâ. Deus id tibi imperauit, age quod agis Pater, imperatum exequere, non renuo, ſed paratam volens iſtius ſacrificij me offero hoſtiam: Deum ſolùm oro, vt quod offerri ſibi voluit, in odorem ſuauitatis acceptare dignetur ſacrificium.* His dictis, tacuit, & decoras emittens lacrymas, ſuper exſtructum à Patre rogum in formam hominis decollandi ſeipſum collocauit. Abraham myſterio magis, quàm neceſſitate impulſus, eum ligauit; & poſtquam ambo pleni fiduciâ obtutus in cœlum intenſiſſimè leuaſſent,

ocu-

Digitized by Google

oculos fortè velauit: Deinde vbi ÆTERNVM SALVE, ÆTERNVMQVE VALE verbis adeo teneris, vt ipſæ Petræ, ſuper quas res agebatur, emolliri potuerint, ſibi inuicem precati fuiſſent, Abraham brachium accingit operi, & madefactum lacrymis gladium deoſculatus ictum vibrat.

IX. Ad me quod attinet, huius ſum opinionis, quòd omnes è cœlo Angeli ad hoc ſpectaculum attoniti aduolarint; imò Deum ipſum (vt longo poſt tempore Martyrij S. Stephani) huius actionis, vt fideliſſimæ, vt generoſiſſimæ, vt maximæ, quæ vnquam in mundo extiterit, Heroicæ ſpectatorē ſe exhibuerit. Dum effuſum eſt cœlum, & quaſi in ecſtaſim raptum, nos, qui adhuc terras incolimus, paululùm animum conuertamus ad conſiderandam actionem tum Patris, tum filij, quibus terra non habuit pares. Ac inprimis ſi in vtriuſque vultum conjcias oculos, notabis admirandam in eo conſtantiam; in oculis mixtam cuidam ſuauitati viuacitatem, colorem aliquantulum videbis immutatum, alia vt aliàs ſemper: nec quis eorum, in hoc dificili actu, maiori præditus ſit fortitudine,

dine, facile iudicabis. Vibrat Pater ictũ, ad caput filij è ceruicibus reſcindendum, filius in partem anteriorem illud inclinat ad recipiendum ictum. Neuter queritur, neuter Deum arguit nimiæ ſeueritatis. Abraham ſi voci diuinæ recuſat obedire, ſacrilegus ſit oportet; ſi autem obediat, in filium crudelis homicida. pietas ſuaui temperamento reperta mediâ facit eum incedere viâ: Quis eorum animoſior, quis fidelior, quis obedientior, qui mortem infert, an qui patitur, non facilè dictu eſt. Hoc autem quilibet fateri debet, quòd eorum in Deum pietas ſit ſumma, quia vterque omnia quæ poteſt, vel debet natura præſtare ſuo creatori obſequia, longè ſuperat, neuter de vita amittenda; neuter de morte inferenda vllam deponit querelam. O quàm felix eſſet mundus, ſi omnes, qui in eo continentur homines, tali modo eſſent homicidæ, & vitæ ereptores! O homines duo, præ alijs fortunati! fortunati, inquam, cùm ſimiles vobis, ingenioſa licet, nullos produxerit natura: viuite ergo, glorioſi in memoria hominum viuite ſempiternâ: Tu quidem, ó Abraham, ob inſignem tuam erga

Zeno epiſto. in gen. S. Chryſ. Amb. Philo. Orig. in Gen.

Digitized by Google

ga Deum fidelitatem; tu vero Iſaac ob ſingularem obedientiam; tu, *repeto*, ô Abraham, quia Deum filio prætuliſti; tu Iſaac, quia vitam tuam Dei gloriæ poſthabuiſti. Tu pater ob incomparabilem tuam conſtantiam; tu fili, qui inauditâ tuâ animi fortitudine ipſum terrorem terruiſti, & morte tuâ ipſam attonitam reddidiſti mortem. Nec carebit, mihi crede, admiratione, ſi vlla vnquam mors tuam audebit attentare vitam, quæ digna eſt, vt vnquam moriatur, niſi moriens, ipſam mortem interimat. O duo ſoles! O duo phœnices præter ſolitum mundum illuſtrantes! O duo orbis miracula! O duo adamantes, quibus ciuitas Dei tota extructa ex lapidibus preciosis exornanda eſt! O vtinam, vtinam veſtræ heroicæ virtutis, & aduerſus Deum hęres fidelitatis eſſem! quę quamdiu mundus erit mundus, in eo erit vera omnis virtutis forma, exemplar, idea; quin & vera cœli, & terræ gloria, nullâ vnquam notâ ignominiæ maculanda.

CAPITIS I.

PARS III.

I. §. AMice Lector, Patriarcha Abraham iam iam filio (qui paratus ictum expectabat) caput à ceruicibus reſciſſurus

Gen. 22. gladium eleuârat: cùm *ecce Angelus de cœ-*

v. 11. 12. *lo clamauit: Abraham, Abraham, qui reſpondit: Adſum. Non extendas manum tuam ſuper puerum, neque facias ei quicquam, nunc cognoui, quod times Deum, & non peperciſti vnigenito tuo propter me.* quaſi diceret: Miſſus à Deo, eius tibi nomine præcipio, ne mali quicquam puero Iſaaco inferas, mihi pro facto eſt tua voluntas. Neſcio quis magis hæſerit attonitus Abrahámne, an Iſaac; neſcio etiam quis eorum fuerit maióri perfuſus lætitiâ, ſed quis debuerit maiori perfundi, probè ſcio: Quicquid ſit: eodem temporis inſtanti ſitum mutârunt ambo; alter ſoluit alterum; vterque diuinam ſupplex adorauit bonitatem; vterque aduertit eſſe quoddam diuinæ charitatis in ſe exhibitum ſtrategema, eſſe ſolenne Dei, qui ſuos varijs mo-

modis probare ſolet amicos. Diceres aliquando Deum vno momento omnia velle perdere, omnes ſuos ſeruos ex omni hominum memoria penitus exterminare: ſed hoc ideo tantùm, vt eorum fidelitatem ac animos exploret, exploratosque ampliſſimâ ſuâ gratiâ corroboret. Petit Deus filium terreni hominis, qui & ipſe filius purus eſt homo, vt in veritate det hominibus omnibus filium ſuum cœleſtem, qui erit homo, & ſimul Deus. petit vnicum hominem, vt innumeros donet. Hoc in more poſitum habet, à nobis terram petit, vt cælum exhibeat; noſtra eradicat corda, vt ſuum noſtris finibus inſerat: & quando videtur caducam hanc nobis eripere vitam, æternam elargiatur. O talem optimi Creatoris in omni æuo omnes laudent creaturæ bonitatem!

II. Dixit Abraham: *Non extendas manum tuam ſuper puerum, neque facias ei quicquam:* Poterat dicere Abraham Domino: Eheu! Domine mi, loquar cùm ſim puluis & cinis: Vt puero nihil fieret, támne multa erant facienda? Et vt nihil filio mali inferri ſineres, tam multos cruciatus afflictum patrem ſubire voluiſti? Gen. 22. v. 12.

Digitized by Google

Tres prætererunt dies, & totidem noctes, ex quo tali in animo excrucior dolore, & tantis torqueor ſupplicijs, vt nulla mens comprehendere valeat, niſi eorum, quorum propè iam acta eſt ætas, & vnico tantùm gaudent filio, quem & fortunarum, & virtutum paternarũ ſperant hæredem futurum. Si ſinis, Domine, adhuc loquar: nónne ſatis tibi mea aduerſum te conſtabat fidelitas? quid fuit ergo opus tam rigido experimento? Certè cùm ego, & Iſaac integrè voluntates noſtras (quod difficillimum in re tam ardua fuit) ſubmiſerimus tuæ, & pene ſummam totius rei peregerimus, animus vtrique noſtrum eſſet, ſi ita animo tuo ſederet, inchoatum ſacrificium penitus conſummare. Sine, obſecro, ſummum & maximè heroicum, quod vnquam ab hominibus viſum eſt, tibi opus à nobis exhiberi; vt toti conſtet mundo duos te in terris habere ſeruos, qui neglectis rebus alijs, te vnicum æſtiment; Angeli autem videant duos homines eſſe, qui in mundo tibi id præſtent, quod illi nequeunt in cœlo.

III. *Sat à te mihi factum eſt, inquit Deus, caue, ne vlterius progrediare.* Quare, dicit

Abra-

Abraham, quare ſumme Deus, ſi tamen licet rogare? *Quia, inquit Deus, mihi ſoli id opus reſeruatum eſt. Quid enim plus facere poſſet Deus, quàm dare vnigenitum ſuum filium, quàm ſtatuere in loco, in quo nunc eſt Iſaac, quàm collocare ſuper rogum & altare crucis, atque lubens ac volens filium innocentem dare necandum? Solius inquam Dei eſt, tale opus patrare, abſque vllo praeunte exemplo. Quid enim diceretur, ſi humilis homuncio, ad ſummum, quò pertingi poteſt amoris gradum, Deo praireet exemplo; cum nullo prorſus modo conueniat, vt homo dicatur feciſſe pro Deo, quod Deus poſtea facturus erat pro homine, ſic enim homo viliſſimus cùm ſit, facto adaquaretur Deo, & exemplo prius doceret, quàm didiciſſet à Magiſtro: quod, vt ſæpius dixi, ad immenſam ſolum Dei charitatem ſpectat. Siſte gradum Abraham, ne altius ſcandas, caue attentes meum in terris occupare locum, vt Angelus attentauit occupare in cœlis: ille quidem per inordinati animi ſublimitatem, tu verò per incomparabilem cordis fidelitatem. Non Iſaac ad meas immolabis aras, ſed arietem, quem hærentem intueris inter ſpinas. mihi ſoli & filio meo vnigenito hæc reſeruata eſt gloria, vt talis ſacrificij ille ſit victima, & ego ſacerdos. Tuum cohibeo brachium, vt meum non debeam cohibere.*

bere. Tibi voluntas ſola: mihi & voluntas & effectus debetur! Satis abundè eſſe homini debet; auſum fuiſſe attentare id, quod Deus olim reipſa facturus eſt: quo in facto hominibus magis ſuam manifeſtabit diuinitatem, quam in vllo alio, quod vnquam inter creaturas operatus eſt. Optime Deus, quanta ad priorem gloriam ex hoc facto Abrahamo facta eſt acceſſio, qui iam eò fortitudinis & meriti peruenit, vt, ne, aliquid, quod ſolum ad diuinam ſpectat Maieſtatem adgrediatur, vi diuina ſit cohibendus! quàm multos putas hæc ſancti Patriarchæ promptitudo condemnabit homines? Et quantâ ignauiâ ac rubore perfundet animos ac vultus noſtros?

IV. *Nunc cognoui*, inquit, loco Dei, ſacra hiſtoria, *quòd times Deum, & non pepercisti Vnigenito filio tuo propter me.* Nota, Lector, hunc ſermonem: quamdiu amor noſter aduerſus Deum linguæ, extremiſque ſolùm inhæret labris, aliud non eſt, quàm aura quædam verborum, quæ vento paulò vehementius flante, ſtatim diſperguntur ac diſperduntur; quamdiu ſolis deſiderijs & pulchris cogitationibus, quas fortè in meditatione concepimus amor iſte, continetur, vt pluri-

plurimùm aliud non eſt, quàm puræ putæ imaginationes, quæ alio non innituntur fundamento, quàm inſtabili phantaſiæ noſtræ arenâ, & fluctuantibus atque inconſtantibus noſtris conſuetudinibus, etſi ſubinde harum cogitationum igne cor & affectus noſtri incaleſcere videantur, re tamen accuratè perpenſâ, feruor ille plus fumi, quàm ignis habere deprehenditur; ſiquidem primo alicuius gelidi venti flamine in glaciem concreſcit, ac deinde in vaporem reſolutus, penitus euaneſcit. Affectus, effectus veri ac ſinceri ſunt amoris teſtes. *Nunc*, inquit Deus, *cognoui quod timeas me.* O quam ſæpe filij hominum dicunt, ſe ex toto corde Deum amare, ſed is, qui ſcrutator eſt cordium, eos perbellè mentiri cognoſcit Non verba, non multiloquia, non ſuſpiria, non deſideria, non opinio, quâ nobis perſuademus nihil nos præter Deum amare, ſed res & opera id oſtendunt; quando tua manu Iſaac immolabis Deo, & rebus, quas in vita habes chariſſimas, propter Deum, magno tuo incommodo & dolore ſpoliabis, tunc quòd Deum diligas tibi fides habebitur: *Nunc, inquit Deus, ô Iobe, qui in ſi-*

mēto ſemimortuus computreſcis, COGNOSCO, *quòd me timeas, ac ames; & tu Daniel, propter me, in lacum leonum proiectè; ſed & vos tres innocentiſſimi iuuenes, in medijs flammis Babylonicæ fornacis ambulantes* COGNOSCO, *quòd me diligatis; Hoc etiam teſtimonium do tibi Suſanna, inter duos inueteratos illos malorum, adulteros velut agnus inter lupos conſtituta; ſicut & tibi Ioſeph, ad vltimum mundi angulum innocenter vendite, & deportate, quin & tibi, Iona, in ventre ceti conſtitute; accedis & tu Vates Iſaia, propter veritatis defenſionem per medium ſecte. Denique vos omnes bonos & fideles agnoſco, qui, cùm mors & vita in veſtra eſſet poteſtate, glorioſam potius mortem obire voluiſtis, quàm in delicijs turpem vitam viuere. ex quo vos amore erga me, aut pares Angelis, aut etiam ſuperiores nemo non rectè dixerit. Omnes homines clamant, ex aſſe meos ſe eſſe; me unicè à ſe amari; meos fideliſſimos ſeruos eſſe; nihil quod ad meam non ſpectat gloriam ſe quærere; quo argumento eos verum loqui deprehendam, niſi gladium habeant in manu, Iſaacum ſupra ligna poſitum, extenſum brachium ad eum mihi immolandum, & ad chariſſima, quæ in mundo habent, propter honorem mei nominis relinquenda, & perdenda, promptos ac paratos inueniam?*

V. Per

V. *Per memetipſum iuraui, dicit Dominus: quia feciſti hanc rem, & non peperciſti filio vnigenito propter me: benedicam tibi & multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cæli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris*: Qualiter Abrahami & Iſaaci in hoc Domini ſermone vultus conſtituti ſint, amabò Lector, intuêre; & lacrymas, quæ ex eorum oculis, inauditi gaudij teſtes defluant, conſidera: nec non ineffabilem magnitudinem diuini amoris, & inexpectata eximiæ charitatis ſtrategemata ſuſpice. paulò antè tanto premebantur dolore, vt præ eo, ne cor ijs in partes diſſiliret, timeretur, iam autem tantâ perfunduntur dulcedine, vt omnis amaritudo in puriſſimum gaudium coaluiſſe videatur. Actum atque peractum, niſi ingenti ſuperueniente miraculo, de ſe credebant; & ecce miraculum iam factum vident, & promiſſa ſibi à Domino fieri tanta audiunt, vt quid Domino præ nimij gaudij magnitudine reſpondeant, ignorent. Et reipſa tanta fuit vtriuſque lætitiæ abundantia, vt ne verbum quidem effari potuerint. Sic enim fieri aſſolet: paruæ conſolationes abundant verbis, magnæ autem, homines efficiunt mutos, adeoque intercipiunt Gen. 22. 16.

piunt verba, vt etiamſi multa ijs occurrant dicenda, nihil tamen loqui valeant. Quòd hìc contigit: nam licet quàm pluríma tum Abrahamo, tum Iſaaco loquenda in mentem venirent, nihil tamen loqui poterant. Quid enim verè dicerent? vbi inciperent? quis eorum loquendi principium faceret? nunc cœlum, nunc ſeipſos, attonitis & quaſi fanaticis ſimiles reſpiciebant, & cum nihil dicerent omnino, omnia tamen dicebant, quæ huiuſmodi in occaſionibus dici poſſunt. Corde plura loquuntur breuiſſimo tempore, quàm linguâ longiſſimo annorum ſpatio loqui potuiſſent. Mirantur, adorant, gratias agunt, ſe humiliant, ſe iterum iterumque Deo offerunt, eorum oculi ex teneritudine animi copioſè lacrymas profundunt; corda præ gaudio rident; animæ totæ quantæ in Deo ſunt abſorptæ; quid multis? gaudijs obruuntur cœleſtibus. Deus ipſe quaſi neſciret, quâ in re ijs gratificari, ob tam inſignem amorem, & ſingularem obedientiam, ſeipſum ijs obſtringit iuramentis; filium ſuum vnigenitum ijs promittit; eorum corda pro domicilio eligit, & electa inhabitat.
Quid

Quid vltra referam? nunquam, neque in cœlo, neque in terra tam ſtupendum viſum eſt ſpectaculum.

VI. Quàm bonus Deus! ô Lector chare, eheu! quam bonus, imò infinitè bonus! O quàm profunda ſunt eius conſilia, quàm amabilia, & quanta in veneratione habenda! O quàm fortunatus ille, cui contigit tali Domino ſeruire! Quis ergo de eius impenetrabili & ineffabili ductu ac directione auſit murmurare? aut quis tam inſolens, qui de malis, quæ, vt nobis eueniant, permittere videtur, audeat queri? Siquidem dolor ex ijs proueniens, ſolum dirigitur ad emolliendum, & ad aperiendum nobis cor, vt emollitum & adapertum inexhauſtis infinitæ ſuæ miſericordiæ theſauris adimpleat? O vtinam fidelitas ex parte noſtra eius aduerſum nos reſponderet bonitati! Aliquandóne fortunatam illam videbimus horam, quâ iureiurando per ſemetipſum obſtringat ſe Dominus, futurum vt beatitudine & pulchritudine Angelis & ſtellis cæli nos adæquet? vt opportuno tempore eò quis pertingat, excellenti iſtorum duorum Patriarcharum vitæ ſe debet

Digitized by Google

debet conformare, ac in ſpeculo vtriuſque virtutum, & genuinæ figuræ Patris æterni, & filij altiſſimi frequenter contemplari. Quis eorum Abrahámne, an Iſaac ſit excellentior, non ignoro diſceptari; dum ille volens & lubens dat filium, hic ſeipſum immolat Deo; ille obediendo Deo vſque ad immolationem dilecti filij ſui, hic ſe offerendo; ille ſolum Deum amando, hic propriam vitam & omnia temporalia ob Dei gloriam nihili faciendo; ille proximè imitando Dei Patris amorem, hic filij, &c. Nolo enim profundius in hanc materiam & myſterium me immittere. Optime Lector, è duobus iſtis Patriarchis eum tibi elige, cuius virtutem magis ſuſpicis, Ego alterum mihi retinebo. Eius ſum opinionis, ſi ex me quæras, quod vterque in ſtadio vicerit, & vterque victus ſit, quòd ſint merito æquales, quod neuter eorum ſibi parem habeat. Etſi vnquam in terris duo phœnices viſi ſunt, dico eo die fuiſſe, quo Pater & filius ſupra montem ſanctum conſpecti ſunt.

CA-

CAPVT II.

Quantopere Ieſus Chriſtus ob eximiam ſuam humilitatem ſit amabilis.

Vidimus Iſaacum Deo & hominibus amabilem, videamus nunc Ieſum Chriſtum, cuius ſolùm vmbra & figura erat Iſaacus.

I. §. DEvs Pater quatuor Euangeliſtas elegit & conſtituit, qui Iesv Chriſti filij ſui actiones, quas ſub hominum ſenſus in hoc mundo cadere voluit, litteris conſignarent: ſed ne octo quidem, ad illas, quæ velo profundiſſimæ eius humilitatis contectæ ſunt, oculoſque humanos fugiunt, referendas ſuffeciſſent. Qui de recondita eius ſcribunt vita, vt plurimùm ab anno eius ætatis duodecimo ſumunt principium, & vſque ad trigeſimum deducunt; ego autem à primo ſtatim vitæ momento incipio, & vſque ad vlti-

vltimum continuo: rariores enim actiones in cordis, & humilitatis ſuæ ſinu abditas continuit. Actus eximiæ eius in Patrem humilitatis longè magis in voto haberem ſcire, quàm quot leproſos, quot cęcos, quot paralyticos ſanauerit: illud enim eſt amabile, & imitabile, hoc autē admirabile ſolùm, & prorſus inimitabile. Et forte innumeræ iſtæ humilitatis actiones, quas durante vitâ Chriſtus exercuit, *ſunt* illa *alia multa, quæ fecit Ieſus*, Ioannis vltimo, *quæ ſi ſcribantur per ſingula,*
v. 25. *nec ipſum arbitratur mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt libros.* Cum enim perfectiſſimè Chriſto conſtaret, quantopere Pater æternus humilitatis actibus delectaretur, quid nì credamus huiuſmodi actus eum libentiſſimè, exactiſſimè diuiniſſimeque, ad complacendum Patri, crebrâ exercitatione frequentaſſe? Vtinam quando dixit: *Ego ſum via, veritas & vita*, ei placuiſſet addere: ſum & *humilitas*. Et certè, ſi ipſa humilitas in forma humana & virginea, oculis hominum vellet apparere, credo non aliam requiſituram, quàm ſaluatoris. Vnde & ipſe totius vitæ ſuæ quaſi quandam epitomen nobis ob oculos ſtatuens, dixit: *Diſcite à*
me,

Digitized by Google

me, quia mitis ſum, & humilis corde. quaſi diceret, totam vitam ſuam aliud non eſſe, quàm perpetuam humilitatem, atque ipſum *viuere* & *humiliare* ſe, idem prorſus illi fuiſſe. Eius ſponſa iſtius lectionis comprimis ſe gnaram oſtendit, dum, poſtquam in canticis ſummè eum laudaſſet, adiungit ſæpius illud *abſque eo quod intus eſt; abſque eo quod intus latet.* Illud enim principalem tenet locum, quia pretioſiſſimum omnium eſt: Verum enimuero humilitas nobis eripit ex oculis, & ſubfuratur viſum & aſpectum eminentiſſimarum ac maximè ſublimium eius actionum, quæ tamen, vt in lucem educantur, magnopere laborandũ eſt: Tum, vt deinde ſub aſpectum poſitas intentis (vt aiunt) oculis acerrimè contemplemur, ac, vt decet, ſuſpiciamus; tum, facta collatione ſinceriſſimæ ac profundiſſimæ illius humilitatis cum vanitate pudendarum noſtrarum ambitionũ, cum fructu noſtro ac fœnore erubeſcamus. Quod vt faciliùs conſequamur, in tria partiemur capita. I. erit de humilitate ſanctorum eius verborum. II. de cogitationibus, ſenſis ac affectibus eius animæ; III. demum de ſubtimiſſimis eius actio-

Digitized by Google

actionibus cum ineffabili demiſſione animi.

CAPVT III.

De humilitate eius verborum, & de eorum vi & efficacia.

I. §. MAGNO ſanè D. Bernardus in canticis nos terrore cõcutit, & rubore perfundit, dum dicit: *Quantumcunque te humiliaueris, nunquam neque tu, neque alius quicunque, ad Christi humilitatem pertinget.* Quæſtio minimè impertinens, minimeque inutilis moueri conſueuit, an videlicet Deus in teſtamento veteri, *tonitru & fulgure terrendo, Deum exercituum, Dominum terribilem & omnipotentem ſemper* ſe nominando, amabiliorem ſe reddiderit; an in nouo, in quo adeò ſe humilem, & quaſi contemptibilem exhibet, vt ore Prophetarum terræ vermem, & non hominem ſe nuncupet. Hoc certè dici poteſt, & cum veritate poteſt: quòd, quandiu cum ſola ſuprema Maieſtate conuerſabatur, & ſermocinabatur, omnes eum timebant, &

& fugiebant; vbi autem cœpit tam diuinas actiones exercere, tam humiliter inter homines conuerſari, & apparere, ita eorum animos ac voluntates ad ſe allicere, ijsque dominari cœpit, vt amore eius ineſcati, & ſingulari modeſtia capti, turmatim eum ſequerentur, imitarentur, & non pauci eius ſuauitate & conuictu delectati, penitus ei ſociarentur. Ita, verum eſt humilitatem eſſe Reginam cordium, & Dominam affectuum quantumcunque etiam rebellium, & ferocium. Die quodam, (honorandíne, an tentandi causâ non determino) aliquis ſic ei locutus eſt: *Magiſter bone quid boni faciam vt habeam vitam æternam?* quid Dominum, qui erat mitis & humilis corde iſtud interroganti, & eius bonitatem extollenti, reſpondiſſe autumas? *Quid me,* inquit, *interrogas de bono? Vnus eſt bonus Deus.* Eheu! Saluator mi, vt Deus & homo es, non es ipſa incarnata bonitas? quid loqueris? an times, ne ſi taceas, bonus habearis, & nomineris, vt omni iure haberi, & nominari potes, & debes, cum omnes tuæ actiones ſummæ bonitatis ſaccharo conditæ ſint! O cor omni ex parte arctiſſimâ munitum humilitate,

Matt. 19. v. 16.

D quod

quod ne minimam quidem & tenuiſſimam laudem admittit! Sed in nihilum creaturarum & in centrum nihili, quod eſt elementum humilis cordis, & aër, qui omnem animam Deo charam, & omnes omnino virtutes ventilat ac recreat, ſeipſum profundiſſimè immergit.

II. Notatu & conſideratione digna ſunt, quæ dixit ſuis Apoſtolis, quando ciues Samaritani ijs ſuæ ciuitatis, ne ingrederentur, portas clauſerunt: illi, ſcilicet Apoſtoli, zelo, irâ ac indignatione iuſtâ, vt illis videbatur, commoti ac inflammati dixerunt Domino: *Domine, vis*
Luc. 8. v. 54. *dicimus ignis deſcendat de cælo, & conſumat eos?* merentur enim hoc caſtigationis genus; nam tanta erga nos vſi ſunt inſolentiâ & crudelitate, vt, cùm ijs de tuo ad illos aduentu, & miraculis à te in illorum ciuitate faciendis affirmaremus, nos tanquam ſuâ ciuitate & cōſortio indignos, non admiſerint; cùm, ſi Spiritum Dei habuiſſent, omnibus lætitijs incedentes, obuios ſe tibi effundere debuiſſent. Eos ergo tuâ cum veniâ, quæ ſui fuerint officij docebimus, dum in pœnam iuſtæ vltionis ignem de cælo deſcendere faciemus, quo & ipſi, & eorum ciuitas conſumatur.

Digitized by Google

matur vniuerſa. Ad hæc reſpondit Chriſtus verbis ſolitâ ſuâ humilitate, & perſonâ dignis: *vos*, inquit, dum ſic loquimini, *neſcitis cuius ſpiritûs ſitis, filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare.* Ex meiſne concionibus & modo agendi, & conuerſandi hoc didiciſtis? quid ego, & vos ſumus, quâ affecti ſumus iniuriâ? quo nomine tenentur ciues illi nos in ſuam ciuitatem recipere, maximè cum habeant nos, velut homines excommunicatos, & proborum hominum ſocietatẽ indignos, quoſque non latet, qui ſimus, quam humili genere orti, quàm vilis opificij homines, vos pauperculi piſcatores, ego filius contemptibilis fabri lignarij, & vno verbo filius hominis? Non aduertitis indignationem iſtam, & ſermonem aliunde non profluere, quàm ex ſpiritu vindictæ & præſumptionis, quo inflati vobis perſuadetis, quòd totus mundus ſe ad veſtros pedes debeat abijcere? Iſthæc, vt ſcitis, mea non eſt doctrina, nō meminiſtis vos ex me audiiſſe, *gaudendum & exultandum cùm perſequuti fuerint vos homines. & dixerint omne malum aduerſus vos mentientes?* Ioan. 6. 15.

III. Nunquam poſſum ſatis mirari

ſingularem modeſtiam, quam die quodam oſtendit, & exercuit, dum eius auditores capti, vi & efficaciâ ſermonum, quos loquebatur, eum capere, & Iudææ regem creare vellent, & verò etiam re ipſa iam aliquid attentaſſent: Ecquid ergo mitiſſimus & humillimus Dominus tali in ſtatu conſtitutus, videns ſe innumerâ propemodum multitudine hominum circumdatum, ſe ad regnum rapere volentium, egit? ſe ex eorum oculis magnâ celeritate proripuit, *& fugit in montem.* Fugit is thronum & ſceptra Regia, qui paulò pòſt ad mortem & ad flagella quæſitus à ſuis hoſtibus, ijs obuiam proceſſit, ſeque ligari, & abduci, quò lubitum erat ſuis carnificibus, vt malefactorem patientiſſimè ſiuit. Quæ eius ſunt argumenta, cur regiam recuſet dignitatem, nónne dixit Pilato, Rex ſum? *Non veni, inquit, miniſtrari, ſed miniſtrare*; neque vt hominibus vt Rex imperem, ſed benè, vt ijs inſeruiam, & ſalutis viam demonſtrem, *in hoc veni in mundum.* Quo animo & affectu iſta protulerit verba, tunc quando ad Iudæ proditoris ſui, & abiectorum piſcatorum pedes procumbet, eos loturus, & diuinis ſuis manibus terſurus,

Luc. 22. Mar. 20.

ſurus, quaſi viliſſimum eorum, vt inquit D. Thomas, eſſet mancipium, perbellè cognoſcetur. Et quod maximam parit admirationem, eſt, quòd profundiſſima humilitate, maximâ animi lætitiâ, & intimâ deuotione iſta peragat.

IV. Equidem, nî velim diſſimulare, fateri debeo magno me concuti horrore, & repleri ſtupore, dum Chriſtum Saluatorem noſtrum, Patri coæternum & conſubſtantialem video tantam ſubire humilitatem, & omnibus ſe poſtponere, quaſi eſſet *virorum nouiſſimus*; nos autem miſeros homunciones vanæ gloriæ aurâ inflatos, infinito interuallo ab ineffabili eius modeſtia diſtantes, indignosque, quos terra ſuſtineat, eheu! oculos ad cœlum audere attollere? Diſputarunt aliquando Apoſtoli, *quis eorum videretur eſſe maior, quis præceſſor*, quis alijs eminentior: notum eſt, quo modo optimus Magiſter à recta longiſſimè aberrantes via, eos ad regium reduxerit iter, dicẽdo: *Reges gentium, & filij huius ſæculi ſemper de præeminentia & ambitione diſputant: vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator*, vt meæ ſcholæ idoneus efficiatur diſcipulus. In ea enim minor, eſt maior, &

qui miniſtrat, præit dignitate recumbẽtem. Breuiter, *qui ſe humiliat, exaltabitur, & qui ſe exaltat, humiliabitur.* Vnde menſura celſitudinis gloriæ viri boni, eſt eiuſdem humiliatio. *Vos vocatis me, Magiſter, & Domine, & bene dicitis: ſum etenim*: ſed ſimul etiam videtis me magis vobis inſeruire, quàm vos mihi, non ſecus, atque ſi omnis mea imperandi vis & poteſtas, ſeruitute contineretur, & omnis, quam quæro, magnitudo in ſola humilitate inueniretur. Cæterùm è mea faceſſant ſchola oportet, qui poſthac huiuſmodi ſermones ſerere, & quæſtiones mouere voluerint. Vobis autem volo conſtare, neminem veſtrûm cœlum ingreſſurum, niſi intret per anguſtam humilitatis portam, & *efficiatur ſicut paruulus iſte*, cuius ambitio eſt ipſa innocentia.

Ioan. 13. 13.

V. Quid dicemus de eo, quod Dauidi Regio Prophetæ, auoque ſuo in Pſalmo 21. in quo erat ſermo de Meſſia, nomine ſuo publicandum inſpirauit? *Ego*, inquit, *ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.* Facta dictis reſponderunt, imò & ſuperarunt; nemo ſiquidem illo fuit vnquam indignius tractatus: Barrabas enim homo omni ſcele-

rum

rum genere contaminatus, homo ſeditioſus & homicida ei anteponitur: dum ille dimiſſione; Chriſtus autem, qui erat ipſiſſima innocentia, morte dignus iudicatur. Putáſne in his, illum ad ſe excuſandum, aut iuſtificandum verborum plauſtra attuliſſe? imò ne os quidem ad querendum de vlla ſibi illata iniuria aperuit: quin imò incredibili exultabat gaudio, de oblata ſibi occaſione propriæ confuſionis, & ſummi alicuius quem Patri offerret contemptus. Vt Lucifer in cælo ſibi adæquaretur, minimè paſſus eſt: in terra autem, vt furcifer, homicida ſibi præferretur, maiorique gratiâ dignus crederetur, paſſus eſt libentiſſimè. S.Bernardus ſanctâ irâ & impatientiâ accenſus exclamat: *Intolerabilis impudentia eſt, vt vbi ſeſe exinaniuit Maieſtas, vermiculus infletur, & intumeſcat.* Serm. de Natiuitate Domini.

VI. Quod opalus eſt inter gemmas, hoc mihi Chriſtus videtur in cœtu hominum: ille enim primo aſpectu, carere videtur omni pulchritudine, at verò, vbi ad ſolem expoſitus fuerit, in eo & carbunculi tenuior ignis, & Amethyſti fulgens purpura, & ſmaragdi virens maſe tam admirabili pariter mixturâ tranſlu-

qui miniſtrat, præit dignitate recumbẽtem. Breuiter, *qui ſe humiliat, exaltabitur, & qui ſe exaltat, humiliabitur.* Vnde menſura celſitudinis gloriæ viri boni, eſt eiuſdem humiliatio. *Vos vocatis me, Magiſter, & Domine, & bene dicitis: ſum etenim*: ſed ſimul etiam videtis me magis vobis inſeruire, quàm vos mihi, non ſecus, atque ſi omnis mea imperandi vis & poteſtas, ſeruitute contineretur, & omnis, quam quæro, magnitudo in ſola humilitate inueniretur. Cæterùm è mea faceſſant ſchola oportet, qui poſthac huiuſmodi ſermones ſerere, & quæſtiones mouere voluerint. Vobis autem volo conſtare, neminem veſtrûm cœlum ingreſſurum, niſi intret per anguſtam humilitatis portam, & *efficiatur ſicut paruulus iſte*, cuius ambitio eſt ipſa innocentia.

Ioan. 13. 13.

V. Quid dicemus de eo, quod Dauidi Regio Prophetæ, auoque ſuo in Pſalmo 21. in quo erat ſermo de Meſſia, nomine ſuo publicandum inſpirauit? *Ego*, inquit, *ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.* Facta dictis reſponderunt, imò & ſuperarunt; nemo ſiquidem illo fuit vnquam indignius tractatus: Barrabas enim homo omni ſcele-

rum

rum genere contaminatus, homo ſeditioſus & homicida ei anteponitur: dum ille dimiſſione; Chriſtus autem, qui erat ipſiſſima innocentia, morte dignus iudicatur. Putásne in his, illum ad ſe excuſandum, aut iuſtificandum verborum plauſtra attuliſſe? imò ne os quidem ad querendum de vlla ſibi illata iniuria aperuit: quin imò incredibili exultabat gaudio, de oblata ſibi occaſione propriæ confuſionis, & ſummi alicuius quem Patri offerret contemptus. Vt Lucifer in cælo ſibi adæquaretur, minimè paſſus eſt: in terra autem, vt furcifer, homicida ſibi præferretur, maiorique gratiâ dignus crederetur, paſſus eſt libentiſſimè. S. Bernardus ſanctâ irâ & impatientiâ accenſus exclamat: *Intolerabilis impudentia eſt, vt vbi ſeſe exinaniuit Maieſtas, vermiculus infletur, & intumeſcat.* Serm. de Natiuitate Domini.

VI. Quod opalus eſt inter gemmas, hoc mihi Chriſtus videtur in cœtu hominum: ille enim primo aſpectu, carere videtur omni pulchritudine, at verò, vbi ad ſolem expoſitus fuerit, in eo & carbunculi tenuior ignis, & Amethyſti fulgens purpura, & ſmaragdi virens mare tam admirabili paritèr mixturâ trans-

Digitized by Google

lucent, vt ad oculos recreandos à natura productus videatur; Chriſtus magno ſtudio & ſollicitudine ſuas abſcondit perfectiones, quæ maximè ſunt eminentes, & vulgi opinionem ſuperant. Vnde patratis ab eo miraculis, vt plurimùm eorum conſcijs ſilentium imperabat. Certè in transfiguratione facta coram tribus diſcipulis, & duobus Prophetis, quando aliquem ſuæ pulchritudinis radiolum ijs dignatus eſt oſtendere, ſeuerè præcepit diſcipulis, vt viſionem nemini dicerent. Ex quo apparet, quantoperè ſtuduerit, ne plus cæteris eſſe videretur. Vnde quandocunque de ſe ei erat ſermo, ſemper hominis, nunquam Dei ſe nuncupabat filium, cùm tamen veriſſimus eſſet Deus, Dei filius, & vnà cum Patre ſpiraret Spiritum ſanctum, qui & ipſe Deus eſt. Sol iſte iuſtitiæ nunquam vult videri niſi in defectu; Iris iſta non oſtendit pulchritudinem ſuam, niſi in tenebris; Luna iſta perfecta, non librat vnquam radios ſuos & argentea tela, niſi in obſcuriſſima humilitatis nocte. Et dum ſe aſſiduè hominis filium nominat, patitur non inuitè, ab alijs ſe vocari idiotam, *& filium fabri*: *Vnde*, inquiebant homines illi;

Matt. 17. 2.

Plin. lib. 37. 5. Iſid.

Marc. 6.

illi; *hæc omnia? & quæ eſt ſapientia, quæ data eſt illi & virtutes tales, quæ per eum efficiuntur?* Quibus, licet quo animo dicerentur, non ignoraret, nihil tamen opponebat. Sed ineffabili cordis gaudio exultabat ſibi dari occaſionem offerendi Deo Patri perfectum humiliationis ſui ipſius ſacrificium.

Optimè Deus, & creator ineffabilis, quanto perfundor rubore hæc ſcribens. Eheu! quàm vani ſumus homines, quàm inſenſati mortales, qui neque laudes noſtras tacere, neque verbum vllum, quod aliquid noſtri contemptûs continere videatur, ſuſtinere, neque quicquam boni, niſi tubâ ante nos omnes canatur, facere conſueuimus! O Deus, quid reſpondebimus tibi nobis dicenti? Filius meus, omnis perfectionis idea abſolutiſſima, qui nullam ſe humiliandi habebat neceſſitatem, qui ne minimum quidem peccatum committere poterat, ſupra modum fuit humilis, proprijque contemptus auidiſſimus; vos autem, qui aliud non eſtis, quàm vilitas ipſa, ſordiumque congeries, neque humiliare vos vultis, neque pati, vt ab vllo humiliemini.

VII. Aliquidne auditu vel viſu admirabilius percipi poteſt eo quod geſſit coram Herode Rege? *Is, eo viſo, gauiſus eſt valde, erat enim ex multo tempore cupiens videre eum, & ſperabat ſignũ aliquod videre ab eo fieri.* Adde quòd vniuerſi Herodis aulici apertis oculis, & erectis auribus ſtabant, ad diuina eius verba excipienda; optimus autem Dominus qui ſemper fuit humilis corde, & veræ humilitatis amator, prælegit tacere, ſtultus, vel ad minus, ignorans æſtimari, quàm diſertus & eloquens apparere, quod poterat (ſi loqui voluiſſet) ſumma non ſolùm cum dignitate, ſed etiam cum copioſo animarum fructu præſtare; dum ſpes affulgeret, aut totam, aut magnam Herodinæ aulæ partem conuertendi. Pluris autem fecit vel vnicum veræ humilitatis actum, & generoſam ſui ipſius victoriam, quàm decem miraculorum millia.

Luc. 23. 8. 9.

Ioannes reputans ſe indignum, qui Chriſtum baptizaret, ab eo audijt: *Sine modo: ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam.* Conſidera, quo nomine inſigniat ſanctam humilitatem, nempe exercitium omnium omnino virtutum; quaſi omnium virtutum perfectiones late-

Matth. 3. 15. 14. 15.

laterent abditæ in ſinu humilitatis, & ſine illa veræ & ſolidæ virtutis nomen nulla meretur. S. Bernardus hæc conſiderans, ſuo more exclamat: Quomodo aliter facere poterat Ioannes Baptiſta, quàm fecit, deijciendo nimirum ſe in centrum ſui nihili, & in abyſſum profundæ abiectionis ſuæ, dum Deum ante ſe humiliatum oculis cerneret? *Cùm inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, ne fortè honoratior te ſit inuitatus ab illo*, & cætera, quæ fusè ibi referuntur. Luc. 14. 8. & ſeqq.

Et verè quod prædicauit verbo, impleuit exemplo. Quid enim illo humilius vnquam viſum eſt? aſpice abiectum ad pedes ſui proditoris Iudæ, hominis perditi, imò non hominis, ſed infernalis domûs nequiſſimi mancipij. Hoc modo ad eius pedes conſtitutum, nónne diceres eum ita in infimo, & contemptibili loco eſſe, vt nequeat ad inferiorem & contemptibiliorem deſcendere? *Mirabilior nobis fit in Deo humilitas, quàm poteſtas*, inquiebat olim Magnus Leo.

CAP.

CAPVT IV.

De ſenſu interiori animæ, & actionibus exterioribus humilitatis D. N. I. C.

Exod. 25. 11. I. §. QVi videt arcam obductam auro puriſſimo, manna in ea repoſitum, & cæteros in eadem aſſeruatos cæleſtes theſauros, atque inſuper cilicia, quibus ea teguntur, vt conſpici non poſſint ab hominibus, videt etiam omnes æterni Patris theſauros & diuitias in anima Chriſti abſconditas: abſconditas inquam, & coopertas impenetrabili humilitatis tegumento, quo prohibemur, ne diuinam eius pulchritudinem intueamur. Non eſt viſum diuinæ ſapientiæ nobis interiora eius manifeſtare, neque quanti humilitatem in anima ſua recluſam faceret,
Philip. 2. 7. nos edocere. Diuus autem Paulus templi iſtius velum dilacerauit & abſtraxit, & paucis verbis omnes eius cogitationes detexit, & detectas ob vniuſcuiuſque noſtrum oculos poſuit, dum dixit: *Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo:*

ſed

ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. MORTEM, inquit, CRVCIS: vult enim Apoſtolus dicere, Chriſtum ignominioſiſſimâ, quæ poteſt excogitari, morte obijſſe, dum lubens & volens in cruce ſe affigi ſiuit inter duos famoſiſſimos lâtrones; pleno die, omni veſte ſpoliatum, toto mundo ſpectante, tanta cum ignominia, erubeſcentia, confuſione, ac tam inauditâ hûmiliatione, vt ſol ipſe, mundi oculus ac moderator, retracto lumine ordinario, non ſuſtinuerit tantam auctoris ſui confuſionem intueri; quin & natura ipſa viſa eſt velle mundi machinam in nihilum redigere. Sed quid ſibi vult illud EXINANIVIT? & quid denotat EXINANITIO? de quibus omnes loquuntur, & nemò experitur, imò quid ſit, nemo ferè intelligit? Quid ſibi vult iſta enunciatio? *Homo Deus ſe exinaniuit?* Certè Theologia nos docet, non eſſe in Dei poteſtate ſeipſum exinanire: quî ergo amabò, qui totum eſt, factus eſt nihil? & quomodo OMNIPOTENS factus eſt IMPOTENS? & ſaluator, qui non ad menſuram, vt alij, accepit

gratiæ

gratiæ dona, poteſt ſe exinanire, & in nihilum redigere?

II. Cognitio iſta, veræ & perfectæ humilitatis originem monſtrat, & radicem detegit. Vtinam Dominus IESVS ita ſacroſancto ſuo declaraſſet ore, ſicut exercuit opere, & eius dulcedinem intimè guſtauit in corde! at quod proprio non eſt dignatus manifeſtare, Apoſtoli ſui Pauli declarauit eloquio. Hic enim terminis, à relatis ſupra, diſtinctis, tum Saluatoris, tum Sanctorum, qui verè & ſolidè humiles ac Chriſti imitatores fuerunt, excellentiſſimè deſcribit: *Non ſufficientes ſumus cogitare aliquid à nobis quaſi ex* 2. Cor. 3. 5.
nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Et rurſum: *Quid habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* 1. Cor. 4. 7. Iſta eſt ſubſtantia exinanitionis, & paucis verbis comprehenſa eiuſdem deſcriptio atque definitio. In qua, quomodo Chriſtus plusquam omnes reliqui homines ſe exinaniuerit, facilè eſt notare: Et qui ſequitur modus, id clarè oſtendit.

Quod nimirum non eſt, nec originem habet ex nobis: & quod Deus, ſecundum ſuum beneplacitum, redigere in nihilum aut à nobis tollere poteſt, vel pau-

paululum ſapimus, non debet nobis porrrigere anſam ſuperbiendi, & vanè nos ſuper cæteros extollendi. Quò quis autem maiori cœleſti lumine eſt illuſtratus, eò intimius hanc veritatem penetrabit; Saluatorem autem non ſolùm illuminatum, ſed etiam lumen ipſum fuiſſe, nemo eſt, qui ambigat: ſplendorem enim ſolis & ſcientiæ omnium Sanctorum capite geſtabat; ſcientiam item diuinam, glorioſam, infuſam, acquiſitam, & experimentalem, (*proficiebat enim ſapientiâ & ætate, & gratiâ apud Deum & homines*) in ſummo gradu habebat. Cùm igitur maximam, quæ haberi poteſt, claritatem & cognitionem omnium iſtarum rerum haberet, videbat omnia, quæcunque habebat, proficiſci ex liberali manu Patris æterni: (loquor autem hîc non de diuinitate, ſed de humanitate:) vnde ſic ſecum ratiocinabatur: hoc corpus eſt ſancti Spiritûs, aut totius ſanctiſſimæ Trinitatis opus; anima, quæ corpus animat ac viuificat, ex Dei infuſione profluit; omnes vtriuſque potentiæ ac facultates ex eiuſdem liberalitate proficiſcuntur; Vinculum, quo corpus & anima inter ſe iunguntur, eſt eiuſdem do-

Luc. 2. 52.

donum,&,opus ineffabile. Virtutes autem & gratiæ conſequenter infuſæ humanitati meæ ab eodem procedunt. Vſus porrò horum, ad aliquem effectum producendum nullus eſſe poteſt, niſi diuinus adſit concurſus; potentiæ, miracula, ſicut & minimæ cogitationes, eius ſunt opera; imò ne verbulum quidem proferre neque paſſum facere, neque manum mouere poſſum, niſi ipſe ſoluat linguam, pedem moueat, manum explicet: quin imò, ne ſuſpirium quidem emittere poteſt cor, niſi ipſe adiuuet. Vnde in omnibus meis actionibus nihil eſt, quod tanquam proprium mihi poſſim adſcribere, ſi quid autem eſt, ita parum eſt, vt comparatione eorum, quæ ſolius Dei eſſe dignoſcuntur, penitus nihil eſſe videatur, quare non immeritò exclamare poſſum cum Propheta; *Ad nihilum redactus ſum.* Siquidem totum, quod in me eſt, meum non eſt, ſed Dei. Nihil ergo meum eſt, quàm ipſum nihil. Et HOC NIHILO OMNE meum conſtat dominium. Cùm igitur omnia ab illo acceperim, omnia ex aſſe accepta illi referre debeo. Ex quo fit, vt, præter NIHIL, mihi maneat nihil: de quo ergo, eius in conſpectu

Digitized by Google

ſpectu poſſum gloriari, niſi de illo ſolo nihilo, & de extrema mea paupertate ſummè erubeſcere? Gratioſè hoc dicit S. Auguſtinus, explicans verba Chriſti: *Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me: ſi non tua, quomodo tua? ſi tua, quomodo non tua? tu enim dicis vtrumque & mea doctrina, & non mea.* Et paulò poſt ſibi ipſe reſpondet, dicens: *quid tam tuum, quam tu? Et quid tam non tuum, quam tu, ſi alicuius es quòd ès? Si quid habes, tuum non eſt, ſed alterius, quid habes, quod minus ſit tuum, quam tu, quando tu ipſe tuus non es, ſed alterius, cuius tu ès, & quicquid in te eſt, & ex te emanare poteſt, illius eſt, vt fruitio & vſus, & omnis honor, qui inde poteſt prouenire, & gloria vniuerſa illi debetur: Vt res ex aſſe integrè & proprijſſimè illi propria, alijs autem ſolummodo priuatiuè.* In Ioan. tract. 21. Ioan. 7. v. 16. 7.

III. Atqui iſta eſt abyſſus exinanitionis, & quod dicit Apoſtolus de Chriſto, quòd ſeipſum *exinaniuerit* coram oculis æterni Patris: quod eſt dicere: Vbi Chriſtus reddidit Deo, quod Dei fuit, nihil ſibi retinuit præter ipſum *nihil, illud, portio eius erat in terra viuentium.* Qua de cauſa aſſero, neque hominem, neque Angelum, eò exinanitionis vnquã pertigiſſe, quo vindex animarum noſtrarum

E per-

pertigit. Cùm enim, ſine comparatione maiori lumine illuſtratus, & abundantiori gratiâ cæleſti eſſet donatus, ita intimè iſtam penetrabat veritatem, ita exactè reddebat Deo, quæ Dei erant, vt, quia perfectiſſimè hominis, & cuiuſuis alterius creaturæ fragilitas ei conſtabat, illo nihil eſſet humilius. Et quia eius notitia non ſolitariam ſpeculationem, ſed operis complectebatur executionem, quod cognoſcebat faciendum, faciebat, & in centro ſui nihili ſe conſtituebat. Quare cùm doceret, in nouiſſimo loco in conuiuijs, & cæteris congreſſibus recumbendum, ipſe recumbebat, & infima quæque & abiectiſſima mundi tanquam ſibi debita arripiebat. Eheu! longè aliter, quàm nos agebat: nos mira de humilitate dicimus; miras de ea ideas nobis efformamus; & eminentiſſimas quaſque cognitiones concipimus, ſed ſimulatque è loco conceptarum huiuſmodi cognitionum diſcedimus, nihil minus, quàm quod cognitioni illi reſpondeat, recitamus: ſed planè contrarium agentes, *ex noſtris diſcurſibus & ratiocinationibus*, plenis cyathis, vanitatem haurimus. Et dum apud alios de humili-

tate

tate loquimur, vanæ gloriæ aurâ ita nos replemus, vt præ ea crepare poſſimus. Et nobis, (tàm ſumus amentes) perſuademus, ſat eſſe ad humilitatẽ acquirendam, ſi de ea ſermonem habeamus. O miſeri & infelices, qui contenti cortice, ſecurim ad radicem non applicamus, ſed nos ipſos condemnamus, & mortis ſententiam contra nos pronunciamus! Poſtquam enim ad ſtuporem auditorum de ſancta humilitate in exedris & cathedris verba fecimus, ſi quidpiam reprehendatur, aut minus laudetur, tantâ ex eo afficimur triſtitiâ, & ita animo deijcimur, vt, ſi ſuper hoc paululùm reflectamus animum, non poſſit iſtius vanitatis non ſummè nos pudere.

IV. Perquam optarem, amice Lector, poſſe me tibi explicare verbis, quod in animo inuolutum gero: aſſero enim Chriſtum Dominum ad ſe humiliandũ & exinaniendum adhuc alio longè fortiori argumento motum fuiſſe, quàm fuerit illud, quod modo retuli. Quod enim D. Thomas dicit de timore, quem Chriſtus erga Patrem habuit, optimè etiam dici poteſt de humilitate: *Quærit ergo an Chriſtus habuerit virtutem timoris ad-* 3. p. q. de virt. Chriſti.

uerſus Patrem, & reſpondet, affirmando, omnino habuiſſe, & quidem in eo gradu, vt homines & Angelos hac etiam virtute, vt omnibus alijs, ei diuinitûs collatis, longè ſuperârit. Eius ratio eſt optima: quia ex duobus motiuis poteſt timor naſci. I. Ex eo, quòd Deus, cùm ſit infinitè iuſtus, peccata puniturus fide credatur. Et hic timor cùm exemptus eſſet ab omni peccato, non magis cadere poterat in Meſſiam, quàm ille, *ne ſepararetur* à Deo: quod nullo modo Chriſtus timere poterat, cùm ſecuriſſimus eſſet de ſua beatitudine. II. Timor naſci etiam poteſt, ex ſuprema excellentia, & excellenti eminentia eius, qui timetur: quæ eminentia in Deo eſt infinita, vnde nulli omnino poteſt conuenire creaturæ. PRIMVS eſt ſeruilis, & duo ſolùm reſpicit; PROPRIVM SCILICET COMMODVM, & HORROREM POENARVM. SECVNDVS filialis, & plenus amoris ſinceriſſimi. PRIMVS ſubiectus eſt ſeruituti. SECVNDVS ab ea penitus liber, totus eſt in veneratione, & honoris delatione. Et ita quidem, vt, quò quiſque magis proficit in cognitione infinitæ magnitudinis Dei (quæ omnes res creatas infinitis ſupe-

ſuperat modis) eò maiorem acquirit timorem, & reſpectum aduerſus diuinam Maieſtatem. reſpectus autem iſte totus conſiſtit in amore, & honore,& profunda quadam reuerentia. Eodem prorſus modo Philoſophandum eſt de humilitate. Homines enim vel ob ſuas miſerias, ob fragilitatem, ac ob infinita propemodum peccata, coram Deo ſe humiliant (& hæc humilitas non erat in Chriſto, quia in illum ne minimum quidem cadere poterat peccatum) vel ob immenſam, quam in Deo intuentur excellentiam, & ob vilitatem, quam notant in ſe & cæteris creaturis. atqui hæc humilitas tanta erat in Chriſto, vt ad eius magnitudinem nullus vnquam hominum valeat pertingere. Totius rei fundamentum eſt, quòd *finiti ad infinitum nulla ſit comparatio.* Ex quo naſcebatur, vt cum Chriſto perfectè conſtaret omnia, quæ habebat, vt homo, claudi terminis, & eſſe finita, proinde ſuam etiam animam non niſi finitam eſſe, ac eius capacitatem & potentiam non extendere ſe, niſi ad gratias, ad virtutes, & perfectiones finitas, & limitatas cognoſcebat; ex altera parte cùm Patris magnitudinem infi-

S. Tho. p. q. de gratia.

infinitam ac immenſam perſpectam haberet, perbellè ſciebat ſe, cum Patre collatum admodum eſſe exilem. Vnde olim Dauidis ore dixit de ſe : *Subſtantia mea tanquam nihilum ante te.* Poteſt igitur dici, & verum eſt, quòd, etiamſi dona gratiæ ſaluatori collata in aliquo ſenſu poſſent cenſeri infinita, reipsâ tamen terminis circumſcribi & eſſe finita. Ex quo rectè inferes, poſito dicto fundamento, *non eſſe comparationem finiti ad infinitum*, Chriſtum vt hominem, ab excellentia Patris remotiorem fuiſſe, quàm nos à Chriſto, vt homine. PROPOSITIO hæc ad ſpeciem audax videri poſſet, ſed reipsâ eſt veriſſima. Nam etiamſi vnicum tantum gratiæ haberemus gradum, & Dominus duodecim milliones, tamen ſtat inconcuſſa veritas, quòd nempe maior ſit relatio vnius gradûs ad duodecim milliones, quàm duodecim millionum ad infinitum: in quo nulla reperitur comparatio: noſtra enim vnitas toties poteſt multiplicari, vt ad numerum duodecim millionum pertingat. Quid mirum ergo, quòd Chriſtus perpendens Patris magnitudinem, & ſe cum ea conferens, ſummè ſe humiliabat? ferè mihi

D. Thom. hic cit.

ex-

excidiſſet dicere; me potius mirari, quòd magis adhuc ſe non humiliabat; nam ad honorandam magnitudinem infinitam, opus eſt in honorante honóre infinito, & in humiliante humilitate quoque infinita: quæ non reperiebantur in Chriſto, quia ad eum ſolùm pertingebant terminum, quem Patris æterni ſapientia præſcripſerat. Percommodè autem illud accidebat, quod Chriſtus conſtitutus in centro ſui nihili, & in abyſſo profundiſſimæ vilitatis, (quæ comparata infinitæ Maieſtati Patris nihil omnino ei videbatur) Patrem intimè deprecabatur, eò, quòd ei reddere non poſſet, quod illum decere apprehendebat. Quod enim reddebat, ita illi videbatur exiguum, vt in rei veritate erubeſceret, & veniam humillimè peteret, his aut ſimilibus verbis, quæ ex maxima humilitate ſibi applicabat: *Domine, quid eſt homo, quòd memor es eius? homo vanitati ſimilis, &c.*

V. En Lector, humilitas, cui par non poteſt inueniri: en, inquam, humilitas, quæ Chriſtum Dominum multis nominibus charum efficiebat in cælo, & amabilem in terra. Si, vt aiunt, regnum & imperium omni iure ei debetur, qui maxi-

ximum in minimo poteſt collocare, quis negabit Chriſtum optimo iure ſibi vendicare Monarchiam & imperium in corda ac animas noſtras, vt qui omnem cœlorum circumferentiam, & omnes diuinitatis theſauros in centro terræ, id eſt, in puncto ſuæ humilitatis collocauit? Dicamus plus cum ſancto Bernardo: Deum nimirum eſſe magnum, & in ſua magnitudine laudabilẽ, ſed & paruum, & in ſua humilitate amabilem. Quò autem minor noſtri causâ efficitur, eò magis cor & amor noſter erga eum creſcere debet, vt etiam maiora amoris obſequia ei exhibeamus. Quando tonat & fulminat, eum nos timentes, animo deficimus. Quando autem ſe humiliat & abijcit, corda noſtra in eo amando plurimùm dilatantur. Vin' ſcire, quis eius, dum viueret, fuerit ſenſus & ſententia de humilitate? *Vitam illius perpende.* Eius enim vita eſt cordis & ſecretioris linguæ explicatio; Prius *fecit*, & poſtea *dixit*. Verùm, ſic loquendo venit in mentem vereri, ne aliquem committam errorem: Certiſſimo enim mihi perſuadeo eius cogitationes longè fuiſſe præſtantiores, & ſublimiores ipſis actionibus; & ſimul per-

permultùm dubito, an homo capax reperiri poſſet, ad ea exequenda, quæ amor veræ humilitatis, & ſuiipſius contemptus illi ſuggerebat ac dictabat. Sponſa in canticis hoc perbellè callens, hoc nos docet ſecretum: Vbi enim excellentes eius laudes ac virtutes retuliſſet, excellenter adiungit: *Abſque eo, quod intrinſecus eſt.* Quaſi diceret, quæ refero de meo ſponſo, ea ſub ſenſus cadunt; volo autem ſemper ea ſalua eſſe, quæ in corde latent, & longè pretioſiora ſunt, quàm quæ foris parent. ſed excluſis omnibus ijs, quæ Chriſtus ſolâ mente agitauit, quæ reipsâ actione extrinſecâ exercuit, abundè ſufficiunt ad nos rubore ſuffundendos, dum quantâ humilitate ea ipſe fecerit, videmus, & quantopere contemptum noſtri ipſorum formidemus, & ſimul quantam difficultatem in humiliando nos ipſos experimur, animaduertimus. Cant. 4.

VI. Partes, quibus conſtat vera humilitas, ſunt hæ quatuor. I. contemptus mundi. II. neminem contemnere, ſed omnes ſe maiores & meliores æſtimare. III. contemptus ſuiipſius. IV. contemptus ipſius contemptûs S. Bonau. opuſc.

cum animi generoſitate. Quicunque hæc habet verè, etiam veram & ſolidam humilitatem ſe habere credere poteſt. Quamdiu hæret animus ſuſpenſus, eſto verbis ſe promptum ad exercendam talem humilitatem ſe iactitet; quamdiu mundi laudibus capitur; quamdiu, ne aliqualis propriæ æſtimationis diminutionem patiatur, timet; breuiter, quamdiu amat videri, & aliquo loco haberi, imò & primas ſibi in omnibus deferri; quamdiu ab omnibus in maximo honore haberi, & adhuc inter viuos agens in album ſanctorum referri factis oſtendit, quicquid dicat de ſua bona intentione, clamet quantum velit, ſe maiorem Dei gloriam in omnibus ſuis verbis, & factis quærere, Lector, caue ei credas: quia & tibi illudit, & ſeipſum decipit: Audi Chriſtum; Chriſti vitam volue & reuolue; & contrarium deprehendes. ille, ille vſque adeo parui pependit mundum, & eius iudicia, vt cum minoris æſtimaretur Barrabâ, homine infami, nullo penitus id modo ægrè tulerit, imò certò crediderim, quòd in corde ſuo Deum Patrem laudarit, eique gratias egerit, quod anſam ſibi præbuerit reperiendi theſaurum.

Digitized by Google

rum cœleſtem, quem aſſiduè quærebat. Alij tres contemptus in eo etiam repe- riuntur, ſed cum eminentiâ, eius perſonâ dignâ. Pater æternus, auctore doctiſſimo Ruperto, ad mundum redimendum, ſiue viâ honoris, ſiue opprobrij, prout lube- ret, liberum ei permiſerat. S. Paulus ad Hebræos dicit, eum prælegiſſe viam op- probrij, *qui, inquit, propoſito ſibi gaudio ſuſti- nuit crucem, confuſione contemptâ.* Hâc enim incedens viâ, id eſt, confuſionis & igno- miniæ, maius longè, & locupletius amo- ris teſtimonium ſe nobis daturum iudi- cauit, quàm ſi inter affluentes omni ex parte honores triumpharet. Eſto Patris gloria ex alterutro horum prouenien̄s, par futura fuiſſet. Perbellè tamen noue- rat contemptum contemptûs, amorem confuſionis, & neglectum propriorum commodorum eſſe, velut ſuccum & eſ- ſentiam virtutum, *tantum enim quiſque ha- bet virtutis quantum humilitatis.* Qui ergo ſcire deſiderat, quàm altè perfectionis ſcholam cõſcenderit, numeret oportet, quot humilitatis gradus in corde ſuo poſſideat. Verùm, etiam atque etiam caueat, ne ſibi blandiens ſeipſum deci- piat. Nonnullus enim ſe virtute hâc cre- dit

12. v. 2.

Caſſian. cole de hum.

dit locupletem, qui vanâ crepat gloriâ, & tranſlatitias cogitationes; atque mutuata, neſcio à qua vmbra humilitatis, verba dexterrima vſurpat cum vanitate. Peſſimum autem in hoc genere vanitatis illud eſt, quòd quò homo ea peſte magis infectus eſt, eò mundiorem ſe arbitratur.

VII. Sancti Patres duodecim humilitatis gradus numerant; Chriſtus benedictus, vt autumo, vltra mille habuit; Eius ſiquidem tota vita aliud non erat, quàm continua humiliatio, dum quod ſibi acerbiſſimum erat, ſemper eligebat: dum naſcitur, REGALE PALATIVM, eſt STABVLVM, ſine tecto, omnibus ventis & cæteris cœli iniurijs peruium. id per quod laborem manuum ſibi victum cõparat, eſt humile opificium, ſub diſciplina VILIS FABRI LIGNARII; dum ad baptiſmum accipiendum ſe confert, cõprimitur multitudine hominum peccatorum, quaſi eorum eſſet maximus; dum inuitatus honeſtat nuptias, deeſt vinum; ita eius paupertas faſtidiebat conuiuia! dum relicto opificio triennij ſpatio prædicandi munus continuat, piorum hominum ſuſtentatur eleemoſynis; Dum mo-

Digitized by Google

moritur, habet pro conclaui regio infamem caluariæ montem, pro lecto autem crucem ignominioſiſſimam. Qui eum ſequuntur diſcipuli, homines ſunt ex populi fœce aſſumpti; qui vrgente fame, & rei domeſticæ inopiâ dominante, laceris retibus piſcando victum quærere coguntur: ita pauperes & infimæ conditionis erant homines! Eius verba, conciones, vita, conuerſatio aliud non ſpirant, quàm humilitatem, & quidem ſummam, quam quis poteſt ſibi imaginari. Eum adorabant Reges, ſed non ſuper ſolium ac thronum Regium ſedentem, ſed ſuper STRAMEN: adorabant & Paſtores, ſed iacentem in PRÆSEPIO, vbi paulò ante pabulum ſumebant beſtiæ; ſtella quidem noua de cœlo eum publicauit mundo, ſed Rex terrenus illum ſtricto perſequitur gladio, atque eum pellens, dignum non iudicauit ſtabulo. in cruce moriebatur, ſed prius omni veſte à petulante milite ſpoliabatur. quæ confuſio maior & acerbior illi erat, quàm quæ toto vitæ tempore fuerit.

VIII. Refert S. Lucas Euangeliſta, Chriſtum à quodam fuiſſe rogatum quatenus fratri ſuo diceret, vt ſecum diuide-

uideret hæreditatem, futurum vt vtraque pars eius ſtaret iudicio. Tantam de eius bonitate ac æquitate habebant opinionem! Iuſta equidem, & paucis amans videtur (& verè eſt,) petitio; ſed dominus amantior humilitatis, quàm tituli Iudicis, hunc in modum reſpondit: *Homo: quis me conſtituit Iudicem, aut diuiſorem ſuper vos?* Quaſi diceret, amice, quis tibi dixit inter te & fratrem tuum me æquũ Iudicem futurum? Bene cauebo, ne hoc munus mihi arrogem. Deus bone, quis eſt iſte ſermo cæleſtis? quæ & iſta tanta, & tam inaudita modeſtia? Nónne *pater* Ioan. 5. 22. *illi dedit omne iudicium?* nónne eum conſtituit Iudicem viuorum & mortuorum? Nónne is erat, qui merebatur, vt eſſet Iudex vniuerſorum? Interim more ſuo ſe immergens in abyſſo humilitatis, ita agit, vt qui antè ab omnibus digniſſimus cenſebatur, qui omnes omnium, etiam difficillimas, componeret controuerſias; iam ne minimam quidem videatur poſſe componere. Nec id ipſe moratur, imò fortè gaudet præberi ſibi occaſionem euellendi è cordibus hominum præconceptam de ſe opinionem ſingularis prudentiæ. Nunc demum intelligo, cur

cur Spiritus ſanctus loquens de vita Eſther, quæ erat figura diuinæ humanitatis Chriſti, vocet eam dies humilitatis eius. Intelligo etiam illud, quod dictum eſt de Iudith, & de alijs: *humilitate humiliata eſt:* ſicut & quod Dauid dicit de ſeipſo: *humiliatus ſum nimis.* Humiliare enim ſe humilitate, & ſolidâ, liberâ, ſincerâ humilitate ſeipſum infra omnes conſtituere, & abijcere; non autem friuolâ, non affectatâ, non fictâ ex timore & cæremonijs quibuſdam profectâ & (ne inſolentes habeamur, ſi nos ipſos laudamus) vmbratili humilitate humiliare. *Nimis ſe humiliare*, eſt vſque ad vltimum veræ humilitatis terminum, & non ad medietatem tantum pertingere. Ad illum terminum excellentia Meſſiæ (qui ipſamet eſt humilitas) proprijſſimè pertigit. Quis igitur non tenerrimè, & ex intimo cordis affectu tantam benignitatem, & talem humilitatem VERBI INCARNATI (niſi humanam exuerit formam, & induerit belluinam) poſſet non amare? Quando ſe vocat lapidem ſeu Petram, videtur velle indicare ſe eſſe magnetem, lapidem exterius quidem infuſcatum, & contemptibilem, ſed qui ſecretam

Eſd. 4. in 7.

cretam intrinſecè habeat vim & efficaciam, noſtra corda etiam ferrea ad ſe trahendi, & efficiendi, vt cœlum & polum intueantur, & ſalutaris confuſionis percupida efficiantur.

Quis eſt. qui aſcendit, niſi qui, &c.

IX. Si lubet ſcire, quàm profunda Chriſti ſit humilitas, inquit D. Bernardus, cogita quàm in excelſo gloriæ throno reſideat. Cùm ergo aſcenderit vſque ad dexteram Patris, vltra quam nullus eſt aſcenſus, & ibi ſit in ſolio, Patris ſolio ſimili, collocatus, credendum eſt, eum ita profundè aſcendiſſe, vt nullus hominum, neque Angelorum, in hoc mundo tantum ſe exinaniuerit, atque ille. Placétne cognoſcere rationes, quas dictus S. Bern. multùm ad rem præſentem confirmandam facientes, in varijs ſuorum operum locis protulit? Primò, eius humanitas debuit eſſe templum Spiritûs ſancti. Vnde ad recipiendam abundantiam gratiæ, propemodum infinitæ ab eodem ſpiritu, nónne humilitate propè infinitâ oportuit Chriſtum fuiſſe præditum?

Serm. 4. in vig. Nat. D.

2. Humilitas aliud non habet templum, quàm corda vnicè Deum amantia. *Humiles ſiquidem templum Dei replent*; quanta

ta ergo huic virtuti eſt opus latitudine & profunditate, vt Dei cor, quod omni caret dimenſione, repleat? Dici poteſt cum D. Ioanne: *Vnigenitus filius, qui eſt in ſinu Patris*: ibi manens, eius replet cor, ſed modo prorſus ineffabili. Ioan. 1. 18.

3. Noli modo tibi imaginari, quòd Spiritus ſanctus ideo quoddam gratiæ diluuium Chriſto infuderit, quia tormenta & deſpectûs in ſua ſacratiſſima paſſione & morte pertulerit; ſed quia reuerà fuit humilis corde, *humilibus autem, non humiliatis, dat gratiam Deus.* Ad cognoſcendum quàm altè Chriſti humilitas & modeſtia aſcenderit, cognoſcenda prius eſt multitudo ac magnitudo donorum, quæ Spiritus ſanctus eius ſanctiſſimæ animæ contulit. Serm. 14. in Cant.

4. Dictum audax ad ſpeciem, ſed veriſſimum, & digniſſimum, quod ex aureo proficiſcatur ore, quale fuit D. Bernardi, *humilitas ſola meretur gratiam.* Et alibi: *Sine humilitate audeo dicere, neq; Maria virginitas placuiſſet.* Nota, ſanctum Bernardum non dicere, Virginitatem Beatæ Matris Deo nõ placuiſſe, ſed ita eam placuiſſe, vt tamen profunda eius humilitas princeps cauſa fuerit, cur electa ſit in Dei Matrē. Flor. S. Bern. ſer. de miſſus eſt.

Digitized by Google

5. Qui ſtudet comprehendere incomparabilem filij Dei humilitatem, debet ſcire numerum innumerabilium diuinarum ac ſublimium eius perfectionum. omnes quidem virtutes vno in loco congregatæ, Dei efficiunt ciuitatem, ſed humilitas ſola eius eſt fundamentum: *Humilitas eſt fundamentum ædificij ſpecialiter, & propugnaculum omnium virtutũ.* Quàm profundè in terra fundamentum hoc, quod eſt Chriſti humilitas, poſitum eſſe debuit, quandoquidem ſuſtentare debebat ædificium, cuius apex pertingeret vſque ad ipſum Deum, & vltra omnes res creatas. Vagor, fateor, ſpiritu, & velut in labyrintho quodam in iſta magnitudine & profunditate humilitatis oberro, ſummè erubeſcens, quòd tantis interuallis diſtem ab ea perfectione, quam Chriſtus Dominus & Saluator meus tanti fecit.

S. Bern. in Epiſt. 42.

6. Res mira, quomodo ſuprema ſapientia duo infinito interuallo inter ſe diſtantia, SVPREMAM nimirum GLORIAM, cum INFIMA, quam quis ſibi imaginari poteſt HVMILITATE coniunxerit. *Nemo illo ſublimior, nemo humilior, ô nouiſſimum virorum, & altiſſimum!*

S. Bern. ſer. 4. hebdo pœnos.

O hu-

Digitized by Google

O humilem & ſublimem! Quis tunc fuit ſenſus Angelorum videntium Regem gloriæ, & vnicum ſuum Dominum ac Magiſtrum in centro annihilationis abiectum, & ad pedes Iudæ, qui & ipſe iam inferni ac Luciferi erat mancipium, proſtratum. Quale ſpectaculum, Eheu! & qualis exceſſus amoris Chriſti aduerſus hanc virtutem humilitatis!

7. Si admittenda eſt Sanctorum Regula, quâ dicitur, quòd *qui plus habet virtutis, plus etiam habet humilitatis*, quis dubitabit in Chriſto, in quo erat plenitudo omnium virtutum, etiam fuiſſe plenitudinem ſanctæ humilitatis? Ea enim eſt nutrix, & velut Angelus cuſtos virtutum; eadem eſt conſeruatrix gratiæ, cuius ſuperbia eſt interfectrix crudelis; eadem denique eſt Mater omnis boni, omniumque virtutum, vt præclarè dixit S. Bernardus: *Vera humilitas eſt mater ſalutis*: cùm Chriſtus ſit Rex cordium, omniſque perfectionis, quidni etiam ſit humilitatis, quæ omnium virtutum eſt Imperatrix, fundamentum, & conſeruatrix? Vbi Apelles ſuis operibus extremam manum impoſuiſſet, & pingendo id aſſecutus fuiſſet, vt ab artificio natura genita videretur, vilem ſuper depictas ta-

S. Greg. S. Aug. S. Bonau.

ſerm. 37. in Cant.

Digitized by Google

tabellas & imagines vernicem inijciebat, quaſi eas penitus deterere, & exterere vellet, cùm interim hæc ſummum & præcipuum decus illius tabellis conferret: quia dum nimiùm viuaces colorum radios retunderet, tàm pulchram & gratam aſpectu reddebat picturam, vt nihil in toto vniuerſo pulchrius, & gratius excogitari poſſet. Quod VERNIX inducta Apellæis operibus efficiebat, hoc Chriſti HVMILITAS in eiuſdem efficiebat virtutibus. & ipſe Chriſtus ab ea repræſentabatur, velut nouiſſimus virorum, ſimul & ſplendor eius diuinitatis celabatur, & nimia viuacitas ſublimium eius perfectionum quodammodo decolorabatur. Nec id quicquam obſtabat, quo minus eum profunda humilitas hominibus ſummè amabilem redderet, quò minus item mortalium cordibus intimè ac potenter dominaretur. Quî enim fieri poteſt, vt homines dum præpotentē Deum ad nequiſſimi omnium mortalium, qui vnquam fuerunt, aut futuri ſunt, pedes proſtratum videńt, non ſeſe ad eius pedes abijciant, & in centro ſui nihili penitus immergant, vt coram tanta, &

ſum-

ſummè diuinâ Maieſtate ſe penitus exinaniant? Pulchrè Nazianzenus: *An quia Ieſus paruus eſt, putas non eſſe magnum, & magis amabilem?* Orat. de Natiuit.

8. Sanctus Bernardus totus indignabundus dicit: *Deus ſe humiliat, & homo ſe exaltat, Deus ſe exinanit, & vermiculus intumeſcit*: Quod eſt dicere, ſummus totius vniuerſi Deus ipſe ſe vſque ad infimam ſerui formam demittit, &, qui nihil eſt homo, niſi putredo, adeò ſuperbiâ inflatur, & in altum ſe erigere conatur, vt Dei partes in terris agere velle videatur. Refert Plinius Imperatorem Traianum quòdam die in ſenatu præclarum humilitatis actum exercuiſſe: aduenientibus enim Senatoribus, de Cæſareo deſcendit throno, quò humanius eos exciperet, ac ſalutaret. Vnde commune omnium voce, & applauſu acclamatum ſtatim eſt, *tantò maior, quantò humilior.* Solus & vnicus modus eſt, vt, is qui inter homines primus eſt dignitate, ſi creſcere adhuc velit honore & magnitudine, ſeſe quoad poteſt, humiliet. Et hoc eſt, quod Chriſtus ſuam vocat ſcientiam, dum dicit, *diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.* Eâdem de cauſa S. Bernardus dicit, *humili-*

Serm. 1. miſſus eſt.

In Paneg.

militatem eſſe virtutem, quæ ſola meretur gratiam. Chriſti quidem anima infinitis propemodum fulget perfectionum radijs, ſed illa, quam peculiari ratione profitetur, illa quam omnibus præponit, illa, quæ pretioſiſſima eius theſauri eſt margarita, eſt ſancta humilitas, quam cordi ſuo deſponſauit. Eheu! quale matrimonium, quod init TOTVM cum NIHIL! quod contrahit ſummus cœlorum creator ac moderator cum infimo terræ centro! breuiter in quo coniungitur Deus nihilo? & tamen tanquam de re ſumma ſummè ſibi complacet, & velut victor captâ prædâ triumphat. *Ego vir videns paupertatem meam:* quaſi diceret: talis ſum vir, qui nullâ aliâ re delector, quàm mea exiguitate & vilitate, quàm meâ paupertate collatâ cum infinities infinita Maieſtate Dei Patris. Pulcherrimum obiectum ac ſcopus mearum cogitationum eſt, meam humilitatem & abiectionem contemplari, & in abyſſum mei nihili me proijcere, & ibi ſic proiectum immenſitatem diuinitatis ſuppliciter adorare. Lector, quicunque vitam viuit, & IESVM dulciſſimum, columbam innocentiſſimam, agnum mitiſſimum,

Jerem. Thre. 3. c.

non

non amat vehementiſſimè, aut corde caret, aut, ſi habet, à tigride eſt mutuatus. *quò vilior, eò mihi charior*, inquit Tertullianus. quod eſt dicere, quod magna vi & potentiâ me ad Chriſtum amandum rapit, eſt extrema eius demiſſio & humiliatio, propriâ voluntate ſuſcepta, quò plus ſe exinanit, eò magis mihi cor captiuum rapit, & ad infinitam ſuam magnitudinem ſuppliciter adorandam me pertrahit. O fac, fac obſecro, IESV dulciſſime, vt diuina hæc virtus meo cordi profundè imprimatur; fac, vt idē verę humilitatis templũ efficiatur, fac deniq; , vt cęleſti hac ſcientiâ à te erudiatur. Amen. De incarn. Chriſti.

CAPVT V.

Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te, & quem miſiſti, IESVM Chriſtum. Ioan. 17.

Quòd pulchritudo & Maieſtas Ieſu Chriſti eundem infinito modo efficiat amabilem.

I. §. EQVIDEM vel nihil in hoc mundo amandum eſt, vel Chriſtus IESVS amandus eſt; omnia enim quæ vbique terrarum reperiri poſſunt incentiua & indicia ſin- Vaſq. Suar. Damaſc. S. Tho.

gularis decôris, incluſa continentur eius pulchritudine, quæ eſt excellentiſſimum Spiritus ſancti opus: Vnde dici poteſt, & quidem cum veritate, quòd nihil ſit omnino in mundo inuenire, quod venuſtate ac dignitate adæquet Saluatoris pulchritudinem, vel quod ſit amabile, niſi id habeat ob gratiam Saluatoris: & cùm pulchritudo ſit verum & proprium obiectum amoris, inferes rectè; quòd quicunque amat, amet propter ſummum & ſummè amabile pulchritudinis obiectum, quod amantem violenter in ſui trahit amorem. Nicephorum eius perſonæ dignitatem vultuſque pulchritudinem his verbis graphicè deſcribentem audiamus: *Egregio is viuidoq; fuit vultu, corporis ſtatura ad palmos prorſus ſeptem, Cæſariem habuit ſubflauã, ac non admodum denſam, leuiter quodammodo ad criſpos declinantem: ſupercilia nigra, non perinde inflexa. Ex oculis ſubflaueſcentibus mirifica prominebat gratia: acres ij erant, & naſus longior. Barbæ capillus flauus, nec admodum demiſſus, capitis porrò capillos tulit prolixiores. Nouacula enim in caput eius non aſcendit, neque manus aliqua hominis præter Matris, in tenerâ duntaxat ætate. Collum fuit ſenſim decliue,*

Lib. 5. hiſt. c. vlt.

cliue, ita vt non arduo, nec extento nimiùm corporis ſtatu eſſet: Porrò frumenti refe-ens colorem; non rotundam, aut acutam habuit faciem, ſed qualis Matris eius erat, paulùm deorſum verſum vergentem, ac modicè rubicundam: grauitatem atque prudentiam cùm lenitate coniunctam, placabilitatemq́; iracundiæ expertem præſe ferentem. perſimilis denique per omnia diuinæ & immaculatæ fuit ſuæ genetrici: hæc ille.

II. Sed hæc corticem tantum & externam ſpeciem oculis ſubijciunt, prætereunt autem præcipua eius pulchritudinis capita (quæ & hominum, & Angelorum animis potenter imperat, & eos, quò lubet, trahit) prætereunt etiam gratiam, quam Deus Pater ei contulit cum ingenti ſplendore. Videtur mihi Dei filio id eueniſſe, quod olim Romæ cuidam pulcherrimo, & artificioſiſſimo, qui excogitari poſſit, fonti. In eo vi aquarum, & machinarum apprimè artificioſarum, innumeræ res, mirâ pulchritudine inter ſe diſtantes ac variatæ conſpiciebantur. Repentè, neſcio quid, tanto cum artificio apparebat, vt quicquid antè ſe, cõſpiciendum exhibuerat, vel obſcuraretur, vel penitus ab oculis

fugaretur, vt nihil appareret præter vltimum artificium, quod adeò erat excellens & eximium, vt aduenienś, (velut ſol oriens ſtellarũ fulgore) priorũ omnium magnitudine ſuorum radiorum ſplendorem extingueret: Innumeri tum viri, tum fœminæ, ac aliæ creaturæ mundo conſpectæ ſunt perfectione mirâ præditæ; at ſimulatque Chriſtus Dominus comparuit, omnes diſparuerunt & euanuerunt, non ferentes conſpectum ſolis, tantam, imò omnem pulchritudinem & ſplendorem in ſe continentis. Et hoc ſacræ litteræ tribus verbis nobis indicant. PRIMVM eſt, quod eum vocent, *deſiderium collium æternorum*; SECVNDVM eſt, *ſuſpirium Prophetarum*. Vnicum hoc erat votum ſacrorum Vatum, vt Saluatorem, quem prædicabant venturum, coràm præſentes oculis poſſent intueri. Intuendus quidem eſt accuratè, ſed ſemel tantùm; ac deinde eruendi ſunt oculi, ne poſtquam eum viderunt, aliorum obiectorum aſpectu, quæ comparatione illius viſu indigna ſunt, contaminentur.

Gen. 49.

Cornel in Prophetas

TERTIVM verbum, ſeu nomen eſt, quo eum ſponſa indigitat: *Totus deſiderabilis. & totus omnia deſideria.* Vult autem ſponſa

Cant. c. 5. S. Ambro. in illud c. 5. Cant.

ſponſa dicere, imò dicit. Quicquid oculus, quicquid cor, quicquid caſtus amor poteſt rarum & pulchrum deſiderare; qui, inquit illa, videt meum dilectum, totum is videt clariſſimè. Statue verecundum pudorem in fronte quapiam; modeſtiam in malis, ſuauitatem in oculis, gratiam in labijs, Maieſtatem in vultu, cœleſtem eloquentiam in lingua. Fac denique, vt huic omnes omnino virtutes ſuas contribuant partes ac ornamenta, & expreſſam ſuis coloribus habes *Verbi incarnati* effigiem: in quod Spiritus ſanctus ea omnia cœli ornamenta contulit, quæ corpus mortale admittere poterat. Eheu! inquit D. Auguſtinus: *Serò te amaui pulchritudo, tam antiqua & tam noua ſerò te amaui! væ tempori illi, quando te non amaui.* Confeſſ. ſolilcq.

Quæcunque Salomon, figura veri huius Salomonis, in canticis inſtinctu Spiritus ſancti dixit, nullo penitus excepto, dicta ſunt de Saluatore noſtro. Hic, hic ſolus eſt ſponſus animæ, & Eccleſiæ. Eius verò humanitas, vera eſt Dei ſponſa, vnde cùm ille ſit ſponſus, & ſponſa, quicquid in cantico illo canticorum rarum & eximium eſt, totum de eius Maieſtate, & pulchritudine credi & accipi de-

debet. Porrò Spiritus ſanctus loquens de Phœnice omnis pulchritudinis, Chriſti ſcilicet humanitate, videtur mihi agere more & modo hominis rē aliquā perditè amantis, qui ei ſemper nouas & nouas adinuenit, & adſcribit perfectiones; qui alia atque alia illi aſſignat nomina; & perdens ſeipſum in ſuis diſcurſibus & narrationibus, nunquam efficere poteſt, vt ſuus amor in aliquo conquieſcat. Audiamus igitur Spiritum illum, ineffabilem pulchritudinē huius mitiſſimi agni, & diuiniſſimi ſponſi deſcribentem: *Oculi*, inquit, *tui columbarum*. Quales, ait Origenes? *Credo, inquit, quod ſimiles oculis Spiritus ſancti qui fere ſemper apparere ſolet in ſpecie columbæ.* Oculi igitur ſunt duo ſpecula, in quibus ipſamet Spiritûs ſancti videtur pulchritudo, quæ abdita latet ſub chryſtallo oculorum Saluatoris. *Pulchra ſunt genæ tuæ vt turturis, ſed quales, rogat Robertus? Et reſpondet ſibi, quales Beatæ Virginis: quæ cum eſſet pulcherrima mulier, tu tamen dulcis IESV, adhuc eras pulchrior, & centies millies amabilior.* Item dicit eſſe *Lilium* & quidem *conuallium*, innocentium ſcilicet; & quòd ſolùm *inter Lilia commoretur*. Nam nullo contradicente, ſi virginitas aſſume-

Cant. 5. 1. hom. in Luc. de Purif.

Cant. 1. v. 9.

mere vellet corpus humanum, aſſumere non poſſet, neque candidius, neque elegantius, neque nitidius, neque innocentius, neque amabilius, neque demum quod ſuauiorem afflaret odorem, quam I E S V L I. Lilium hoc inter Patrem & Filium inuenitur in cœlis; in terris autem inter Mariam & Ioſephum; vel ſupra cor & ſupra ſinum Beatæ Virginis. Quæ infinitis propè modis candidior & purior eſt, quàm delicatiſſimi quique flores liliorum terreſtrium. Inſuper inquit, *collum tuum ſicut monilia*: vel, *ſicut turris Dauid, collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortiũ.* Re ipsâ congregentur omnes virtutes, conſpirent omnia gratiarum genera, natura & gratia connitantur, vt hominem producant omni poſſibili & imaginabili pulchritudine exornatum, producant inquam, & vbi produxerint, ne dubites hoc excellens opus Chriſti I E S V nomine inſignire. Septem ſunt in orbe miracula, ſed omnis Roma miraculum eſt, & Chriſtus I E S V S miraculum miraculorũ. Cant. 1. 9. 4. v. 4.

IV. *Pulchra es, inquit, amica mea, ſuauis & decora ſicut Hieruſalem.* Sed de qua Hieruſalem loquitur, inquit Mellifluus Do- Cant. 6. 3.

ctor

ctor Bernardus? Certè de cœleſti, ac de ipſo Paradiſo. quin & ſtatim ſe ipſum explicans, vocat ſponſam Paradiſum, & hortum concluſum. Vnde minimè abſurdè dici poteſt, quòd Chriſti HVMANITAS tot ornamentis decorata, ſit compendium quoddam totius Paradiſi: in quo tanquã in aliquo ſpeculo omnes cœli deliciæ & theſauri conſpiciuntur. Docet, & quidem rectiſſimè, Theologia Deum eſſe obiectum beatificum animarum, quæ ſalutem conſequutæ ſunt; & corpus Filij Dei eſſe corporum glorificatorum itidem obiectum, & eorum, qui illum in carne videre meruerunt. Quos, ex mentis ac ſenſuum alienatione, ſummopere miror non repentè mortuos concidiſſe, dum contemplantur faciem illam igne amoris diuini adeò flagrantem, atque omnium virtutum odorem, ita ſpirantem, vt Angeli, qui eam aſſiduè vident, deſiderent ſemper intimiùs & propiùs eam inſpicere: quia eius aſpectu longè iucundiſſimo ac ſuauiſſimo nequeunt vnquam ſatiari. Eſt enim MAGNES CORDIVM, & ſi debeo dicere quod ſentio, eius oculorum nictus, ſunt fulgetræ quædam, ſunt iacula, ſunt fulmina.

mina, quæ è cœlo in terram demiſſa, obuia quæque obterunt, ac proſternunt. Infelix Iulianus Apoſtata ſanctum Matthæum alioſque Apoſtolos, quòd vno verbo, vno oculorum nictu, ſequuti fuiſſent Saluatorem; irridebat, dicebatque aliunde id profectū non eſſe; quàm ex vilium ac vulgarium animarum imbecillitate. S. Hieronymus homini ſcelerato indignans ait: *Impreſſa in diuino illo Saluatoris vultu Maieſtas, præpotentes ac fulgurantes oculorum obtutus adeò percellebat intuentium corda, vt ſuaui violentia, ſi libuiſſet, omnium animos ad ſe trahere potuiſſet, etiam eorum, qui maximè feroci & agreſti ſunt ingenio. Nihil enim eſt, quod non penetret tam efficax potentia.* lib. 1. in Matt. c. 9.

V. Vix quicquam iucundius eſt, quam intueri Salomonem velut indignantem ſponſæ (quæ erat vmbra Chriſti) quòd, cùm tam varijs rebus in Cantico Canticorum comparaſſet, ſibi tamen nunquam ſatisfeciſſet. *Quæ eſt iſta,* inquit, *quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?* Diceres eius ex oculis integros procedere exercitùs, aſpectu & armis terribiles, & inſuper flammas ita vehemen- Cant. 6.

Digitized by Google

mentes, vt repentè quicquid eius ſub aſpectum cadit; calore admirando velut in ignem conuertat: Lilia, flores, Thymiamata, margaritæ omnis generis, & pulchritudinis, natura, gratia, gloria, Angeli, quin & Deus ipſe, ſimul conſpirant ad decorandam & exornandam maximè venerabilem atque amabilem Chriſti Domini perſonam. Quò fit, vt etiamſi cuipiam deſit cor, deſit amor, & ratio, tamen ad amandam rem tot argumentis & rationibus amabilem vi
Matth.17. quâdam amare cogatur. Vnica vice, & perbreui morâ, quâ conceſſum fuit tribus Apoſtolis in transfiguratione Domini intueri admirando ſplendore illuſtratam faciem Chriſti, præ timore adeò exterriti ſunt, vt neſcientes quid dicerent, exclamârint, *Bonum eſt nos hic eſſe*, &c.

O Domine, quàm bene hic nobis eſt. Fórsne Paradiſus in terras è cœlo decidit? Certè vultus iſte, ſplendore nunquam antehac viſo, vndique collucens, præ ſe fert ipſiuſmet Dei faciem, *nix* iſta, *ſol*, *columba*, *ſenes* iſti venerandi cum Domino loquentes nónne videri poſſunt vita æterna? His viſis & auditis, quid viſu vel auditu in mundo poſſet eſſe deſide-

ſiderabile? Quale hoc eſt ſpeculum, & quis poſſet tam efficacibus argumentis prouocatus ad amandum reſiſtere? O munde inſenſate, ac maleficis carminibus incantate, quid obſecro amabis, ſi hoc non amabis?

VI. Olim Romæ erat Dea quædam adeo excellenter efficta, vt, homines vndique terrarum ad eius ſacellum maxima multitudine confluerent, ibique fixis in eam oculis, attoniti eius venuſtate, hærerent, non valentes vnquam eius aſpectu ſatiari. Ita enim eius oculi conſtituti erant, vt videretur omnes reſpicere, qui oculos in eius faciem conijciebant. Ab huius Deæ ara, non procul alia quædam Dea ſuum habebat altare, ſed cùm grauiore, ferociore ac auſteriore efformata eſſet vultu, vix aliqui, eam adoraturi, eius aram adibant: vel ſi qui adibant, ſtatim inde toruitate vultûs territi ſe proripiebant. Quàm bene de IESV Chriſto dicitur, quod olim de Salomone. *Vultum Salomonis deſiderabat vniuerſa terra.* Quod idem eſt, ac ſi diceretur, 3. Reg. 10.
Vt vel ſemel tantummodo homines intuerentur Vultum Salomonis, eoque breuiſſimo tempore fruerentur, ab ex-

G tre-

Digitized by Google

tremis mundi partibus non eos pigebat, magnis moleſtijs Hieroſolymam petere. Sed in vero Salomone efficaciorem reperio MAGNETEM, quia vix vtero virgineo egreſſus, iam trahebat ad ſe paſtores, Reges, ſidera, Angelos: quin & Deum ipſum, qui filium intuens ac admirans, dicebat intra ſe: *hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui:* vti poſtea in transfiguratione elatâ voce repetiuit. Porrò hoc ita verum eſt de pulchritudine, & amabilitate Chriſti Domini, vt Dauid (qui habebat deſiderium nihilo remiſſius aliorum Regum & Prophetarum eum videndi in carne) de eo loquẽs diceret: *Specioſus forma præ filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis.* Quod dictum ſi explicatius lubet audire, aduerte animum: tu ſpecioſorum ac pulchrorum omnium es ſpecioſiſſimus ac pulcherrimus; tu es Idea omnis pulchritudinis excellentiſſima; quin imò ipſa pulchritudo, ipſa gratia, ipſa Maieſtas, ac omnis omnino excellentia in diuino tuo vultu eſt diffuſa. Et certè, ad te rectè videndum, ad te dignè glorificandum, ad verbum tuum decenter audiendum, ad te conuenienter amandum, homo totus debe-

Pſal. 44.

Digitized by Google

deberet eſſe oculus, totus os, totus auris, totus cor, & totus Seraphin, vt totus flammis tuæ charitatis arderet, ac amando obiectum ſummè adorandum, ſummèque amabile liqueſceret.

VII. Vidit mundus quinque mulieres, quibus pulchritudine nulla alia vnquam fuit par; vidit & viros tres, qui & elegantiâ corporis, & alijs tum internis, tum externis donis omnes alios longiſſimo interuallo anteibant. PRIMVS fuit Adam humani generis Protoplaſtes, ſanctiſſimæ Trinitatis manu efformatus. SECVNDVS Moyſes radijs diuinitatis ſummè illuſtratus. TERTIVS fuit Salomon, quaſi canon operum totius naturæ. Ab his, qui inſunt ſi tollas defectûs, & ex reliquo formes vultum, & perſonam omnibus numeris abſolutam, hanc ne dubites dicere Chriſtũ. De illo enim dici debet; quod olim dicebatur de templo & throno Salomonis, quę erant quędam figura tantùm; *non eſt inuentum tale opus in vniuerſis terris*: quod idem eſt, ac ſi diceret ſacer textus: *Eſt miraculum miraculorum totius mundi.* Plus autem dicit Iſaias, dum eam nuncupat *Angelum facierum ſeu faciei eius*, id eſt, *Chriſtus eſt Angelus* 3. Reg. 10. v. 20.

facierum Dei, vel qui habet faciem Deo ſimilem, vel demũ, qui dignus eſt Dei facie: quia nequeat quodammodo vel ipſe Deus habere, vel intueri in quapiam creatura faciem gratiorem, vel innatâ pulchritudine vehementius omnium oculos ad ſe trahentem, & quodammodo rapientem, quam ſit Chriſti facies. Sed & alia adhuc de cauſa nuncupari poteſt *facies Dei*, quia nimirum miraculosè in vnica Chriſti facie omnium virtutum & perfectionum ſpecies ac facies videntur. *erat enim Chriſtus inquit D. Chryſoſtomus. ſtatua virtutis*; in eo ſiquidem cernebantur omnia gratiæ cœleſtis veſtigia, atque lineamenta. *Diffuſa* enim *gratia in labijs eius*, eſt ipſa venuſtas creata abſque vlla ruga, abſque vel minima vllius indecentiæ nubecula. *Tota pulchra es amica mea*, dicit ipſe ſuæ humanitati. In Salomone, in Moyſe, in Adamo, nihil videtur niſi Adam, niſi Salomon, niſi Moyſes; at verò in facie Chriſti, videtur innocentia Adami, gloria Moyſis, Maieſtas Salomonis, deuotio Dauidis, magnanimitas Samſonis, *caſtimonia Ioſephi*, & denique quicquid pulchrum, quicquid eximium, quicquid diuinum eſt,

Homil. de laudib. Pauli.

to-

totum in vna Chriſti pulchritudine collectum eſt. S.Baſilius dicit ex omnibus luminibus per naturam hinc inde ſparſis velut collectionem quandam comprimis pretioſam fuiſſe factam, ac vni deinde corpori, quod ſol eſt indigitatum, fuiſſe impertitam, vt tot luminibus illuſtratus eſſet ſplendor, pulchritudo & velut oculus totius mundi. Idem dicit Tertullianus: Cùm Deus crearet vniuerſum, quam vnicuique creaturæ impertiebatur perfectionem, accuratè notabat, nec non in ſuis theſauris reponebat, vt humanitati filij ſui eâ collatâ redderet illuſtriorem. Verba eius ſunt: *Affectio lineamenta dictabat. quicunque enim limus exprimebatur, Chriſtus cogitabatur homo futurus.* Vnde D. Paulus de eo loquens dicit: *Recapitulauit omnia in eo, quæ in cælis, & quæ in terris.* Quod eſt dicere, vt Deus efformaret pretioſam Chriſti faciem, fecit quandam anacephalæôſin rerum pretioſarum ſeu, vt loquitur D. Paulus latinè redditus: *Recapitulauit*, ſelegit, & expreſſit quidquid in cœlis, quicquid in terris, quicquid in vniuerſo pulchrum & venuſtum fuit ad diuinam Chriſti perſonam componendam, quæ eſt recapitu-

Homil. in Hexam.

Tertul. de carnis reſurr.

Eph. 1.

tulatio ſeu anacephalæóſis, & collectio omnium perfectionum, ſeu excellentiarum ex Dei omnipotentia profectarum. Magno afficior dolore, dum tam frigidos nos animaduerto in amando obiecto digno omni amore, omni adoratione, ac admiratione.

VIII. Vin', lector optime, aliam tibi aperiam cogitationem, cur *Angelus facierum Dei nuncupetur Chriſtus?* ANGELVS quidem dictus eſt, quia eius pulchritudo excedit omnem humanam; FACIERVM autem, quia in vna eius facie, plures videntur facies. Eſt enim manſuetus & mitis vt agnellus; pulcher vt dies cœli; plenus Maieſtate; plenus quâdam ſuauitate mixta rigori, tempori, loco ac perſonis conuenienti. Et vt dicit S. Paulus: *Omnibus omnia factus, vt omnes lucri faceret.* Et hoc mouebat Dauidem, vt feruore ignis diuini accenſus diceret: *Reſpice in faciem Chriſti tui.* Hoc eſt, Deus meus, ne nos (cùm penitus indigni ſimus) reſpicias, ſed cùm iratus vel maximè fueris, conijce oculos tuos in filium tuum dilectum, & eius, nihil dubitamus, pulchritudo eximia, ſuauis, ac apprimè efficax ad trahendum in ſui amorem, te ſta-

Pſal. 83.

tim

tim placabit & eripiet è manibus vibrandum in nos tonitru ac fulmen. Nihil clarius ac melius ſubijcit oculis id, quod dicit Dauid, quàm illud, quod ipſe Pater æternus enunciat de ſacroſancta humanitate & ſponſa filij ſui *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia Principis!*

Téne ſumme Deus, detines ac occupas conſiderando, & admirnando extremitates pedum ac ſandaliorum filij tui? Et quid ſingularis myſterij denotat, quod de ſolis calceamentis tanta cum admiratione loqueris, & tacens diuinum eius vultum pertranſeas? Sed hoc per ſpecioſam ac caſtam Iudith declaratum eſt, quando dixit in ſuo cantico: *Sandalia rapuerunt cor eius.* ſermo eſt de Holoferne potentiſſimo Principe, qui, cùm in throno ſuo lapidibus pretioſis vndique collucente, vt paruo quopiam firmamento, magnâ cum Maieſtate reſideret, & vltima ſandaliorum meorum conſpexiſſet, præ amoris vehementia quaſi excors factus, omnium aliarum affectionum repentè oblitus eſt. ſi ad aſpectum calceamenti fœminei ita vecors euanuit, quid factum credis, quando velut duos ſoles, miros ex ſe eiaculantes

radios

radios, ob eminentiſſimam eius pulchritudinē in eius vultu contemplatus eſt? Nónne aptiſſimè potuit dicere: VT VIDI! VT PERII! Vidi, & ecce eheu! morior! vt enim quis eam videat, & viuat, fieri non poteſt. Vnde vel viuendum eſt, & non videnda, vel ſi videnda, vita eſt deſerenda. Eſt figura ſanctiſſimæ humanitatis Chriſti Domini, quæ adeo placet patri æterno, vt eam contemplando oculos demittat vſque ad ſandalia, *quàm* Cant. 6. 4. *pulchri*, inquit, *ſunt greſſus tui in calceamentis*. Vt melius intellectui noſtro ſubijciat, qualis eſſe debeat ſacra eius facies, & an verè dicatur: *Excordificaſti nos ſoror mea ſpōſa, auerte oculos tuos, quia ipſi me auolare fecerunt*. Auguſta eius Maieſtas, diuina perſonæ dignitas, manus ex puro & ſolido auro, calceamenta ſtellis exornata, oculi radiantes velut duo ſoles, loquela tam ſuauis & efficax, vt omnes qui eam audiunt, ad ſe trahat. Quid multis? omnia eo eminentiæ gradu in ea reperiuntur, vt cùm mihi cor abripiat, cogar dicere, vt *auertat oculos ſuos*; quia eius aſpectus ſunt iacula, & quidem iacula flammea, quæ dum cor mihi traijciunt, totum me in ignem conuertunt. Sed, ô ſuauia iacula,

Digitized by Google

cula, ô mites flammas, quæ latroni in cruce ſuſpenſo dulcia inflixerunt vulnera, & properanti ad lumen ſidei prælu-xerunt: vt bene ait D. Chriſoſtomus: Suauitas iſta maximæ permixta efficaciæ mouebat S. Petrum, vt ſine intermiſſione toto vitæ tempore lacrymás copioſiſſimè profunderet, inquit S. Antoninus, & ſinu linteum ad eas ab oculis abſtergendas geſtaret, & id quoties ineffabilis gratiæ & dulcedinis optimi ſui Magiſtri recordabatur. Tantæ efficacitatis fuit vel vnicus oculorum Chriſti intuitus, vt addito vno verbulo: *Sequere me*, ad Matthæum ſedentem in telonio; ſtatim relictis omnibus, quæ poſſidebat, relicturus etiam totum vniuerſum, ſi in eius fuiſſet poteſtate, ſequutus ſit dulciſſimum magiſtrũ. Cùm S. Paulus eum ſemel vidiſſet, adeo eius captus eſt amore, vt poſtmodum paratus eſſet pro eius amore & fratrum Chriſtianorum, eius ſanguine redemptorum, *anathema fieri ab illo*, ſi neceſſitas poſtulaſſet. Audíſne illum, qui dicit: *Nunquam ſic loquutus eſt homo!* Audíſne ſponſam deliquia animi patiẽtem ac dicentẽ: *Anima mea liquefacta eſt, vt loquutus eſt*. ſpõſus ſcilicet. Audíſne & Samaritanam gaudio totam quantã exul-

3. p. hiſt. in 1. Petri. Matth. 9. 3. Rom. 9.

Cant. 5. tantem, & dicentẽ; *Nunquid hic eſt Chriſtus?* Audíſne & ſeniculum Simeonem, qui cùm vel vnica tantùm vice eum conſpexiſſet, præ gaudio non ſe capiebat? vnde exclamabat: *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum, &c.* Diuine meminiſti Dionyſij, qui præ admiratione raptus in ecſtaſi, dicebat B. Matrem tantâ pulchritudine & Maieſtate fulgere, vt tota quanta ſpiraret diuinitatem? Verumenimuero eius filium longè adhuc maiori fulgere, ſiquidem non ſolùm oris, ac totius faciei lineamenta hominem pulchrum efficiunt, ſed vel maximè gratia ac ſplendor, quem confert Deus, vt dicitur de Iudith: *Contulit Dominus ſplendorem.* Hunc, hunc ſplendorem ſolus inſpirat Dominus, & radijs gratiæ ſuæ inſpiratum illuſtrat. Et hæc eſt gratia gratiarum, ac pulchritudo omnis pulchritudinis.

IX. Fertur de Phaone Iuuene Leſbio, quòd tam egregia corporis fuerit formâ, & gratiâ labiorum tam eximiâ præditus, vt ſimilis ei alius nunquã viſus fuerit. Addunt qui de eximia eius forma ſcribunt, id ei collatum beneficio alabaſtri electi, perfectiſſimè ac minutiſſimè contriti, ac mirè candidi, accedente ad illud

Athe. lib. 12.

illud balſamo è cœlis demiſſo. Quod cauſam dedit, vt communiter diceretur, ſtudio talis à natura & Dijs factus, quatenus ab omnibus paſſim ſuſpiceretur, & quodammodo adoraretur. Vnde poſtea inter Deos Deasque tanta orta eſt contentio, vt eam ſequeretur periculoſa verberatio; dum nimirum eorum quilibet, ſe ad illius pulchritudinem plus tribuiſſe, ac proinde Phaonem ſuum eſſe prætendit. Veri quidem aliquid, plus tamen fabuloſi iſthæc continet Hiſtoria. Sed cum omni veritate dici poteſt, & debet, quòd Chriſtus Dominus cognominatus, *ſpecioſus forma præ filijs hominum*, fuerit is, qui, nemine contradicente, pulcherrimus hominum extiterit: tum quia formatus & ædificatus erat ex innocentiſſimo B. Virginis alabaſtro, & vnctione Spiritus ſancti, qui copioſè ei infuderat balſamum ſuarum perfectionum; tum etiam, quia ipſemet Deus iuxta pulcherrimam idearum, quas in ſua mente diuina continebat, ex tali materia, & tam puro Virginis ſanguine formârat. Ecquid non faciet Spiritus ſanctus? Et nónne de eo potius, quam de vllo alio Sanctorum verum eſt illud, quod dicit

ſan-

Digitized by Google

Opuſc. de beatitud.

ſanctus Thomas: *Decuit enim eſſe talem, ac tantam bonorum ſuorum communicationem, ſupra quæ, & vltra quæ quò ſe extenderet, quodammodo Deus non haberet.*

Eccl. c. 43

X. De quonam loqui putas ſacram Scripturam, quando dicit: *Vide arcum meum & benedic eum, qui fecit illum, mirabile enim eſt valde.* Sex annorum millia præteriêre, ex quo arcus iſte ſe omnibus exhibet viſibilem, & tamen vſque ad hoc tempus nemo eſt inuentus, qui ſciret verè ac propriè dicere, quid ſit, & quomodo formetur. Eſt principium & finis admirationis, & ſpeculum ignorantiæ hominum. Diceres eum comparêre, vt homines in ſui admirationem & amorem rapiat, ac aliud nihil. Quis vnquam diceret vnum ſolis radium, nubi cauæ immiſſum, tantã habere vim, vt colorẽ tantum indat nubi, & exiles vapores conuertat in minutiſſimas aquæ guttulas, ſimiles gemmis liquefactis, ac in terras è cælorum theſauris à natura, & Deo demiſſis? Porrò ARCVS ISTE ſymbolum eſt, & figura humanitatis Chriſti, quæ eo ſolùm fine creata videri poſſet, vt aliquando eleuata in aëre, & in ara crucis collocata, extenſis brachijs guttatim

in

in terram defluens, omnes in ſui admirationem & amorem trahat. O quàm admirabilis eſt iſte arcus, ſed ſimul quàm amabilis, quamque adorabilis & diuinus, atque ſuaui violentiâ omnia ad ſe trahens! Nil miror ſi S. Ioannes vidit arcum hunc velut quoddam diadema, quo coronabatur in Apocalypſi caput ſancti illius ſenis: quem etiam vidit Ezechiel in circuitu throni: *Iris erat in circuitu* ſedis: Poteſt enim dici, quòd ſancta Chriſti HVMANITAS ſit corona, ornamentum, & pretioſa diuinitatis theca. *cœlo ſe veſtiuit Deus, vt oſtenderet Maieſtatem ſuam, quam cœli enarrant*, oſtendit equidem Deus Maieſtatem ſuam, quando cœlo ſtellis radiantibus exornato, velut imperiali paludamento ſe veſtiuit; ſed longè magis, quando humilitate noſtrâ, centies millies pulchriore, quàm vel mille ſoles ſimul compacti, & omnia cœli ſydera eſſe poſſint, ſe contexit.

Apoc. c. 4. v. 3.

Rabbini.

XI. Summus Architector Deus moliendo hoc eximium opus fecit, quod ferè ſolent excellentes pictores: hi enim volentes quampiam illuſtrem ac eximiam perſonã oculis intuentium quàm poſſunt pulcherrimam ſubijcere, vbi eam

eam pingendo, in abſoluta perfectione conſtituerint, circumcirca quaſdam inducunt vmbras, & monſtra, vt eorum obſcuritate ac deformitate, operis pulchritudo magis illuſtretur, & intuentis oculus, illud opus videndo magis recreetur. Quæ res nonnunquam eum habuit ſucceſſum, vt poſtquam artifex terminum ſibi præfixum in pingendo attigerat, imò vltra progreſſus fuerat, inuitaretur ad ponendum in tabella, quam depinxerat, alius exempli cauſa: FECIT APELLES, quaſi diceretur, en opus omnibus numeris abſolutum; alius; RE IPSA NON EST PICTVRA, SED IPSAMET NATVRA; non eſt pictura, ſed ipſa res, quod eſt dicere: quæ poſita eſt in hac tabella: & alius; GRATIA IPSA, quaſi diceret. Hæc quam intueris, tabella, non eſt pictura, ſed omnes ſimul congregatæ gratiæ, ad patrandum hoc, quod iſtâ tabulâ continetur, miraculum. Haud aliter videtur Deus Pater egiſſe, dum moliretur hoc incomparabile opus humanitatis filij ſui. *Poſuit enim Lunam ſub pedibus eius*; coronam ſtellarum in capite; ſolem velut amictum Regium; firmamentum autem vt eius proprium elementum; quin

Apoc. 12. v. 1.

quin & omnes creaturas eum circũſtantes, quæ illi ſint inſtar vmbrarum & noctium, ad ineffabilem eius pulchritudinem melius ac viuacius illuſtrandam. Sed, ô amice Lector, ſi ſol aliud non eſt comparatus illius ſplendori, quàm exigua vmbra; lumen vix aliquid aliud erit, quàm ipſe tenebræ, dies quàm obſcura nox, qualem oportet eſſe ſplendorem iſtius diuini vultûs, qui eſt natura ipſa in maxima, quæ excogitari poteſt, perfectione, ſed & ipſamet gratia in ſua eminentia, & ipſa pulchritudo humanitate veſtita? Equidem de ea melius & verius quàm de Iudith dici poterit; *Tu gloria Hieruſalem, tu magnificentia gentis noſtræ, &c.* Sed ſi eius corpus maiori pollet pulchritudine, quàm mille ſoles, qualis erit pulchritudo cordis? qualis animæ? qualis gratiæ? Et quis eam poterit non dico verbis exprimere, ſed vel dignè animo concipere? De diuinitatis enim pulchritudine nemo tam erit audax & temerarius, qui audeat ſermones miſcere. Infelix igitur & iterum infelix ille, qui IESVM ex totis viribus non amat! Iudith.

XII. Aliqui Turcarum tanto amore in Mahometem Pſeudoprophetam & aucto-

auctorem ſuæ pernicioſiſſimæ ſectæ feruntur, vt viſo ſemel eius ſepulchro, ſibi ipſi eruant oculos; ne quid aliud poſt hoc videant in mundo. O cæcitas mentis, qualem inducis corpori! ſi faciendum id eſſet (faciendum autem nullo modo eſt) maximè fieri deberet, poſtquam quis ſemel Chriſtum vidit. ſed ne tunc quidem id fieri vult lex Chriſti: non autem prohibet, ne fiat, quod factitare ſolitus erat ſanctus Abbas Syluanus: qui cùm radiolum quempiam lucis vidiſſet, oculos ſolicitè claudens clamabat: Hem! quid agitis oculi mei? clauſos penitus vos eſſe decet, ne contaminemini rebus terrenis; poſtquam facie ad faciem Chriſtum Dominum intuiti eſtis. Oporteret eum in mente diuina pulcherrimam omnium vidiſſe ideam, qui cognoſcere vellet ineffabilem pulchritudinem Chriſti Saluatoris. *Natura, inquiebat olim Plinius, in prima ſua ac rudi ſimplicitate campos ac prata innumeris floſculis, varietate admiranda exornans, rudimenta addiſcebat ad facienda lilia ac roſas, principes pulchritudinis omnium florum, ac totius naturæ.* Abſit, vt dicatur, Deus aliquid didiciſſe, qui eſſentialiter omnia nouit.

nouit. Sed dici poteſt cum veritate, quod Deus ſe accommodans modo agendi humano videatur ludere in orbe terrarum; producendo diuerſi generis infinitas propemodum creaturas, inenarrabili pulchritudine ac venuſtate præditas; ſed id ea tandem de cauſa, vt earum omnium perfectiones & excellentias, abſque vllius maculæ admixtione (quæ adhærere ſolet puris creaturis) ſeligat ac reſeruet, ad formandum incomparabilis pulchritudinis Chriſti Domini corpus. *Deus, inquit S. Auguſtinus, ſpectulum eſt voluntarium, vbi videt quilibet quod vult.* Sed idem dicito de Chriſto IESV: cuius facies ſeu vultus eſt theatrum omnium gratiarum, perfectionum ſelectiſſimarum, quæ excogitari poſſunt, & ſpeculum, in quo quilibet contemplari poteſt id, quod maximè amat in hoc mundo. Vnde ſacræ litteræ tot ei admiranda attribuunt nomina; dum eum vocant, *Regem, Sponſum, Paſtorem, Agnum, Columbam, Phœnicem, Saluatorem, Imperatorem exercituum, Aduocatum, Medicum*, & innumeris propè alijs compellant nominibus. quorum alijs alia ſunt pulchriora. Paucis, eum videndo, vides omnia iſta, &

de ciuitate lib. 8.

Digitized by Google

plura his : nec tamen eum videndo vnquam ſatiatur oculus, tanta inſunt argumenta, quæ tum venerandi, tum amandi eum, magis ac magis ſemper famem prouocent! *aut cæcus eſt, inquit* Soliloq. *D. Auguſtinus. aut cæcus eſſe debet, qui hanc pulchritudinem non amat*: videtur, inquit Plinius, natura in OPALO abdidiſſe theſaurum omnium gemmarum, earum enim repræſentat fulgorem, quemadmodum exquiſitus Adamas (qui ex hoc cognoſcitur, quòd in conuenienti ſitu collocatus ad lucē, ex ſe omnium pulcherrimarum gemmarum eiaculetur radios) omnium pulchritudinem ſolus repræſentare & continere videtur.

Homil. ad pop. XIII. Minimè amplius miror id, quod D. Ioannes Chryſoſtomus confidenter protulit, nempe, ſi ſibi pertranſeunda eſſent omnia Inferni tormēta, vt vel ſemel tantùm intueretur glorioſum Chriſti Domini vultum, ad ſe quod attineret, libenter tranſiturum, & æſtimaturum pro omnibus illis pœnis illo vnico oculorum intuitu, abundè ſibi ſatiſfactum. Sed quod maximè miror ego, eſt id, quod liberius ad ſpeciem, prolatum à ſancto Bernardino Senenſi videri poſ-

Digitized by Google

poſſet. is enim dum loquitur de paruulo IESV in ſinu virginali ſanctiſſimæ Matris exiſtentis in ſtabulo Bethlehemitico, ſic dicit; *nec maior, nec minor in ſinu paterno, quàm in ſinu matris*, &c. Quod eſt dicere, tam pulcher eſt diuinus iſte Puſio in Matris ſinu; quam in ſinu Patris; Vnde qui eum vidiſſet in ſinu Patris gloriâ immortali fulgentem, eundem continuò videns in gremio Matris agnoſceret. Ita duo iſti ſoles ſibi ſunt ſimiles! Pulchritudo enim humanitatis, eſt exemplar, & quaſi compendium ineffabilis claritatis, immenſæ eius diuinitatis. Ex omnibus operibus, quæ ſuſpexit antiquitas, vix quicquam fuit ſimile admirando illi operi; quod pictorum Princeps Zeuxis confecit. cui apponere non dubitauit: *opus abſolutiſſimum*. Erat autem Iuppiter ſedens ſupra nubem igneam; ſed tali expreſſus Maieſtate, vt nihil addi, nihil deſiderari, nihilque demi poſſet. Eum circumſtabant Dij omnes, qui præ admiratione tantæ pulchritudinis, ſummè viſebantur attoniti. Opus hoc ob ſuam eminentiam & excellentiam, vt auctor venderet, nunquam induci potuit. dicebat enim neque auro, neque argento

ſerm. 31. de B. Virg.

Plin. lib. 35. c. 9.

valorem tam diuitis operis (quia excederet quodcunque pretium,) poſſe adæquari. Vnde gratis donando, amicos ſibi comparauit: ei tamen adſcripſit *opus hoc inuiſuros facilius habebit, quam imitaturos.* Ita comparati ſumus vt facile inuideamus alteri bonum, ſed illud ipſum difficile imitemur. De Chriſto ſolo hoc dici poteſt: & cum veritate poteſt: eſt enim opus, quod ſumma cum excellentia fecit Deus: *opus abſolutiſſimum.* vel, vt loquitur ſacra Scriptura: *Vas admirabile, opus excelſi*, ſol, vas, & canon cæterorum operum manu Spiritûs ſancti fabricatorum, in quod ſemper deſiderant Angeli proſpicere, nihil illi par, nihil ſimile vllibi gentium inuenientes: omnes omnino amores in vno colligi deberent amore, & ſic collecti cum hac inſcriptione offerri Chriſto: PVLCHERRIMO & OPTIMO. nam de gratuita donatione illius operis facienda (quia par illi pretium inueniri nequeat) expreſse habetur in Eccleſiaſtico: *Omnis ponderatio auri, & argenti non eſt digna continentis animæ.* quaſi diceret: eſto, habeas omne, quod terrâ continetur aurum & argentum, minimè tamen ſufficiens erit ar-

Eccl.43. 2.

6. & 26.

pretium ad illam comparandam; nam increata hæc, & incarnata ſapientia tam eſt pulchra, & tot eximijs donata prærogatiuis, vt nec totum vniuerſum, imò nec mille, ſi tot extarent, valore poſſet adæquare. Vnde ingenioſus quidam pulchrè dixit: PARVVLVS DATVS EST NOBIS, quia emi non potuit à nobis, non enim adæquabitur ei aurũ, & Topazion.

XIV. Quid videtur, boni illi gentiles, qui apud D. Ioannem dixerunt Philippo: *Domine volumus videre IESVM*, erántne ex- 12.v.20. cuſatione, imò laude digni? Poterat enim illis reſpondere Philippus; en eum videtis inſidentem aſino, vel ſi non videtis, veſtrâ id accidit culpâ, quia omnes, qui huic interſunt cœtui, longè ſupereminet; Vnde eum videndi & contemplandi ad libitum, ampliſſimam habetis occaſionem. Verùm Gentiles iſti deſiderabant commodius eum videre, accuratius contemplari, diutius admirari, & vicinius ei appropinquare, ac cum eo conferre, quem vix media ex parte intueri poterant. Paucis, ſe beatos fore exiſtimabant, ſi vel breui morulâ ad placitum eum contemplari, & corda ſua intimè ei liceret conſecrare. Aliud enim

Digitized by Google

eum eſſe perſuadere ſibi non poterant, quam Deum. videbant enim Maieſtatem impreſſam diuinæ faciei, quæ aliud non poterat denotare, quam ipſum diuinum numen. Vnde non ſatis capere poſſum, quid ſibi nonnulli velint, qui ſuum errorem Tertulliani ac D. Bernardi auctoritate tueri conantur, dum dicere non verentur, eximium hunc ſanctum cum Tertulliano credidiſſe, Chriſtum Dei filium habuiſſe vultum minus elegantem, & aſpectum horridiorem ac contemptibiliorem, & hoc ex inſtituto, tum, vt corporalem pulchritudinem non magni faciendam, ob tot mala, quæ ab ea procedunt, oſtenderet; tum, vt ipſe maiori ab hominibus cõtemptui ac opprobrio haberetur. ſed longè, ô errones, maiorẽ habebat erubeſcendi occaſionẽ, quòd, non obſtante perfectiſſimâ corporis conſtitutione, incomparabilique vultûs pulchritudine, tam vilis & abiectus haberetur, & hoc ipſum tam æquo ferret animo. Si tamen vobis ſermo ſit de Chriſti conſtitutione paſſionis tempore, quòd adeò fuerit deformatus, vt ne homo quidem agnoſci potuiſſet, niſi Pilatus id atteſtans clamaſſet: Ecce

Ho-

HOMO: Haud grauatè id vobis concedam: neque tamen abſque aliqua animi repugnantia: D. enim Chryſoſtomus credit alterum è latronibus potiſſimùm hoc argumento fuiſſe conuerſum, quia nimirum videbat hominem, omni amore dignum, ignominioſiſſimè ab hominibus tractari, quibus tamen interim cum benignitate ac comitate, dignâ Deo, reſpondebat, ac loquebatur. Amo S. Cyprianum, dicentem, quòd Pater æternus voluerit naſci Filium ſuum in ſtabulo, omnibus ornamentis nudum; & hoc ideò, quia ea ad nihil penitus fuiſſent; quicunque enim ſemel vidiſſet puerum, alia videre minimè deſideraſſet: ac proinde neque ſtabulum. eſto omni ex parte auro argentoque coopertum & pretioſis lapidibus exornatum fuiſſet: *ornamenta, inquit, quæ aberant, ſi adfuiſſent, non haberent oculos inſpectores, ita puer ad ſe omnium oculos rapiebat!* Credo cum magno Baronio, qui ſequutus tot eminentiſſimos auctores, credit Abagarum Regem miſiſſe excellentem quempiam pictorem ad depingendum Chriſti Domini vultum, ſed fruſtrà id tentauit. *pictor enim ille ob ſplendorem à vultu eius emanantem, conſequi*

ſerm. de Natiu.

Baron. ann. 31. Aug. cap. 263. Euag. li. 4. Damaſc. 4. de F. cap. 17. Niceph. 2. hiſt. ca. 7. Metaph. 10. Auguſti &c.

qui nunquam potuit. At verò Chriſtus ipſe faciei ſuæ benedictæ applicans album velum, eam ita excellenter in dicto velo expreſſit, expreſſamque miſit Abagaro, vt vel ex ea conuinci falſitatis potuerit Ariſtoteles, qui dicit: *nihil efficaciter amari poſſe, niſi viſum prius fuerit.* Conſtat enim tum Regem ipſum, tum alios, qui depictam viderunt faciem, tanto amore erga Chriſtum captos, & taliter ſacro horrore perfuſos fuiſſe, vt quicquid de ea dici poteſt, longè excedat. O Deus bone, quanto hæc ſcribens perfundor pudore! illi enim cùm depictam ſolùm viderent telam, maximo in Prototypum amore ferebantur: & ego, qui innumeris vicibus in domicilium cordis mei eum recepi, totiesque oculis fidei vſurpaui, & mentis corporisque ſignis adoraui, tamen glaciei inſtar, cor meum in eo amando ita frigidum manet, vt non poſſim non ſummè erubeſcere.

Quantùm amo B. Ioannem Euangeliſtam, & quàm vehementer admiror eius aduerſum Saluatorem noſtrum charitatem, qui cùm in ſua Apocalypſi eum vidiſſet, eiusque diuino aſpectu longè pulcherrimo, pro libitu, fruitus fuiſſet,

licet

licet eſſet abreptus erga eum amore, tamen clamare cœpit. *Veni Domine IESV, etiam Veni.* Quaſi diceret: dulcis IESV, feſtina, IESV veni, viſita nos. Domine mi, fierìne poteſt, vt qui ſeriò te ſemel vidit & amauit, res mundi amplius amet, & ſpem in ijs figat ſuam! Rurſum fieríne poteſt, vt vſpiam quis viuat, & te non amet, & quidem ex totis viribus amet, & ex maximo amoris exceſſu non excedat vitâ! Olim certabatur, cuinam primæ pulchritudinis partes, pretia, ac præmia eſſent tribuenda. At verò hoc nunc amplius fieri nequit, nam ſi primæ Chriſto eſſent dandæ, & emenda viſio diuini eius vultus (qui ad cœlum admittit, quotquot eum dignè reſpiciunt, ac colunt) in id mare omnes ſuos fluctus conferret, terra ſuos theſauros, firmamentum ſuas ſtellas, natura ſua elementa, Angeli omnes ſuas opes & diuitias. Ecquid non daret Pater, ecquid non Spiritus ſanctus, ad comparandam diuinam Chriſti humanitatem, quæ totius pulchritudinis eſt velut amphitheatrum?

Cæterum quid alij eſſent daturi, me fugit, ſed de me ſcio, quòd ſi mille eſſent

Digitized by Google

mihi corda, ſi totidem animæ, totidem multiplicati amores, totidem mundi ac Paradiſi, abſque vlla dubitatione, lubens offerrem Chriſto Domino, ſoli & vni animæ meæ theſauro; diceremque cum glorioſo Martyre Ignatio: *ignis, crux, beſtiæ, confractio oſſium, membrorum diuiſio & totius corporis contritio, & tota tormenta diaboli in me veniant, tantùm Chriſto fruar*: illum videam, illum amem, ſit meus & ego illius, reliqua omnia quæ videntur nehili quidem facio: ille ſolus mihi ſufficit, cætera autem omnia non valent cor meum quietum reddere.

XVI. Ne putes, Lector, hæc dici ex ſola amoris & deuotionis abundantia, ſed iuxta Theologiæ ſeueritatem, ac ipſiuſmet veritatis rigorem. Sed audiamus Magiſtros & Aſſertores noſtræ fidei. Alius nobis dicet: *perfectiſſimæ animæ debetur perfectiſſimum opus*: quæ autem alia vnquam fuit perfectior animâ Chriſti? quæ diuinitatis radios in ſe recipiens, & in corpus transfundens, qualem putas quantumq; humanitati gratiam inſpirauit? D. Ioannes Chryſoſtomus: *ſicut inſignis fuit in miraculis, ita gratioſiſſimus in viſu fuit Chriſtus.* Vin' ſcire huius rei

S. Tho. 3. p. Suar. q. 14. a. 3. in 5. pag. 14. Duran. S. Ber. ſerm. 1. de Chryſoſt. hom. 18. in Matth. Clem. Alex. 3. lib. Pædag.

rei rationes ex media Theologia allatas? hæ ſunt, eas perpende. I. Corpus habebat Chriſtus cum omnibus requiſitis circumſtantijs, & integritate neceſſaria ad illud vniendum diuinitati. II. conuenientiſſimam corpus habebat proportionem, & membrorum inter ſe compoſitionem. quæ eſt eſſentia & anima pulchritudinis. III. forma cum & ædificatum erat ipſiuſmet Dei manibus. *Adamus pulcherrimus erat, quia à Deo immediatè factus, ſed multo magis Chriſtus*, qui erat ſecundus Adam, cuius reſpectu primus Adam tantùm erat cretaceus. IV. cùm corpus Chriſti debeat eſſe obiectū beatificum corporum glorioſorum, nónne conuenit vt etiam ea de cauſa ſit ſplendiſſimum, perfectiſſimum, & pulcherrimum? V. Eſt idea omnium corporum humanorum: & ideo excellentia omniū excellentiarum. Vnde in ſcholis dicitur: *Aſſumpſit Chriſtus perfectam corporis pulchritudinem, quam in corpore humano virili eſſe oportebat.* Et cui obſecro corpus omnibus numeris abſolutum facere voluiſſet Deus, ſi non Filio ſuo Vnigenito? Quando Angeli ſubinde ſingulari de cauſa humano immiſcentur negotio, homines in-

S. Aug. de unitate 22. c. 19.

Suar.

S. Thom.

Dion. de D.N. c. 4.

Digitized by Google

inuiſendo, corpus tale aſſumunt, in quali ſe hominibus amabiles futuros ſciunt, & verbum incarnatum maiori non gauderet priuilegio? Adde quòd ea corpora fabricent ſibi Angeli ex aëre, corpus autem Chriſti Spiritus ſanctus ex puriſſima & pretioſiſſima materia, quæ in vtroque mundo inueniri potuit, formauit. Aſſerit S. Auguſtinus Deum formaturum primum Adam ex quatuor mundi partibus, accepiſſe puriſſimam, quæ reperiri potuit, terram, vnde & iuxta quatuor primas litteras, orientis, occidentis, ſeptentrionis, & meridiei, ſi græcis nominibus ea exprimas, Adam nomen formabis: *ἀνατολή, δυσμικός, ἄρκτος, μεσημβρία.* Cùm ergo & materia & artifex fuerint tam præſtantes, quid cōſpici potuit præſtantius, gratiúsue corpore Adami, primi hominis, ex quo reliqui omnes prodiêre. Spiritus autem ſanctus nō ex quatuor mundi plagis, ſed ex quatuor partibus Virginei corporis B. Matris accepit puriſſimas pretioſi ſanguinis guttas; ita vt ex flore ac cremore lactis Virginalis *τοῦ μικροκόσμου* expreſſa ſit materia. quæ meruit velut matrimonio

Aug. tract. 9. in Ioannem.

nio quodam coniungi diuinitati. Minimè laboro in aſſerenda & probanda Chriſti Domini pulchritudine, ſed multùm me affligit cordium noſtrorum tepor nauſeoſus, & languor intolerabilis: Quòd dignè non ament obiectum ita amore dignum; vt etiamſi quis millionem cordium haberet; & iſtis cordibus millio flammarum ineſſet; flammis autem etiam omnes cœlorum amores; ne media quidem adhuc ex parte amaret, vt amari meretur. O Domine IESV, eam mihi elargire gratiam; vt te amem plus, quàm cor meum; plus quàm oculos; vno verbo plus quàm me ipſum, imò nihil amem in hoc mundo niſi te ſolum; ſed, Eheu! non quantum mereris, ſed quantùm in mearum virium ſitum eſt poteſtate.

CAPVT VI.

Secreta, abdita, incognita, ac amabiliſsima Chriſti IESV vita, à duodecimo anno vſque ad 30.

Et erat ſubditus illis. Luc. 2.
Nonne hic eſt faber? Marc. 6.

Digitized by Google

I. 5. PONE tibi ob oculos Ieſum agentem annum duodecimum, *pulcherrimum inter filios hominum*, qui quicquid ab anno ſuæ ætatis duodecimo vſque ad trigeſimum excepto hoc verbo (*erat ſubditus illis*, ſcilicet Beatæ Matri ſuæ, & Ioſepho Patri nutritio) fecit, latere penitus voluit. Imaginare ergo illum totis octodecim annis nihil aliud agere, quam obedire. Porrò quemadmodum Deus confert gratiam & vires conuenientes ac proportionatas rei, quam à ſeruis ſuis mandari vult executioni; ita credendus eſt inſtinctûs internos ac lumen dediſſe ijs, quos deſtinauit ad gubernandam decenti cum imperio perſonam, & iuuentutem Chriſti. Quid autem aliud imperare poterat ſanctus Ioſephus Chriſto Domino, quàm vt ſe in ſuo adiuuaret opificio, & iuuando, quæ pauperi ac tenui vitæ ſuſtentandæ neceſſaria ſunt, lucrari conaretur? Et hinc homines apud D. Marcum acceperunt occaſionem vocandi eum *fabrum, filium Mariæ*, quia nimirum in officina viderant eum laborare cum Ioſepho. Quandocunque aut Ioſepho, aut Beatæ Matri talis ſe offerebat

Matth. 13 55.

labor,

Digitized by Google

labor, vt ad eum exantlandum plurium manus eſſent neceſſariæ, eum in ſubſidiũ vocabant, gaudebántque ſi frequenter talis occurreret occaſio, vt mererentur eo adiuuante, rem quampiam ad ſuam perfectionem deducere. Imaginare ergo tibi diuinum hunc iuuenculum iam ad Patrem, iam ad Matrem properare, ad eos ſolandos, & adhibitis manibus, Spiritus ſancti operâ fabricatis, ſeriò iuuandos, quò *pane ſuo in ſudore vultus veſceretur*, & plus quàm dimidiam ætatis ſuæ partem duro labore tranſigeret.

II. Age anima mea, coniunctis ſtudijs hoc paululùm perpendamus, ſumptáque tantiſper licentiâ ac humili libertate, totum hoc myſterium intento animo examinemus, & alto ſilentio longum Chriſti IESV ſilentium meditemur, nec non humiliter, aliqua, vt nobis enunciet, eum rogemus. I. Quid agat latens? II. cur ſic voluerit latere? III. Quare SS. Euangeliſtæ hoc litteris non mandârint? IV. Quare S. Lucas, qui totam Chriſti infantiam minutim deſcripſit, non adiunxerit eius adoleſcentiam, vt nos eius vitæ formam edoceret? Nónne id perbellè poterat ex ſan-

I. 5. PONE tibi ob oculos Ieſulum agentem annum duodecimum, *pulcherrimum inter filios hominum*, qui quicquid ab anno ſuæ ætatis duodecimo vſque ad trigeſimum excepto hoc verbo (*erat ſubditus illis*, ſcilicet Beatæ Matri ſuæ, & Ioſepho Patri nutritio) fecit, latere penitus voluit. Imaginare ergo illum totis octodecim annis nihil aliud agere, quam obedire. Porrò quemadmodum Deus confert gratiam & vires conuenientes ac proportionatas rei, quam à ſeruis ſuis mandati vult executioni; ita credendus eſt inſtinctûs internos ac lumen dediſſe ijs, quos deſtinauit ad gubernandam decenti cum imperio perſonam, & iuuentutem Chriſti. Quid autem aliud imperare poterat ſanctus Ioſephus Chriſto Domino, quàm vt ſe in ſuo adiuuaret opificio, & iuuando, quæ pauperi ac tenui vitæ ſuſtentandæ neceſſaria ſunt, lucrari conaretur? Et hinc homines apud D. Marcum acceperunt occaſionem vocandi eum *fabrum, filium Mariæ*, quia nimirum in officina viderant eum laborare cum Ioſepho Quandocunque aut Io-
Matth. 13 55. ſepho, aut Beatæ Matri talis ſe offerebat labor,

labor, vt ad eum exantlandum plurium manus eſſent neceſſariæ, eum in ſubſidiũ vocabant, gaudebantque ſi frequenter talis occurreret occaſio, vt mererentur eo adiuuante, rem quampiam ad ſuam perfectionem deducere. Imaginare ergo tibi diuinum hunc iuuenculum iam ad Patrem, iam ad Matrem properare, ad eos ſolandos, & adhibitis manibus, Spiritus ſancti operâ fabricatis, ſeriò iuuandos, quò *pane ſuo in ſudore vultus veſceretur*, & plus quàm dimidiam ætatis ſuæ partem duro labore tranſigeret.

II. Age anima mea, coniunctis ſtudijs hoc paululùm perpendamus, ſumptaque tantiſper licentiâ ac humili libertate, totum hoc myſterium intento animo examinemus, & alto ſilentio longum Chriſti Iesv ſilentium meditemur, nec non humiliter, aliqua, vt nobis enunciet, eum rogemus. I. Quid agat latens? II. cur ſic voluerit latere? III. Quare SS. Euangeliſtæ hoc litteris non mandârint? IV. Quare S. Lucas, qui totam Chriſti infantiam minutim deſcripſit, non adiunxerit eius adoleſcentiam, vt nos eius vitæ formam edoceret? Nónne id perbellè poterat ex ſan-

ſanctiſſima eius Matre reſcire, quam frequenter videbat, & ex qua alia myſteria didicerat? Quid? nónne id ipſum ex ſui Magiſtri D. Pauli relatione habere potuit, qui raptus in cœlum, omnia iſta ibi didicit; & ex proprio Dei ore excepit? Ita, inquam, Lucas; qui acta Apoſtolorum litteris accuratiſſimè proſequutus eſt, quare tacens pertranſijt Chriſti actiones; quæ vitæ hic tranſigendæ norma eſſe poterant: Ita; inquam, S. Lucas pingendi peritiſſimus; cur tabellam aliquam poſteritati non reliquit de Filio; ſicut reliquit de Matre? cur; inquam, in ſua cellula commorantem; vndique radijs collucentem, ac ante æternum Patrem proſtratum, profundiſſimaque in contemplatione noctes tranſigentem; nobis viuis eum non expreſſit coloribus? cur item in officina Ioſephi verſantem, reſque ſui opificij conficientem, ac in rebus, quas ſacri doctores nos edocent; ſeſe occupantem graphicè nō exhibuit? Sed & aliam ab eodem D. Luca Chriſti effigiem, in qua eum cum Matre conuerſantem, & in omnibus rebus, quas illa imperabat, promptiſſimè ei obſequentem contemplari valeam, requiro. Dixi,

I M-

IMPERABAT, quia, vt Patri obediret æterno, oportebat vt illa filio imperaret, idq; ad cooperandũ ineffabilibus myſterijs diuinæ humanitatis. Quare omnia iſta non expreſſit pingendo? quare & Lectuli eius ſimplicitatem, menſæ paupertatem (dum cum ſuis parentibus cibum frugaliter ſumebat) veſtium modeſtiam; admiranda cum ijſdem parentibus colloquia, & in quotidiana ac familiari conuerſatione ſermones ſiue penicillo ſiuè calamo expreſſà nobis non exhibuit? Sed quid dicemus de ſancto Ioanne Euangeliſtà, qui vltimus omniũ ſcribens, & ſupplens, quæ ab alijs Euangeliſtis omiſſa fuerant, ne verbo quidem vno iſta inſinuat? Nonne omnium loco id præſtare potuiſſet, qui omnia nouerat ſecreta ſicut filij, (cui chariſſimus erat) ita & Matris, cùm eius eſſet filius & cuſtos à Chriſto conſtitutus: quin & arcanorum ac mandatorum omnium intimus eiuſdem Secretarius? Quidnî? in tantum nobis gratificari potuiſſet, vt abditam, & velut Ecclipſi quâpiam ab oculorum aſpectu ereptam, in propatulo eius nobis poneret vitam? Quid ſibi vult hoc, quid denotat myſterij, quòd

integris triginta vitæ añis (cùm moriens non niſi triginta trium fuerit) quid egerit Chriſtus Dominus, neſciatur? Cùm tamen omnia, quæ dixit & fecit, eſſent oracula, & vniuerſa eius vita diuinæ perfectionis idea, ac veriſſima huius miſeræ vitæ innocenter traducendæ regula? Ecquis ergo nos docebit viuere, vt oportet, ſi nos non doceat is, qui vitæ noſtræ eſt vita? cuius tamen vitæ eam abſcondit partem, iuxta quam potiſſimùm noſtram dirigere deberemus? Nam addiſcere patrare miracula, potenter prædicare, facere, quod fecit à trigeſimo ætatis ſuæ anno vſque ad finem vitæ, admodum paucorum eſt; at verò quod ex eius vita nos fugit, illud eſt, cui vita noſtra eſſet conformanda, & ſecundum quod quotidianæ noſtræ actiones inſtituendæ, nobiſque eſſet cum viuentibus eximiâ cum perfectione, & innocentia vitæ viuendum. Fatendum eſt ſub iſtis magna latere myſteria. ſiquidem quod maximè nobis primo intuitu neceſſarium apparet, abſcondit; manifeſtauit autem, quod imitari nequimus. Æquo proinde animo eius carentiam ferre poſſemus. Dum autem me reflecto, mundum

dum à Deo temerarium, & arrogantem deprehendo. vt quod Deus eum ſcire non vult, omnino ſcire velit, promittens futurum fuiſſe, vt illud imitaretur, ſi non ignoraſſet, cum conſtet, tot & tanta in vita Chriſti imitatione digniſſima extare, quorum ne vnum fortaſſe deducit ad praxim. Age, quod de vita eius noſti, id exerce, & deinde quod ignoras, ne dubites, te edocebit. Quis eſt iſte inciuilis agendi modus, velle ſcire quod Deus te ſcire nolit? velle ſimpliciter clarâ diei luce illuſtratum oculis intueri; quod Deus profundâ nocte, ac alto ſilentio, non abſque maximo myſterio, ſepultum voluit latere? Si conduxiſſet habere te notitiam eius vitæ partis, quam abſcondit, abſque dubio, copioſam tibi communicaſſet: eam occultando manifeſtat magis, quàm ſi vnicuique manu palpandam exhiberet. Si enim ſcientiam tuam eius fugiant actiones, myſteria tamen (niſi eorum cognitione te indignum reddas) optimè perſpecta habere potes.

IV. Ab hominum oculis ſe ſubtrahit, contentus à ſolo Patre videri. Modus rectè viuendi, eſt in oculis Dei viuere, & à conſpectu humano, quàm longiſ-

ſimè fieri poteſt, recedere.
conſiſtit puritas vitæ, vt ali
ratur teſtis, quàm Deus, &
Potiſſima vitę ſanctorum pa
latet; & loco vnius forte lib
ſcribitur de vita alicuius ſa
minibus innotuit, multi eſſ
bendi de ea, quam hic nc
mundus; alter autẽ ad amu
ſcit. *Ne totus quidem mundus,*
Euangeliſta arbitro, *capere p*
de Christo eſſent ſcribendi, ſi omne
les actiones in commentarios re
Occultat ſeſe, vt nos, doce
ab aſpectu creaturarum ab
beamus: triginta annis ſe a
bus in publico compareat.
vellet, vt tribus annis tutè
minimùm triginta ſileas op
tot annorum ſilentium, c
docet eloquentiam, & in lo
cundos reddit. Neque eni
quam mortalium dignos de
ieſtate miſcebit ſermones,
non didicerit. Nemo vt op
conſcendet theatrum, & pro
blicum, qui non adamârit
Qui ſibi diu multumque pr

Digitized by Google

prædicauit, nunquam tutè & cum vtilitate prædicabit alijs. Is, cuius totum ſtudium eſt, vt ſaluet alios, non rarò ſubit periculum ſeipſum perdendi, & penitus conſumendi: velut fax quæpiam, quæ nimiùm alijs lucendo, ſeipſam obſcurat, & ſenſim ſine ſenſu abſumit.

Sed vlterius inquiramus: cur ſe abdit, & in officina, agitandis ac impellendis magna vi runcinis ac dolabris vitam, vt aſſerunt ſancti, tranſigere ac ſuſtentare voluit? ideò, vt ſe mundo contemptibilem redderet: quod maius præbet documentum, quàm quiuis etiam elegantiſſimus ſermo, quem vnquam ad homines habere potuit. *hoc muto ſermone, inquit S. Bonauentura, de hominibus plus eſt meritus, quàm vllo, fortaßis vocali ſermone, quem vnquam agens inter homines pronunciauit.* Nihil dicens, plus dixit, quam ſi dixiſſet omnia, quæ dici poterant.

Volebat haberi ſimplex idiota, homo nihili, filius fabri, hominis minimè ſubtilis, minimèq; exquiſitæ artis. Vnde D. Bonauentura non veretur aſſerere, natũ in Nazareth prouerbium, quo paſſim per ciuitatem dicebatur de aliquo inerte & impolito adoleſcente. *eſt craſſus idiota ſi-*

melius filio Ioſeph, qui nec loqui, ne
quam nouit.

V. Qui non deſiderat co
non amat deſpici, nunquan
virum perfectum, & ſolidæ v
torem. Et propterea dum Ch
nos docet amare deſpicient
ipſorum, & inijcit deſideriu
ter, & non coactè velimus
bus (nulla tamen per nos pro
ciendi datâ occaſione) deſ
beri, ſaluberrimâ, maximâ
mùm, vanitati noſtræ ſun
ſariâ animos noſtros imbu
que doctrinâ. Ea eſt Lydius
exploratur, an metalla, & a
tis, ſit purum & expurgatu
vitiorum ſcoria. Nam quan
diligit humilitatem, & ſui deſ
tantùm in virtutis ſtudio, &
proficit.

Vna adhuc reſtat inſtituen
cur nimirum credi voluerit
nec fabri ſimpliciter; ſed vt a
runt *fabri ferrarÿ*, & cur prin
rudimenta in officina addiſc
non fabricabat mundos, cum
ſet, qui condidit vniuerſum?

Ioſeph faber ferrarius.
Sua. in 3. par.

potenti fulmine diuinæ ſuæ eloquentiæ non conuertebat totum mundū? Tandem, cur non plurima faciebat miracula, quibus vniuerſos homines in ſui admirationem raptos, efficeret Seraphinos, effectosque ſuper firmamentum collocaret? Sed iudicia & ſecreta Dei abyſſus multa. Maluit addiſcere cruces & rotas pro ſe, & ſanctis martyribus conſtruere, clauos acuminare, quibus adueniente tempore primus transfigeretur. Nouit Deus quales animo voluebat cogitationes, inter conficienda huiuſmodi minutiora opera in Ioſephi officina, & quàm venerabundis oculis eius mater, Domina noſtra clementiſſima, filium talia conficientem reſpiciebat! Opificium quidem ad ſpeciem eſt humile, ſed quodcunque Deus exercet, vel exercendum cuipiam committit, minimè eſt humile. Adde quòd in eius oculis tantò ſit pretioſius, quantò humanis apparet vilius, & abiectius. Vnde, quantò mundus, vt plurimùm magis deſpicit, & horret exercere huiuſcemodi res humiliores, tantò libentius eas ille amplectitur. Et in hoc vno plenè conſpicitur puritas animæ, quâ nec vult ipſa, nec vult alios

velle,

Digitized by Google

velle, niſi id, quod Deo eſt in delic
mundo in deriſu. Nemo idoneus
alta præſtanda, qui non amet humi
ſe ineptum exiſtimet ad omnia.

VI. Vbi ſim ignoro, quando v
quod videre nequeo. id eſt, quanc
culus meæ fidei ſuo intuitu penetra
ditam ab oculis humanis Chriſti v
& quando iuſtè ponderat hæc duc
ba: ERAT SVBDITVS ILLIS. QVI E
ILLI? QVIS, QVIBVS ERAT SVBDI
DEVS IVVENI PVELLÆ; FABRI S
SÆ, ET IPSI FABRO. Tantúmne illis
riæ & Ioſepho, inerat audaciæ, vt p
huic filio, ſed magno illi Deo, qui
leſtis & terreſtris mundi erat Don
& Monarcha, auderent quippiam i
rare? Quod Pater æternus eum ad
mas terras mittat, tolerabile eſt: h
nim faciendo, Deus mittit Deum
quod faber huc & illuc mittat D
quod domina noſtra gubernet eun
quòd Deus infans omnia præſtet i
rata, quòd ad omnia currat, qu
omnibus obediat, in omnib. & per o
ſe ſubdat, & hoc modo tam inge
tam facili, tam amabili, ac ineffa
quis cogitare poteſt ſine ecſtaſi?

Digitized by Google

Quomodo cor bono Ioſepho præ gaudio non diſrumpebatur, dum talem tironem in ſuã intuebatur officina? Quomodo item Beata Virgo non moriebatur lætitiâ, videns ſibi in omnibus obtemperari ab eo, ad cuius nutum Angeli ſeſe humiliant & contremiſcunt? Quàm verè de eo enunciabat Iſaias, quando dicebat. *Verè tu es Deus abſconditus, Deus ſaluator Iſrael!* Verè enim abſconditus erat, & vſque adeo abſconditus, vt non niſi pro tirunculo, & puero rudimenta artis fabrilis addiſcente paſſim ab omnibus haberetur. Dubio procul, obſtupeſcebant Angeli, videntes Dominum & conditorem ſuum, malleum & fruſtulum ligni manu tenentem, ex quo ſi libuiſſet, extruere poterat paradiſum terreſtrem, & nouum condere vniuerſum. Sed nónne & æternus Pater attonitus videri poterat, dum eum, qui totius cordis eius replet capacitatem & immenſitatem, videt coarctatum terræ locello, & ligna dolando vitæ ſuſtentandę neceſſaria ſibi quærere loco, quo cœlorum orbes fabricare, elementa producere, & vniuerſam mundi machinam deberet gubernare. Verum bonus Iesvs longè pluris facie- 45.15.

bat vnum humilitatis actum, qu
liqua omnia. Quare triginta inte
nis mundo hanc inculcauit doct
nempe melius multò eſſe, SCI
IPSVM CONTEMNERE, quàm vni
mundi machinam ADMINISTR
miracula tot tantaque facere, vt
terra queat repleri.

VII. Excors & exſanguis ſit o
qui non intimè amet amabiliſſim
puerulum, qui vt nos inſtruat,
eſſe humilis faber lignarius, qu
oſtentandam ſuam magnitudine
uerſa naturæ gubernacula tener
nima mea, nunquámne humilita
tui deſpicientiam amabis, cùm
naturæ auctorem, eas virtutes t
cere videas, vt ex triginta trib
ſuæ annis, totos triginta earum
exercitio? Tãtopere cupiebat ille
ma iſta Theologia profundę hum
& mundi cõtemptu nos excultos
IESV dulciſſime, inſculpe obſecro
liori cordis mei parte hanc doctri
fac, vt ego ea, quæ tanti æſtimas
ea ceſſes patrare miracula, ceſſe
mines ijs patrandis in tui admira
rapere) ſeriò amem, & amata exe

Digitized by Google

Esné cupidus noſſe, quid diuinus hic puerulus in ſacro vitæ ſuæ deſerto, ac ſecreto agebat! In Ioſephi & Mariæ domo tres viſebantur cellulæ: Vnam IESVS, alteram Beata Mater, tertiam Ioſephus incolebat? IESVS inceſſanter pro nobis orabat, & diu noctuque Patri æterno noſtras neceſſitates repræſentabat. O qui lacrymarum torrentes ex eius oculis nõ defluebant! quæ ſuſpiria ex diuino eius corde non erumpebant! quibus telis, quibus orationum iaculis patris viſcera non transfodiebat? Equidem tam vehementia ex illo mundi angulo IESVS noſter eiaculabatur precum tormenta, vt cœlum, terram, patriſque miſericordiæ aduerſus mundum commoueret. Et totum id, ô homo, in tui gratiam!

VIII. Dici non poteſt, quantò ſuffundor rubore, dum potiſſimum hoc ſpeculum, & clariſſimum iuſtitiæ ſolem aduerto in tenebris latitare, nullamque lucem, non modo, non foras eiaculari, ſed diligentiſſimo ſtudio cauere, ne ſignum aliquod ibi latentis increati luminis foris compareat. Ego autem tam ſum ineptus, & adeo vanus, vt nunquam non velim videri; nunquam non meas nu-

nugas ac ineptias homini
mei autem, vel minimum
vt rem omnino intolerabi
ſtinere. Nihil in rerum n
bilius reperitur paupere
ſertim ſi cum Chriſto, Reg
feratur, qui non niſi hum
Hem! quem non pigeret v
diuinum hunc puellum, ve
rem gloriam ſuam, homin
tidum terræ vermiculum,
geſcentem, eoque impude
dientem, vt magni velit a
ſtimari. Etſi aliquando co
minore affici honore, quà
ſua ipſi perſuadeat vanita
tantos triſtitiæ & amaritu
vt nullâ vi humanâ valeat
hi; nec vllâ conſolationis
lari. Quàm profundè put
ctiſſima ſe humiliabat pe
corde ſuo chariſſimi filij ſu
ſuarum deliciarum, adm
nendi modum? Omnes en
omnia verba, omnem eiu
quàuis humanâ longè maio
ctionem omnimodam; obt
omni re, quæ ei committeba

Digitized by Google

vlla contradictione, tacita conſiderabat, & *in corde ſuo conſeruabat.* Oblita, dubio procul, verborum ſui cantici apud cognatam Elizabeth, ex abundantia diuinæ ſuauitatis diuulgati, vix amplius ſe humilem credebat, dum ſe tam longè à filij ſui humilitate diſtare animaduertebat. Vnde faciem ſuam honeſtiſſimo rubore, qui erat index ac teſtis irreprehenſibilis ingenui eius pudoris, tegebat. Eheu! Ego, ego ſum, qui ſummè erubeſcere deberem, intuens duos iſtos cœleſtes ſoles nube ſingularis modeſtiæ velatos. Ego autem mortalium omnium ſuperbiſſimus, ſuffundi pudore, & contemni maximopere timeo, ſtudeo autem & gaudeo in omni vanitatis occaſione primus comparere.

IX. Si non timerem modeſtiæ ac debitæ obſeruantiæ leges tranſgredi, perquam cuperem pro mea conſolatione, & dulci quadam ac ſubmiſſa animi libertate, aliqua ex ſancta Dei matre quærere. Audebo: non vertet vitio, quia illa ipſa eſt manſuetudo & humilitas. Dic ergo, age Domina clementiſſima, quàm crebrò viſitabant Angeli cœleſtes chariſſimũ tuum filium in ſua cellula commo-

Digitized by Google

morantem? Cùm enim, vt creditur, frequenter homines aliquot peculiari vitæ ſanctimoniâ conſpicuos & te omni die, dum inter mortales agebas, viſitârint, cui dubium eſſe poteſt, quin turmatim iam ex hac, iam ex illa Hierarchia, ad ſalutandum Dominum ſuum; ad contemplandum & admirandum eius virtutes; ad conferendum de rebus diuinis, ac denique ad efficiendam ex eius cellula commorationem quandam cœleſtem, & delicias incomprehenſibiles, deſcenderint? Eia, virgo glorioſiſſima, dic an non ſæpè in diuinis ſuis contemplationibus contigebat filium tuũ quâdam cœleſti mentis abſtractione, à terra in altum eleuari, & vndique ſacro ſplendore circumdari, & ab eo, velut à ſole meridiano, vicina quæque obiecta illuſtrari? Dic etiam quid tibi loquebatur, nullum enim verbum è tua mente excidebat, nullum tuam fugiebat memoriã, cùm ſcriptum ſit, *corde* te omnia eius dicta & facta diligentiſſimè *conſeruaſſe*! Dic item in officinâ, quem modum agendi tenebat? quid hîc, quid ibi, per domum faciebat? quomodo diei actiones diuidebat? quæ tibi, quæ & chariſſimo tuo
ſponſo

Digitized by Google

ſponſo (quem ſemper patris nomine cõpellabat) ſeruitia exhibebat? Quando Ioſeph infirmitate fuit tentatus, ex qua & in domino mortuus eſt, quis ei miniſtrabat? quis apud eum vigilabat? quis cibum ei porrigebat? qualia charitatis officia IESVS illi reddebat? Dic &, quomodo ſanctus Ioſeph præ nimia animi dulcedine (dum ſibi à te, & filio tuo tanto cum amore miniſtrari videbat, quibus Angeli ſeriò & aſſiduè ſeruiebãt) vitâ non excedebat? Cùm enim Pater æternus ei in mandatis dediſſet, vt tibi perfectiſſimè ſeſe ſubijceret, & in omnibus obtemperaret, dubio procul accuratiſſimè obediebat, & tu ipſa, ne declinaret à voluntate Patris, filio, quæ mandanda erant, mandabas. Quanquam non dubito, quin imperanda ei, qui cœli & terræ imperat poteſtatibus, tota quãta præ reuerentia contremiſceres? Dic qualia opera illis manibus, quæ cœlos fabricàrunt, conficiebat, & quæ confecerat, quanti vendebantur? Nam pro minimo opere, quod ad ſuam perfectionem perduxiſſet, ſceptra, coronæ, regna, integræ Monarchię non grauatè à ſcientibus fuiſſent data. Angeli, omnes omnino

Digitized by Google

nō ſtellas libentiſſimè dediſſent.
enim eſt in mundo, quod poſſet
nutiſſimum Chriſti IESV opus a
re? Sed dic age, quandoquidem
tutum & deliberatum erat cum I
labore manuum vitæ ſuſtentan
ceſſaria comparare, nónne vel
opus confeciſſe ſat erat, ad finen
tum obtinendum, ſi iuſto pretio
ctum fuiſſet? Nam etſi omnes ter
ſauri pro eo dati fuiſſent, adhu
infra iuſtum pretium datum fuiſſe
ius opera ſuis inſignita fuiſſent nc
hoc ſolummodo ijs adſcriptum,
IESVS CHRISTVS: quale pro
penſum non fuiſſet pretium, & qu
auro & argento non fuiſſent th
cluſa? Effare Domina noſtra gra
ma, & omnia iſta, & reliqua ei
quæ nos fugiunt, tibi autem aper
nobis detege. Quatenus & nos
ſtris miſerijs nos nouerimus abde
non noſtras vanitates & ambi
noſtri ipſorum confuſione coop
Dic, an non etiam Pater æternus
na ſpecie amictus, & etiam Spirit
ctus, ſuo ordine viſitabant?

X. Re melius conſideratâ mu

Digitized by Google

tentiam, ſile Virgo puriſſima, & ne verbo quidem vno, quod filius tuus, non ſine myſterio, tectum voluit, nobis detegas. quæ enim noſtra imprudentia, ne dicã impudentia eſſet, ſcire velle, quod nos latere voluit? Sed nos potius edoce, quomodo tu eum imiteris, & qualiter nos te, & illum imitari poſſimus. Sequentia ferè in noſtrum vſum ſalutariter trahere, &, ſaltem à longè, quando ea adæquare non licet, imitari poſſumus.

1. Credendum eſt longè conducibilius eſſe animæ noſtræ, abſcondere virtutes & merita, ſi quæ habemus, quàm innumera patrare miracula, & omnibus hominibus, quaſi in theatro quodam, ea oſtentare.

2. Nunquam laxandum eſt frænum, etiam ardētiſſimis in corde exiſtentibus deſiderijs, ad alios in horto animę excolendos, niſi diu multúmq́; in cultura tui ipſius laboraueris. *Quàm multi inueniuntur, dicebat S. Franciſcus Xauier, qui ſanctos efficiunt alios, & perdunt ſeipſos!*

3. Iesvs tacet & latet triginta annis, vt tribus loquatur mundo: Et, eheu! nonnulli ſunt, qui ſemper alijs loquuntur & concionantur, ſibi autem vt ad

K cor

cor loquantur, & ſilentiu
annoſque æternos mente v
quam tempus inueniunt
canalium marmoreorum,
per ſicci ſint, tamen aqua
abundantia ſubminiſtrant
4. Nemo vnquam benè
non didicerit latere & tac
enim princeps eſt Eloquen
5. IESVS triginta an
amauit, & experientiâ did
contemptum, non item
miracula facere: hæc enim
tur cum contemptu, q
minem gaudere & exulta
alio habetur loco, quàm n
ma haberi ſolet, facilia ſun
difficillimus eſt acquiſitu
multorum annorum exer
6. Aſſerit Diuus Bon
SVM plus feciſſe nihil fac
feciſſet faciendo quicq
ſummus inquit perfectionis gr
do eſt. amare ſui ipſius deſ
expectandum eſt, dum illa o
trò ſeſe offerat, ſed ei obuiam
lari facie, expanſis brachijs,
Qui hoc non habet, nun

imperfectorum ſe vendicabit, multò minus aliquid excellens in vita ſpirituali patrabit.

7. Reliquæ virtutes aliquandò vnò addiſcuntur ſermone, ſed vt pro homine nihili ex corde haberi velis, & in hoc gaudere, triginta annorum exercitio opus eſt. Adde, quòd vbi id didiceris magna cum difficultate, facillimè excidat è memoria.

8. Virtutes quæ in externa conſiſtunt actione, non magno addiſcuntur negotio, hoc enim fit extra nos ſine magno labore, imò cum propria facientis voluptate & aliorum admiratione. At verò quæ conſiſtunt ſolùm in tolerantia, plurimùm faceſſunt negotij: vt ſunt exempli cauſa ſilentium, patientia, deſpicientia; Vnde ſaluator triginta ijs tribuit annos, vt exemplo ſuo eas nos edoceat.

9. S. Lucas dicit IESVUM *profeciſſe ætate & ſapientiâ.* Et id verum eſt, quò enim quis magis deſiderat proprium cõtemptum, eò fit ſapientior. Quod ſtultum eſt in mundi, id ſapientiſſimum eſt in oculis Dei. Luc. 2.

10. Totum Euangelij ædificium corruat oportet, ſi huic non innitatur fun-

damento. Vnde Chriſtu
firmiter ſtabiliendú Euan
erat promulgaturus, tot
nos conſumit in locandis
mentis. Huc ſpectat illud
& non miniſtrari; Vnde ſem
omnibus in rebus præſto
mus mediaſtinus, ad fac
parentes iubebant: ſed
quòd Parentum manibus
in teneris annis, quando
Iudæ pedes lauare non eſt
XI. En nouus Decalo
bis Chriſtus in cellula ſu
hibet, vt quondam Moyſe
magna inter vtrumque
Chriſti enim, vt eſt ſublim
ſeruatu difficilior. Impot
ratio in qua me deprehen
dum hunc infantem, qui
ſapientia, facit vt ingenu
tear imbecillitatem. Ehe
ſus ſum præditus virtute,
minimè deſidero, vt aliqu
conſpicuos habear loco.
piam mihi contradicatur,
exilit præ dolore, & toto
guis ebullit. Lingua inſid

Digitized by Google

eiaculatur verba viperea, nec non ſpicula vindictæ vibrat in eos, à quibus me deſpici, vel minoris æſtimari imaginor, quàm mereantur meæ vanitates, quibus inducor ad credendum me aliquid eſſe ſupra cæteros homines. Iesv dulciſſime, quot homines vitâ tuâ abſconditâ & ſacro ſilentio condemnabis? Tua cellula mihi refert vallem Ioſaphat, & ſancta taciturnitas, decretum vltimi iudicij, quæ complures hominum, etiam eorum, qui comprimis ſpirituales videntur, condemnabit.

XII. Cor mihi elabitur, auolat anima volens penetrare volando vſque ad cellulam parui iſtius ſilentiarij, & diuini Eremitæ, in qua ſe contemplaturam ſperat res dignas Deo. Scio ibi omnia plena eſſe luce & Angelis cœleſtibus; Scio ibi videri omnes paradiſi delicias; ſcio etiam me inde pellendum tanquam inſolentem & plus æquo audentem. & id quidem, ingenuè fateor, non immeritò. Verùm ſi nos docere decreuit, vt verè decreuit, nónne videre & audire nos oportet noſtrum Magiſtrum? Et cùm tanta præditus ſit humilitate, cur non præſumam minimè eum mihi ſuccenſu-

tum, ſi animus mihi eſt
optimo quo valeam modo
Apocalyp. dicis *te ad oſtium ſtare, & pulſ*
intres, ſi tibi aperiatur. En
meum, illud ingredere, &
Dominus impera in omne
Verùm, vt par pari refera
ego ad portam tuæ domu
lates abſconditus: obſecro
eſt, aperi, quia dixiſti: *pu*
En pulſo, & promiſſum tu
humiliter peto. Qualis iſte
quale, & quàm admirabil
videre Deum abſconditum
tiæ obſcuratum in merid
ternum obmutuiſſe, ſapie
ſtultitiam, & omnem cœl
nem riſui expoſitam?

XIII. Ad veſtra, ô ſan
Mater, & beatiſſime Ioſeph
ſtratus oro humiliter, vt
lium veſtrum partes ſuſci
ni; & de me, etſi non mer
dare verba; dicite, eius ſile
ti quodam tonitru, cor me
tritum, eius vitæ latebris m
poſthac vel in profundo i
ſcondam. Dicite etiam, qu

Digitized by Google

ciora edit verba, eò magis me ad eius amorem trahi. Quid multis? quam in eum habetis poteſtatem, & auctoritatem adhibitote. Vobis eſt *ſubiectus*, veſtrum eſt ei imperare: iubete ergo vt me diligat, mihi ſcientiam ſanctorum concedat, contemptum mundi deguſtandum præbeat. Et hoc tam agendo, quàm patiendo, vt ab eo addiſcam lectionem (quæ explicari tamen non poteſt) ſolidæ humilitatis; vt denique viuens quantum homini fas eſt, ſicut ille vixit, ad eius pedes, in eius gratia moriar, & in immortalitatis manſione ſine fine gratias illi agam.

CAPVT VII.

Exceſſus ineffabilis amoris Chriſti, & ſcala Iacob Patriarchæ.

TANDEM ad fontem Paradiſi, & bonorum omnium, quæ mundi ſaluator humano generi exhibuit, pertigimus. Vnde, ſi cauſa inquiratur, quæ eum induxerit ad aperiendos nobis liberaliſſimè ſuos theſau-

Digitized by Google

ros, & ad laxanda miſerico
rum in nos flumina, rectè
amor. Si rurſum petatur ſu
mentum, quo obligamur
gendum veriſſime reſpon
Vtinam quemadmodum
puri puti ſunt illius aduer
tatis & charitatis exceſſûs
eſſent exceſſûs obſequij &
propoſitum eſt inueſtigar
re ineffabilis eius charitati
gnoſcat, oportet ſcalam I
chæ, cuius ſummitas vſq
num & cor pertingit. Plur
ſuper hanc viſionem expli
excogitatæ, mihi præ cæte
batis Ruperti, qui proprie
Chriſto Saluatore, iam a
dente ex parte Patris, iam a
dente: vt bona pro nobis I
innumeros amoris gradus
ficans exceſſûs diuinæ ſuæ
ga nos, & oſtendens quali
Patris cor, velut tutiſſimu
bire vellet.

I. Gradus eſt, quòd nos
Ioan. 4. uênit. *Prior dilexit nos.* Quis
INFINITVS, DEVS ÆTE

Digitized by Google

INEFFABILIS: Quem dilexit? hominem terræ vermiculum, putore plenum. O ſumme Deus, quid te induxit ad amandam rem tam vilem? & non quocunque amore, ſed incomparabili? ſed incomprehenſibili? Non abſque magna ratione dixit D. Dionyſius: *audebimus dicere Deum ipſum factum quodammodo extra ſe, &c.* Videor videre Moyſen accipientem Sephoram Ægyptiacam vxorem, quam, licet nigra ſit, magis diligit quàm aliam quamcunque, quantumuis candidam & pulchritudinis laude longè ſuperiorem.

II. Non neceſſariò nos diligit, ſicut Pater illum, ſed ſolâ ſuâ voluntate & beneplacito. Et quod ſummopere in admirationem rapit SS. Paulum & Chryſoſtomum, eſt, quod *nos amauit ante tempora ſæcularia.* Obſecro, vnde hoc promeruimus? quid eum mouit ad perorandam tam feliciter ad tribunal diuinarum ſuarum commiſerationum cauſam noſtram?

III. Si quid in nobis reperiſſet dignum amore, id in conſiderationem aduocari poterat, ſed cùm prorſus nihil eſſet, quod ad amandum eum prouocaret, niſi

niſi illud modicum quod ipſemet inſeruerat : & nihilominus quòd tanti nos fecit, tanto amore proſequutus eſt, in veritate omnes excedit humanos ſenſûs, & omnia mundi, ſint quantum velint ſublimia, ingenia ſuperat.

IV. Et quò tandem res euadet, ſi addidero Chriſtum in nobis non amore, ſed odio, non præmio, ſed pœnâ inſigni digna vidiſſe argumenta, eaque propè innnita, imò iuratos nos ſibi eſſe hoſtes, & in dictis, factis, ac cogitatis ita peruersè agentes, ac ſi diuinum amorem, ad inſtar humani, cæcum eſſe crederemus. Quod ergo nos genus ſuum, penè omni humanâ formâ exutos, & beſtiali, ſi mores ſpectes, indutos, tali ac tam tenero amore amârit, nónne æternam id meretur admirationem? Me inuadit deſiderium cum D. Paulo exclamandi: *Quæ ſocie-*
2. Col. 6. *tas luci ad tenebras?* quæ claritati oculorum ad caliginem peccatorum? *quæ Chriſto ad Belial?* quæ TOTI ad NIHIL? Deus bone, quæ incomprehenſibilis eſt iſta coniunctio, & confœderatio! Certè matrimonium iſtud perficere ſolius eſt Chriſti Domini, nullius alterius.

V. Adhuc, hoc fortaſſis tolerari ali-

quo

Digitized by Google

quo modo poſſet, ſi aliquam amicitiæ viciſſitudinem illi ſperare licuiſſet, & homo infelix aperuiſſet oculos radijs diuinæ charitatis, & cor ad videndum, & amandum Dominum, cuius natura eſt merus amor, & pura bonitas; ſed cùm præuideret eum in ingratitudine, & animi ſocordia victurum, & forte etiam moriturum, & nihilominus tàm ardenter eum amârit, quis id comprehendet, & non erubeſcet; ita, vt præ verecundia faciem continuò velare cogatur? Dictum fuerat Samſoni, futurum, vt perditè adamata Dalila, ſi eam duceret, ei crines, in quibus eius erat fortitudo, abſcinderet, & inſuper hoſtibus ſuis traderet, & tamen vſque adeo amore excæcatus erat, vt pro omni ratione, dum id ei denunciaretur, diceret: *Date mihi illam, quia placuit oculis meis.* Quaſi diceret, fruſtrà id mihi diſſuadere conamini, ea enim cœpit oculos meos, & per oculos ipſum cor, per cor autem omnem omnino meam libertatem ademit. Eſto mille mihi inſtent mortis genera, iacta iam eſt alea, eam oportet me habere. Non aliter egit Chriſtus Saluator, dum hominem eo, quo ſcimus, modo amauit,

cor loquantur, & ſilentium exerceant, annoſque æternos mente voluant, nunquam tempus inueniunt! ſunt inſtar canalium marmoreorum, qui cùm ſemper ſicci ſint, tamen aquam omnibus in abundantia ſubminiſtrant.

4. Nemo vnquam benè loquetur, qui non didicerit latere & tacere, ſilentium enim princeps eſt Eloquentiæ Magiſter.

5. IESVS triginta annorum ſpatio amauit, & experientiâ didicit ſui ipſius contemptum, non item concionari & miracula facere: hæc enim ſi conferantur cum contemptu, qui docet hominem gaudere & exultare, dum non alio habetur loco, quàm mundi peripſema haberi ſolet, facilia ſunt; contrà, ille difficillimus eſt acquiſitu, etiam poſt multorum annorum exercitium.

6. Aſſerit Diuus Bonauentura IESVM plus feciſſe nihil faciendo, quam feciſſet faciendo quicquid potuiſſet, *ſummus inquit perfectionis gradus in hoc mundo eſt. amare ſui ipſius deſpectionem, nec expectandum eſt, dum illa occurrat, & vltrò ſeſe offerat, ſed ei obuiam procedendum hilari facie, expanſis brachijs, & aperto pectore.* Qui hoc non habet, nunquam è fœce im-

imperfectorum ſe vendicabit, multò minus aliquid excellens in vita ſpirituali patrabit.

7. Reliquæ virtutes aliquando vnò addiſcuntur ſermone, ſed vt pro homine nihili ex corde haberi velis, & in hoc gaudere, triginta annorum exercitio opus eſt. Adde, quòd vbi id didiceris magna cum difficultate, facillimè excidat è memoria.

8. Virtutes quæ in externa conſiſtunt actione, non magno addiſcuntur negotio, hoc enim fit extra nos ſine magno labore, imò cum propria facientis voluptate & aliorum admiratione. At verò quæ conſiſtunt ſolùm in tolerantia, plurimùm faceſſunt negotij: vt ſunt exempli cauſa ſilentium, patientia, deſpicientia; Vnde ſaluator triginta ijs tribuit annos, vt exemplo ſuo eas nos edoceat.

9. S. Lucas dicit IESVLVM *profeciſſe ætate & ſapientiâ.* Luc. 2. Et id verum eſt, quò enim quis magis deſiderat proprium cõtemptum, eò fit ſapientior. Quod ſtultum eſt in mundi, id ſapientiſſimum eſt in oculis Dei.

10. Totum Euangelij ædificium corruat oportet, ſi huic non innitatur fun-

damento. Vnde Chriſtus Dominus ad firmiter ſtabiliendú Euangelium, quod erat promulgaturus, totos triginta annos conſumit in locandis ſolidis fundamentis. Huc ſpectat illud. *Veni miniſtrare, & non miniſtrari*; Vnde ſemper, vbique, ac omnibus in rebus præſto erat, vt minimus mediaſtinus, ad faciendum quod parentes iubebant: ſed quid mirum, quòd Parentum manibus fundat aquam in teneris annis, quando in flore ætatis Iudæ pedes lauare non eſt dedignatus.

XI. En nouus Decalogus, quem nobis Chriſtus in cellula ſua habitans exhibet, vt quondam Moyſes in nube; ſed magna inter vtrumque eſt differentia. Chriſti enim, vt eſt ſublimior, ita etiam ſeruatu difficilior. Impotentia & deſperatio in qua me deprehendo ad imitandum hunc infantem, qui eſt totius cœli ſapientia, facit vt ingenuè meam profitear imbecillitatem. Eheu! nulla prorſus ſum præditus virtute, & interim non minimè deſidero, vt aliquo inter virtute conſpicuos habear loco. Si in re quapiam mihi contradicatur, cor penè mihi exilit præ dolore, & toto corpore ſanguis ebullit. Lingua inſidiatur cordi, &

Digitized by Google

eiaculatur verba viperea, nec non ſpicula vindictæ vibrat in eos, à quibus me deſpici, vel minoris æſtimari imaginor, quàm mereantur meæ vanitates, quibus inducor ad credendum me aliquid eſſe ſupra cæteros homines. Iesv dulciſſime, quot homines vitâ tuâ abſconditâ & ſacro ſilentio condemnabis? Tua cellula mihi refert vallem Ioſaphat, & ſancta taciturnitas, decretum vltimi iudicij, quæ complures hominum, etiam eorum, qui comprimis ſpirituales videntur, condemnabit.

XII. Cor mihi elabitur, auolat anima volens penetrare volando vſque ad cellulam parui iſtius ſilentiarij, & diuini Eremitæ, in qua ſe contemplaturam ſperat res dignas Deo. Scio ibi omnia plena eſſe luce & Angelis cœleſtibus; Scio ibi videri omnes paradiſi delicias; ſcio etiam me inde pellendum tanquam inſolentem & plus æquo audentem. & id quidem, ingenuè fateor, non immeritò. Verùm ſi nos docere decreuit, vt verè decreuit, nónne videre & audire nos oportet noſtrum Magiſtrum? Et cùm tanta præditus ſit humilitate, cur non præſumam minimè eum mihi ſuccenſu-

tum, ſi animus mihi eſt eum imitandi, optimo quo valeam modo? IESV mi, tu dicis *te ad oſtium ſtare, & pulſare*, & fore vt intres, ſi tibi aperiatur. En patet tibi cor meum, illud ingredere, & ibi tanquam Dominus impera in omnes æternitates. Verùm, vt par pari referas, oro, pulſo & ego ad portam tuæ domunculæ, in qua lates abſconditus: obſecro, ſi graue non eſt, aperi, quia dixiſti: *pulſanti aperietur*. En pulſo, & promiſſum tuum adimpleri humiliter peto. Qualis iſte eſt paradiſus? quale, & quàm admirabile ſpectaculum videre Deum abſconditum? ſolem iuſtitiæ obſcuratum in meridie? *Verbum æternum* obmutuiſſe, ſapientiam haberi ſtultitiam, & omnem cœli pulchritudinem riſui expoſitam?

Apocalyp.

XIII. Ad veſtra, ô ſanctiſſima IESV Mater, & beatiſſime Ioſephe, genua proſtratus oro humiliter, vt meas apud filium veſtrum partes ſuſcipere dignemini; & de me, etſi non mereor, bona illi dare verba; dicite, eius ſilentij ictu, veluti quodam tonitru, cor meum eſſe contritum, eius vitæ latebris me edoctum, vt poſthac vel in profundo inferni me abſcondam. Dicite etiam, quòd quò paucio-

ciora edit verba, eò magis me ad eius amorem trahi. Quid multis? quam in eum habetis poteſtatem, & auctoritatem adhibitote. Vobis eſt *ſubiectum*, veſtrum eſt ei imperare: iubete ergo vt me diligat, mihi ſcientiam ſanctorum concedat, contemptum mundi deguſtandum præbeat. Et hoc tam agendo, quàm patiendo, vt ab eo addiſcam lectionem (quæ explicari tamen non poteſt) ſolidæ humilitatis; vt denique viuens quantum homini fas eſt, ſicut ille vixit, ad eius pedes, in eius gratia moriar, & in immortalitatis manſione ſine fine gratias illi agam.

CAPVT VII.

Exceſſus ineffabilis amoris Chriſti, & ſcala Iacob Patriarchæ.

TANDEM ad fontem Paradiſi, & bonorum omnium, quæ mundi ſaluator humano generi exhibuit, pertigimus. Vnde, ſi cauſa inquiratur, quæ eum induxerit ad aperiendos nobis liberaliſſimè ſuos theſau-

ros, & ad laxanda miſericordiarum ſuarum in nos flumina, rectè dicetur fuiſſe *amor.* Si rurſum petatur ſummum argumentum, quo obligamur ad eum diligendum veriſſimè reſpondebitur, *amor.* Vtinam quemadmodum ex eius parte puri puti ſunt illius aduerſus nos bonitatis & charitatis exceſſûs, ita ex noſtra eſſent exceſſûs obſequij & amoris! cui propoſitum eſt inueſtigare & cognoſcere ineffabilis eius charitatis gradus, cognoſcat, oportet ſcalam Iacob Patriarchæ, cuius ſummitas vſque ad Dei ſinum & cor pertingit. Plurimæ hactenus ſuper hanc viſionem explicationes ſunt excogitatæ, mihi præ cæteris placet Abbatis Ruperti, qui propriè vult dici de Chriſto Saluatore, iam ad nos deſcendente ex parte Patris, iam ad eum aſcendente: vt bona pro nobis loquatur, per innumeros amoris gradus pergit, teſtificans exceſſûs diuinæ ſuæ charitatis erga nos, & oſtendens qualiter nos omnes Patris cor, velut tutiſſimum aſylum, ſubire vellet.

I. Gradus eſt, quòd nos amando præuenit. *Prior dilexit nos.* Quis ille? DEVS INFINITVS, DEVS ÆTERNVS, DEVS IN-

Ioan. 4.

INEFFABILIS: Quem dilexit? hominem terræ vermiculum, putore plenum. O ſumme Deus, quid te induxit ad amandam rem tam vilem? & non quocunque amore, ſed incomparabili? ſed incomprehenſibili? Non abſque magna ratione dixit D. Dionyſius: *audebimus dicere Deum ipſum factum quodammodo extra ſe, &c.* Videor videre Moyſen accipientem Sephoram Ægyptiacam vxorem, quam, licet nigra ſit, magis diligit quàm aliam quamcunque, quantumuis candidam & pulchritudinis laude longè ſuperiorem.

II. Non neceſſariò nos diligit, ſicut Pater illum, ſed ſolâ ſuâ voluntate & beneplacito. Et quod ſummopere in admirationem rapit SS. Paulum & Chryſoſtomum, eſt, quod *nos amauit ante tempora ſæcularia.* Obſecro, vnde hoc promeruimus? quid eum mouit ad perorandam tam feliciter ad tribunal diuinarum ſuarum commiſerationum cauſam noſtram?

III. Si quid in nobis reperiſſet dignum amore, id in conſiderationem aduocari poterat, ſed cùm prorſus nihil eſſet, quod ad amandum eum prouocaret,

niſi

Digitized by Google

niſi illud modicum quod ipſemet inſeruerat : & nihilominus quòd tanti nos fecit, tanto amore proſequutus eſt, in veritate omnes excedit humanos ſensûs, & omnia mundi, ſint quantum velint ſublimia, ingenia ſuperat.

IV. Et quò tandem res euadet, ſi addidero Chriſtum in nobis non amore, ſed odio, non præmio, ſed pœnâ inſigni digna vidiſſe argumenta, eaque propè innnita, imò iuratos nos ſibi eſſe hoſtes, & in dictis, factis, ac cogitatis ita peruerſè agentes, ac ſi diuinum amorem, ad inſtar humani, cæcum eſſe crederemus. Quod ergo nos genus ſuum, penè omni humanâ formâ exutos, & beſtiali, ſi mores ſpectes, indutos, tali ac tam tenero amore amârit, nónne æternam id mereatur admirationem? Me inuadit deſiderium cum D. Paulo exclamandi *Quæ ſocie-*
2. Col. 6. *tas luci ad tenebras?* quæ claritati oculorum ad caliginem peccatorum? *quæ Chriſto ad Belial?* quæ TOTI ad NIHIL? Deus bone, quæ incomprehenſibilis eſt iſta coniunctio & confœderatio! Certè matrimonium iſtud perficere ſolius eſt Chriſti Domini, nullius alterius.

V. Adhuc, hoc fortaſſis tolerari aliquo

quo modo poſſet, ſi aliquam amicitiæ viciſſitudinem illi ſperare licuiſſet, & homo infelix aperuiſſet oculos radijs diuinæ charitatis, & cor ad videndum, & amandum Dominum, cuius natura eſt merus amor, & pura bonitas; ſed cùm præuideret eum in ingratitudine, & animi ſocordia victurum, & forte etiam moriturum, & nihilominus tàm ardenter eum amârit, quis id comprehendet, & non erubeſcet; ita, vt præ verecundia faciem continuò velare cogatur? Dictum fuerat Samſoni, futurum, vt perditè adamata Dalila, ſi eam duceret, ei crines, in quibus eius erat fortitudo, abſcinderet, & inſuper hoſtibus ſuis traderet, & tamen vſque adeo amore excæcatus erat, vt pro omni ratione, dum id ei denunciaretur, diceret: *Date mihi illam, quia placuit oculis meis.* Quaſi diceret, fruſtrà id mihi diſſuadere conamini, ea enim cœpit oculos meos, & per oculos ipſum cor, per cor autem omnem omnino meam libertatem ademit. Eſto mille mihi inſtent mortis genera, iacta iam eſt alea, eam oportet me habere. Non aliter egit Chriſtus Saluator, dum hominem eo, quo ſcimus, modo amauit,

uit, & humanitatem eius ſibi deſponſauit.

VI. Deſcendamus vno gradu per ſcalam charitatis Chriſti Saluatoris: putáſne expectabat emolumentū aliquod ſibi ex tantæ charitatis exceſſu euenturum? nequaquam, ſed pura liberalitate, & copioſa effuſione miſericordiarum ad hoc deſcendit. Eheu! quid homo poteſt præſtare Deo? & quâ in re hominis ille indiget obſequijs? *Dixi Domino*, inquit Dauid: *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* ſed neque mei eges: quid enim ſum ego miſerabilis abortiuus, immenſitati infinitæ Maieſtatis Domini mei comparatus?

S.Bonau. Rich. S.Vict.

Cornelius à lapide. Pſa. 15. 1.

VII. Altius adhuc deſcendamus, & notemus eum amore preſſum deſcendiſſe vſque ad centrum extremæ abyſſi, dum hominem induit, & ineffabilem ſuam magnitudinem in nube noſtræ humanitatis, & in noſtri nihili tenebris quodammodo obſcurauit. In comprehendendo hoc Chriſti deſcenſu, omnia tum hominum, tum Angelorum ingenia fatiſcunt. Quàm immenſâ vi amoris fuit opus, ad efficiendam incomprehenſibilem hanc diuinitatis coniunctionē cum

extre-

extrema noſtra miſeria? Quàm verè dixit Richardus: *amorem illum eſſe potentiſſimum, qui vincit omnipotentẽ.* ſi dicti rationẽ quæris, ea eſt, quia facit, vt omnipotens, fiat omnipatiens. Richardo ſuffragatur D. Dionyſius, dũ ſapientiſſimè dicit: *amor vnionem facit, & ecſtaſim, & transfert amantẽ in amatũ.* vnde vt amor diuinus ſibi faceret ſatis, oportuit illum, (poſtquam illi ita placuit) adeo intimam cum homine, quantumuis miſerabili, inire ſocietatem, vt eius aſſumendo naturam, eum Deum efficeret. Hoc punctum etiam ſolitariè conſideratum eſt, quædam abyſſus abſque fundo, abſque ripa. Lib. de grad. charit.

VIII. Adhuc gradu vno oportet deſcendere; Chriſti enim amor necdum expletus eſt. ſed age. ſi ei ſtatutum erat, vt homo fieret, cur non talis, cui totius mundi Monarchia pareret ſubiecta? cur non prodiens in mundum aureis argenteisque pannis ac purpurâ exceptus eſt, vt ſolent Reges? cur non in ipſo Natiuitatis momento adoratus eſt, vt Deus? Certè tam exiguum ab hominibus exhibitum honorẽ boni conſuluiſſe, cùm, vt Deo infinitus debebatur multum eſt ſe humiliaſſe. Verumenimuero tanto ab-

Digitized by Google

abripi amore, vt nudus naſci voluerit, vt vermiculus terræ: & quidem in ſtabulo, beſtiarum cubili: addiſcere item vile opificium fabrorum, vitam quaſi mendici & pauperrimi hominis inſtar tranſigere, & ſuſtentare, omnem excedit, non modo dictionem, ſed etiam humanam ac Angelicam cogitationem.

IX. S. Paulus ait eum deſcendiſſe vſque ad centrum abyſſi. Et ita eſt. *Semetipſum enim exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus*: quod eſt ita ſe exinanire & humiliare, vt humiliandi vlterior non detur gradus. Et hoc in gratiam hominis; tempore quo omnem eius beneficiorum memoriam ex mente eiecerat: imò, quo eius diuinitatis hoſtis iuratus erat. *factus eſt homo, inquit D. Auguſtinus, vt homo fieret Deus.* Quando Rex Aſſuerus regali ſe exuit purpurâ, vt eâ afflictũ indueret Mardochæum, mandans, vt, non ſecus atque ipſemet Rex, ille honoraretur, ſummum id fuit fauoris indicium, quod in mundo hoc, homini ab homine exhiberi potuit. Sed longè, imò infinitè maius fuit, quod Deus *ſemetipſum* exinânit, & homo fit, vt ipſe homo fiat Deus, *vt eius inopiâ*, inquit Apo-

Apoſtolus, *diuites eſſemus*. Pudeat nos noſtræ ingratitudinis, quòd tam frigidè amemus amorem erga nos tam ardentem, qui meretur, vt toti, quanti inflammati charitatis igne in eum feramur, ac transferamur!

X. Vidimus gradus per quos amor eum fecit deſcendere, videamus nunc eos, per quos aſcendit: vt ineffabilis charitatis ſuæ effectibus nos repleat. Dicit Plato amorem ſcire modum faciendi & inducendi amantem ad exercenda cuiuſcunque generis artificia. ſi ſermo eſt de amore diuino, credo certiſſimè rem ita ſe habere. Ecquid enim Chriſti cor igne cœleſti inflammatum non agit, vt ſuam in nos teſtetur charitatem? Facit ſe *medicum*, vt omnes noſtros ſanet languores: *Virtus de illo exibat & ſanabat omnes.* Luc. 15.
Facit ſe *Paſtorem*, qui vadit ad ouem, quæ 4. 5.
perierat, & inuentam *imponit in humeros ſuos, & gaudens refert ad ouile.* Vult eſſe, & eſt noſter *Præceptor* ac *Magiſter: ipſum audite.* Aſcendit altius, & fratrem noſtrum ſeſe nuncupat: *ite, dicite fratribus meis.* ſed & arctius ſe nobis vniens, vult eſſe animarum noſtrarum ſponſus. *Veni dilecte mi, &c.* Cant. 7.
Veni, deſcendamus ad hortum, ad areolam aromatum,

tum; & colligamus flores & lilia; vult vt Patrem noſtrum vel Matrem noſtram vel etiam vt olim aiebat quiſpiam ex veteribus: Patrem-Matrem compellemus. Nec id immeritò: omnes enim delicias, omnem teneritudinem quam amantiſſimus Pater & Mater habere poſſunt aduerſus ſuam prolem, ſolus ipſe gerit pro nobis. Nobis per huius infeliciſſimæ vitæ deſerta gradientibus; dux eſt tutiſſimus. *Ego ſum via, veritas, & vita*: Et vt in cœlum nobis ſemper pateret aditus, ſe portam conſtituit. *Ego ſum oſtium*: Et volens ſe velut cordium noſtrorum alumnum efficere, deſiderat nobiſcum cænare: *Si quis aperuerit, cænabo cum eo*. Si deſint nobis dapes digne infinitâ eius Maieſtate, ille ipſe nobis cedit in cibum & potum, dum corpus ſuum ad manducandum, & ſanguinem ad potandum prodigo quodam amore elargitur; ſi poſiti ſimus in aliqua afflictione, perſonam conſolatoris aſſumit ad nos conſolandos; & ſi vrgente aliquâ causâ à nobis diſcedit, de alio, ſe nihilo inferiore, nobis prouidet conſolatore: *rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis*. Ioan. 6.

XI. Mihi curæ non eſt, cur antiquitas

Digitized by Google

tas amorem voluerit eſſe cæcum: dum ſcio Chriſtum Dominum totum quantum eſſe oculum, vel potius totum oculis coopertum, vt nos ſatellitum loco ab omni cuſtodiat malo. Non miror, ſi Clemens Alexandrinus *eum compellat nomine Angeli cuſtodis cordium*; Et Iſaias, *Angelum faciei ſeu facierum Dei.* Habet enim ſemper oculos in nos, & in Patrem æternum coiectos, vt eum interpellet pro nobis; Si ære alieno teneamur obſtricti, illud in noſtri gratiam diſſoluit, nobis cautionem redemptionemque adhibet: & mauult ſeipſum vendere, & vltimam ſanguinis ſui guttam potius dare, quàm videre nos venundari ſolutionis defectu. Sed illud omnem, tum hominum, tum Angelorum exſuperat mentem & eloquentiam, quòd reus & maledictionis victima pro nobis effici & haberi velit: *factus eſt pro nobis peccatum & maledictum.* Modo corda noſtra ſibi addicta habeat, non recuſat eſſe & haberi pro nobis anathema, quin & eſſe velut obiectum & ſcopus, in quem iacula communis odij & pœnæ, quam ob peccatorum noſtrorum enormitatem promeruimus, dirigantur.

XII. Innumera, quæ vitam inter nos traducens fecit miracula, nónne innumera nobis eſſe debent teſtimonia infiniti in nos amoris? abyſſus autem, in qua, dubio procul, nos ipſos perdemus, eſt oceanus ſanguinis & paſſionis eius. Quando pauculas lacrymas fudit ſuper tumulum demortui Lazari, communi omnium acclamatum eſt voce: *ecce quomodo amabat eum?* Et hoc ex eo, quòd aliquantulum eius mortem defleuiſſe notatus fuerat: quid agendum, quid acclamandum, dum omnes penitus ſui pretioſi ſanguinis guttas profundere conſpicitur? Eheu! cor infidum & ſemiatheum, fieríne poteſt vt hoc credas, & tam frigidum ſis in amando mitiſſimo hoc agnello? ſi morte & ſanguine opus erat, nónne vel vnica gutta diuini & infiniti meriti iſtius ſanguinis ſat eſſe poterat, nónne vnica ſpina? vnicus flagelli ictus? vnius claui punctura? quorſum ergo tanti exceſſus? tam horribilia diræ mortis ſupplicia? Erant, erant, fatendum eſt, quoad neceſſitatem iſta ſufficientiſſima, ſed non Chriſti amori, qui nihil ſatis exiſtimat ad teſtificandam charitatis ſuæ abundantiam. Non amor, ſed

Digitized by Google

ſed amoris ſolùm exceſſus illi (ita vehementer amat!) idoneum & ſufficiens charitatis aduerſus homines teſtimonium eſſe poteſt. O infinita vecordia, ac torpor infeliciſſimorum mortalium, qui tam parum amant amorem tam amabilem!

XIII. Longo adhuc interuallo diſtamus à ſuprema parte iſtius ſcalæ, & ſublimioribus gradibus charitatis Chriſti: imò vix primos cœpimus conſcendere. Cum ipſe ab hominibus tam malè fuiſſet tractatus, nónne cauſam ſufficientem habebat in perpetuum ſe ab illis abſtrahendi? Hoc equidem innatum eſt cordi, cui plus ineſt vindictæ, quam amoris; Verùm Chriſti Domini, quod inextinguibili flagrat amoris incendio, nullo vnquam erga nos amore eſt contentum. Vnde ſe obſtringit ad manendum nobiſcum vſque ad finem mundi: *Ecce vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſæculi.* it & redit ad nos, vt nos inuiſat & protegat, quemadmodum quiſpiam maximo amore præoccupatus, qui nunquã finem facit ſuſpiciendi, admirandi & magni æſtimandi id, quod ſemel adamauit: *Vado, inquit, & venio ad vos, & non relin-*

quam vos orphanos. Quaſi diceret, nihil formidetis, omni momento præſto ſum ad vobis ſuccurrendum. Altius adhuc aſcē-dit, quia corpus & animam ſuam in perpetuùm, donatione irreuocabili inter viuos, in ſanctiſſima donat Euchariſtia. Quod donum nullo poteſt æſtimari pretio; ſed de hoc ſeparatim alias per otium.

XIV. Eia, ne dubitemus, cùm eo cælum alacres conſcendamus: ad illud enim non ire, ſed volare videtur, quò nobis ibi magis, quàm hîc vnquam, patrocinetur. imò iteratò ita incipit nobis in cœlo benefacere, ac ſi ſuper terram nihil prorſus vnquam boni nobis præſtitiſſet. In primis vt partes generalis Aduocati ad Patris tribunal agat, & aſſiduè *pro nobis interpellet: habemus Aduocatum apud Patrem Ieſum.* Quis nobis dicet, quam efficaci vtatur Rhetoricâ, vt cauſam noſtram tueatur, & quàm potenter defendat nos contra omnem iuſtitiæ paternæ rigorem? *apparet nunc vultui Dei pro nobis.* Quinq; oſtendit vulnera, ad placandam iuſtam Patris iram. Nihil nobis à Patre negatum iri, verbo ſuo interpoſito, aſſerit: *Quodcunque volueritis, petetis & fiet vobis.*

Heb. 9. 24.

Et

Digitized by Google

Et licet innumeris & aſſiduis nos ſuis accumulârit beneficijs, tamen (tanta eſt eius bonitas!) nihil nobis à ſe præſtitum illi videtur: Vnde dicit: *Vſque modo non petijſtis quicquam, petite & accipietis.* Petite, inquit, quaſi diceret, quid dubitatis modicæ fidei? petite cum omni fiducia ab eo, qui vobis dandi maiori flagrat deſiderio, quàm vos accipiendi. Cauete proinde, ne vnquam à ſpe accipiendi vos deijci ſinatis. *Si poteſtis credere, omnia poſſibilia ſunt credenti. credite ergo & accipietis.* Hoc item etiam atque etiam vos monitos volo, vt exiſtimetis vos ita à me amari, vt nihil omnino vobis poſſim negare, modò plena cum fiducia firmam in meo aduerſus vos amore ſpem collocetis. plus adhuc dico, priuſquam petitio veſtra compleatur, pronis ea exaudietur auribus, ijsq; auctuarijs illa accumulabitur, quæ ne poſtulare quidem auderetis. Vnde alio Scripturæ loco de illo dicitur: *Voluntatem timentium ſe faciet & exaudiet illos.* Sed quæri poteſt, quomodo illos exaudiet, quando ne verbum quidem illi edunt, imò nec quicquam petere audent? Res mira, ſed tamen vera: Chriſtus cum Spiritu ſancto in noſtris ſe

Pſal. 144. 19.

Digitized by Google

ſe collocans cordibus, pro nobis loqui-tur, pro nobis Patrem æternum interpel-lat, & orat: ſeu vt melius loquar, ſe ipſum orat, ſe ipſum exaudit, non ſecus, atque ſi ei dixiſſemus id, quod ſibi ipſe dixit no-ſtro nomine. Vnde ſcriptum legis: *& orat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*. Et ne per errorem labamur, dum ei loqui cogita-mus, ipſemet format verba, diſtillat la-crymas, alto corde emittit ſuſpiria, & deinde ſe ipſum exaudit, &, quod, inter-ueniente fletu & oratione, petiuimus, copiosè nobis elargitur. O ineffabilem Chriſti amorem: Eheu! vbi ad dignè re-damandum tam bonum dominum, qui in momenta nouis nos miſericordiæ ſuæ accumulat beneficijs, corda reperie-mus?

XV. Memnonis ſtatuam licet inſen-ſibilem & ex duro ac frigido marmore fabricatam, ad primum orientis ſolis ra-dium, quo eius os incaleſcebat, naturæ leges excedentem loqui ſolitam fuiſſe, & aduenientem ſolem ſalutaſſe, adoraſſe, gratiasque innumeras ei egiſſe ferunt. O haberemus vtinam cor iſtius lapidis, & os huiuſce marmoris ad Chriſtum Dominum vnicum ſolem animarũ no-

ſtra-

ſtrarum ſalutandum, quando infinitæ charitatis ſuæ radijs nos adurit! Quid dices de ſancto Ioanne referente, quòd quando Pater æternus iratus generi humano, vniuerſum vult perdere, Chriſtus ſe interponens, agit noſtram cauſam, & ſe offert denuo pro nobis, paratus venundari ad nos redimendos *ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.* Equidem in vltimis me mundi rerer eſſe finibus, ſi qui muudi eſſent vltimi fines in charitatis regno: non ſunt autem. progrediamur ergo vlterius, & adhuc vnum ſcalæ gradum conſcendamus. Nonnihil audaciùs videri poſſet loqui D. Thomas, quando dicit, quòd ad ſatisfaciendum immenſitati Chriſti amoris, & liberalitatis, oportuerit eum homini in tanto numero & copia communicaſſe bona *vltra quæ, & ſupra quæ, quò ſe extenderet, ipſe non haberet*: ſacro horrore percellor, iſta verba explicando: præſuppoſitâ, inquit, infinitâ animæ capacitate, & diuinæ prouidentiæ ordine, debuit, inquit, hominem facere participem ſuarum excellentiarum, & vt clarè loquar, magnitudinum, ſed hoc tanto cum exceſſu, vt videri poſſit extrema attigiſſe, & feciſſe omnia, quæ Opuſc. de beatitud.

 erant

erant factibilia. *Quid potui facere, & nō feci?* Dicit ipſe Chriſtus. An non verba iſta, ad diſrumpenda in mille partes hominum corda, à Spiritu ſancto poſita videri poſſunt? Quid, inquit, potuit pro humano genere præſtari & fieri, quod præſtitum, quod factum non ſit? Ecquid nunc illi dari poteſt, quòd abundatiſſimè antè non habeat? O ſumme Deus, quis poterit ineffabili tuæ charitati reciproco amore reſpondere, & quis Chriſto filio tuo, Saluatori noſtro dicere; Domine, quod potui pro te facere, nunquid non ex toto affectu, & totis animæ meæ viribus feci?

XVI. Quid dicere poſſunt Spiritûs Seraphici, quando talem Chriſti audiunt ſermonem? quid quando vident eum plus vltrà aſcendentem, & Patri tam intimo ex affectu dicentem: *Pater mi, vnicum a te peto, nimirum vt ſicut in me es, &* Ioan. 16. *ego in te, ita & illi ſint in nobis ſolidè vniti & perfecti. Vt ſint*, inquit, *conſummati in vnum, ſicut tu in me, & ego in te*, &c. O cælum, ô terra, perij, Eheu! Vbi ſumus nos? quis loquitur? quid dicit? Ecquis ſublimitatem iſtius ſermonis comprehendat? vt ſicut Pater & Filius per amorem ineffabi-

fabiliter infinitum, ſunt infiniti & eadem res, Chriſtus in tam arcta iſta vnitione homini (in quantum eius humilitas & vilitas extendere ſe poteſt ad abyſſum illam, quæ nec fundum, nec ripam habet) partem tribuat? In hoc fundati ſancti Auguſtinus & Bernardus ſupra hæc verba: MVLIER AMICTA SOLE, audacter dixerunt B. Virginem ita Deo fuiſſe vnitam, & in oceano diuinitatis ita profundè immerſam, vt (excepta identificatione incommunicabili creaturæ) quaſi in Deo liquefacta & abſorpta videri poſſet.

XVII. Expalleſcis Lector, timens ne, ſi Chriſtus adhuc altius aſcendat, & velis eum ſequi, laborare incipias vertigine. Patientiæ arma tibi adhibenda ſunt; aſſumendi animi ad conſcendendum vno gradu altius. Quanquam mihi dictat animus, quòd tu nequibis illum apprehendere, ego autem multò minus tibi explicare. Explicet nobis Angelicus Doctor, tractans verba Chriſti à D. Luca relata: *faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis*, quaſi diceret: Deus in vita æterna inſtruet conuiuium, in quo accumbentibus omnibus beatis, ipſe

miniſtrabit, attendens diligentiſſimè, ne quid cuipiam deſit, vt facere ſolent Archimagiri circa menſam ſuorum dominorum. Verba autem D. Thomæ ſunt hæc. *quaſi eſſet illorum ſeruus emptitius, & quilibet illorum eſſet Dei Deus.* Ita miniſtrabit ipſis, ac ſi eorum quilibet eſſet Dominus, ipſe autem ſeruus: quaſi ſine illis non poſſet eſſe Deus, & quaſi illorum quilibet eſſet Dominus Domini ſui, Etſi rem explicandi cauſa ita loqui licet, Deus ipſiuſmet Dei. Vnde non amplius miror Chriſtum in hoc mundo lauare Apoſtolis pedes, & in particulari ipſimet Iudæ Proditori. nam is erat Chriſto abiectionis & humilitatis locus: ſed quòd tam immenſus ſit eius amor, etiam in altero mundo, qui ad tantam eum inducat humilitatem, hoc vltra omnem me rapit admirationem: ſumme Deus, quandoquidem tibi decretum erat tantos amoris & bonitatis exceſſus in homines demonſtrare, cur (ſi tamen de te ipſo apud temetipſum mihi deponere querelas licet) eodem tempore mihi innumera non attribuiſti corda, vel certè vnum innumeris æquiualens, vt ego ſolus tantùm te amarè, & adorarem, quantùm omnes ſi-

ſimul Angeli? Eheu! nónne rationi eſſet conſentaneum, vt ego, qui beneficia non minora, quam Angeli, imò etiam modo aliquo maiora, à te accepi, te non minus amarem, imò longè ardentius, quam tota Angelorum cohors?

XVIII. Ex omnibus, quæ dixit S. Paulus, illud optimè: *charitas, inquit, nunquam excidit.* 1. Cor. 13 Fides & ſpes, præſente beatitudinis obiecto ceſſabunt, charitas autem ſemper manebit, ſemper creſcet, neſcia vllius finis; vnde de ea illud dictum præclarè: SOLVS AMOR NON HABET FINEM. Quis altiorem crederet reſtare gradum, ad attingendam ſupremitatem iſtius ſcalæ, & ad penetrandum vſque ad ipſius Dei cor, in quo velut in infinito quodam Oceano, homo beatus totus abſorbeatur? S. Paulinus relicto epiſcopatu, pro ſeruo ſeſe in captiuitatem dedit: Theodorus, miles egregius & eximius Chriſtianus mutato cum virgine habitu, eius ſe ſubſtituit loco, vt eam liberaret, & pro ea ipſe mortem ſubiret. Rex potentiſſimus, regnum & ſceptra deſeruit, vt ea filio daret, ſeque eius in clientelam traderet, plus filium, quàm ſeipſum amans. Sed hæc, ſi comparentur cum

cum ineffabili charitate Chriſti Domini, ac ſupremi Imperatoris animorum noſtrorum, vixerunt, quod eſt guttula aquæ, ad vaſtiſſimum oceanum collata, *Deus homo factus eſt, inquit Diuus Auguſtinus, vt hominem faceret Deum*. At diuinitatis non eſt capax homo, &, eſto eſſet, tamen ea eſt huiuſmodi, vt eam neque deſerere, neque alteri conferre poſſit Deus. Et in hoc maximè cernitur amoris natura, qui ſemper vult facere, quod fieri nequit, quique nunquam quieſcit, niſi impoſſibile fecerit poſſibile, & conatus fuerit plus præſtare, quàm ſuæ ferant vires. In quo apparet, eam potentiâ malle, quàm charitate deſtitui. Qui actus, quid aliud, quàm Deum æmulantur? Admirationem ſui olim excitauit quidam ſtatuarius: qui, cùm nequiret eſſe Pallas Dea ſapientiæ, tam artificioſè in eius ſe ſcuto inſeruit, & cum eadem Dea, modo quodam tam admirando, & tam intimo ſe coniunxit, &, claritatis gratiâ, identificauit, vt neque ille lædi, neque occidi poſſet, niſi læsâ & occisâ Pallade. Chriſtus Dominus cùm non poſſet hominem efficere Deum, ita ligauit, ita vniuit, & tam arctè coniunxit ſuam diuinitatem

cum

cum noſtra humanitate; vt; *quod facit Deus inquit S. Bernardus, faciat limus, & quod patitur limus, hoc dicatur pati Deus ineffabili dignatione.* Quod idem eſt, ac ſi diceret: Chriſtus bonitate ſuâ infinitâ tam arcto ſe vinculo cum noſtræ humanitatis limo ſe colligauit, vt, quæ ipſe ac Pater facit, dicitque, homo facere ac dicere aſſeratur, & quod moriens patitur homo, Deus pati ac mori veriſſimè dicatur. *Qui enim adhæret Deo, Vnus Spiritus eſt.* Verumenimuero notandum eſt, propoſitiones iſtas adeò eſſe ſublimes, & intellectu difficiles, vt nemo in hac vita eas valeat comprehendere. Æternitate opus eſt, vt eæ percipiantur, & pro earum percepta veritate, debitæ agantur gratiæ. Cogor cum D. Paulo exclamare ac dicere, *Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema.* ſerm. de Natiu. 1. Cor. 16.22.

XIX. Omnes mihi ſpiritus vitales euaneſcunt, nullæ in me remanent facultates & potentiæ. Quid dicam? ignoro. Interim optimus Dominus optimè nouit adhuc magis ac magis amare, & vlteriorem amoris gradum conſcendere. Cùm enim factu eſſet impoſſibile, vt ex homine fieret Deus, præſtitit per amorem

rem homini, quod per ambitionem ſibi arrogare voluit Lucifer: nempe locum filij, eo extruſo per ſummum nefas, occupare: at filius humanos artus induens, eodem in loco, ſedens in dextera æterni Patris in magna Maieſtate, noſtram humanitatem collocauit. Sed & alium prorſus admirabilem amoris actum fecit Dominus, qui quodammodo cæteros omnes poſt ſe relinquit. Et hic eſt: *Qui credit in me, opera, quæ ego facio, faciet; & maiora horum faciet.* Dixit etiam, *à fructibus*
Ioan. 14. 12. *eorum cognoſcetis eos.* Hæc ſcribenti manus mihi contremiſcit, & cor ſacro quodam horrore totum quantum concutitur. Nam quò tandem res ſe extenderet, ſi deducenda eſſet Chriſti aſſertio, quò ſe ipſa è Chriſti ore egrediens extendere videtur? Iudicium, inquit, de artifice ex operis vilitate, vel præſtantia ferendum eſt; & ex rebus benè vel malè ab eo geſtis, eius ingenij æſtimanda eſt capacitas. At volo, inquit Chriſtus, vt ij, qui in me fide viuâ, & amore animatâ credunt, res me maiores & illuſtriores faciant. Non audeo ego inferre concluſionem, vnde neceſſe eſt, me filum orationis ſic abrumpere, ne prætextu pietatis contingat

gat me blaſphemiam dicere. O magni Seraphini, omnem veſtram amoris & ardoris Zelum mihi conceditote; & vos cælites omnes, omnia veſtra accommodatote corda: ſed & vos omnes creaturæ, obſecro, mutaminor in corda igne amoris diuini accenſa, eaque mihi mutuatote, vt tandem aliquando poſſim deſiderijs meis ſatisfacere, & Chriſtum amare eo amore, quo vt amem, meretur. Et certè ad id faciendum plurimis nominibus me obligatum ſentio.

XX. Sed, ó anima mea, vbi ſumus? Eheu! ſub extrema abyſſo hæremus, & tamen collocati ſumus in altiſſimo gradu immenſi amoris Saluatoris. Nam omnibus iam dictis de infinito eius in homines amore, (quaſi pro ijs nihil præſtitiſſet, quod adæquare poſſet eius in eos amorem) addit hæc: *Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſua pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet illam.* Quod ſic explico: ſi homo Deus dederit omnem ſubſtantiam domus ſuæ, & quicquid dare poteſt, quaſi pro nihilo omnia habebit. Cùm enim omnia ob amorem Patris, qui eſt infinitus, præſtiterit, opus erat infinitis teſtimonijs, & operibus infinities infinitis,

vt

vt Chriſti amor obiectum infinitum & immenſum adæquaret: Cùm tamen natura humana non ſit niſi finita; ac proinde minimè capax infinitatis. Ex quo concludit, dicens: *totum quod feci, collatum infinitati amoris Patris mei, vix vltra nihil ſe extendit. Adde quod tanto amoris ſtudio proſequor mortales, vt quo plura pro iis præſto, eò maiore ſemper flagro deſiderio, plura præſtandi. Mortuus equidem ſum pro illis, ſed ſemel tantùm, at meus erga eos mihi ſuggerit amor, quòd pro iis, quos tam teneriter & ardenter diligo, oportet me non ſemel tantummodò ſed innumeris vicibus mori.* Optime Deus; quid ſibi vult iſte ſermo, facere omnia, & ſi dici poteſt, plus quàm omnia, & dicere ſe nihil feciſſe, & quaſi minus, quàm nihil? nónne ſufficiens hoc eſſe deberet argumentum & motiuum ad conterenda mortalium corda, ſint licet dura ad inſtar inſenſibilium rupium. O pater æterne, ſiquidem filius tuus ſuam nobis, aliàs incommunicabilem, modo admirando & incomprehenſibili cõmunicauit perſonam, poteris & tu, ſi libuerit tuum, & Spiritûs ſancti nobis communicare cor, vt (duo iſta habentes corda, quibus filium tuum infinitè amabilem amemus) poſſi-

poſſimus hanc habere conſolationem, quòd vel minimùm ſemel eum tantùm amauerimus, quantùm ille nos ſemper amauit, & amat: & quoquo tandem modo parem ei retulerimus gratiam, amando amore infinito eius amorem infininitum, & intrando eius cor, ſicuti ille noſtra intrauit. Et ita pertingemus ad eum ſcalæ gradum, qui terminatur corde ipſiuſmet Dei.

CAPVT VIII.

Quòd profunda ſapientia, & aurea Chriſti eloquentia infinitò modo eam reddat amabilem, & adorabilem.

I. §. MAGNO ſemper ſtudio quæſitum eſt, quisnā omnium hominum eſſet ſapientiſſimus: ſed fruſtrà. Non Adam; quis enim inter homines omnes maiorem commiſit ſtultitiam, quàm ille, dum eſu vnius pomi vetiti ſibi & poſteris ſuis perdidit paradiſum? *porrigit pomum inquit D. Bernardus, & ſurripit Diabolus paradiſum.* Non etiam Salomon. Quid

enim vnquam ab vllo mortalium ſtultius, ac irriſione, ſubſannatione, ludibrioq́ue dignius admiſſum eſt, quàm ab ipſo? Certè illi ſeptem, quos Græcia in catalogum ſapientum primos retulit, nihil præter vanitatem ſapiebant. Et cum vellent videri omnium ſapientiſſimi, ſtultiſſimi deprehendebantur. Si petas ab Ariſtotele, cur nullum pretium conſtitutum ſit ſapientiæ, tibi reſpondebit, ideò id factum, quia neque pretium eâ dignum, neque Iudex idoneus, neque teſtes, neque modus inueniri poſſunt, ad faciendum conueniens de ea iudiciũ? quia omnes, inquit, patienter quidẽ ferent ſe venuſtate faciei, corporis viribus, agilitate pedum, & curſus velocitate vinci, non adeo etiam ægrè ferent, ſi quis eos præeat facilitate verſuum componendorum, ſanguine natalium, &c. at vero inueniri, qui in rebus ad ſapientiam, prudentiam, ac ſenſuum viuacitatem ſpectantibus, patiatur ſe alteri poſtponi, perdifficile, ac pene impoſſibile eſt. Sapientia enim eſt Flos Ingenii, eſt Nota excellentis viri, & totius honoris ſubſtantia, qui hominem non deſerit, niſi deſeratur à vita. Vnde ſi Iudex, ſi teſtes,

Digitized by Google

ſtes, ſi arbitri ac ſpectatores conſtituti fuiſſent, ad ſtatuendum ei pretium, eorum quilibet id ſibi dari voluiſſet. Et vitam citius ſibi eripi paſſus fuiſſet, quàm vt alteri maioris, quàm ſibi, ſapientiæ nomen attribui permiſiſſet. Quid multis? hæc gloria non debebatur puro homini, ſed homini diuino, vel homini-Deo, Chriſto ſoli hæc reſeruabatur palma. Nam vt erat in diuinitate ſapientia increata, & infinita, & verbum æternum patris æterni, ita eius humanitas debuit eſſe mundi ſapientia. Omnes igitur homines, & omnes ſpiritûs Angelici, in mundi totius amphitheatro congregentur, vt videant illi ſoli coronam ſapientiæ adiudicari. Illi enim ſoli conuenit, vt mundi ſapiens nuncupetur: Cæteri enim hominũ ſuum ſortiti ſunt elogium: *Stultorum infinitus eſt numerus.* Ad Chriſti autem pedes omnes omnino ſapientiæ tituli & trophæa deponenda ſunt.

II. Tu, ô regina Saba, decepta es. 3. Reg. 10. 1.
Vmbram enim pro lumine, & figuram pro corpore accepiſti. Non ille Salomon tibi conueniendus & adeundus erat: quia & ſtultus ſapientûm, & ſtultorum ſapiens erat; ſed verus Salomon, qui eſt

Digitized by Google

vera ſapientia. Is is clarè omnia tibi ſoluiſſet ænigmata, omniq́ue cœleſti te repleſſet ſapientiâ. Omnes, qui prompta cupiunt reſponſa, ad hoc feſtinare oraculum, ne dubitent. eſt enim os aureum diuinæ ſapientiæ, & fidelis Dei patris interpres: nemo præter illum loquatur; omnibus altum indicatur ſilentium: *Hic eſt enim filius meus dilectus, qui eſt audiendus*, inquit Deus Pater, cuius ſolius eſt loqui, & reliquorum omnium auſcultare. Quando enim loquitur, ſapientia eſt, quæ loquitur, & pura oracula loquitur. Inter humanam ſcientiam, & diuinam ſapientiam hoc eſt diſcrimen; quòd illa ſit ſicca, frigida, ac fatua, & abſque vllo diuino guſtu, quo afficiatur anima; hæc autem eſt ſcientia ſapida, affectuoſa, ſublimis, hauſta ex theſauris cœleſtibus, quæ mirùm quantùm conſolatur animam ſe habentem. *ſapientia, inquit vnuſquiſpiam, eſt ſapida ſcientia.* & alter: *eſt ſcientia per altiſſimas & æternas cauſas.* & S. Dionyſius: *eſt altiſſimum lumen per tenebras & caliginem diuinitatis.* Christus Dominus adeo potens eſt in hac diuina ſapientia, vt, quandocunque loquitur, verborum iaculis corda alte transfigat, eademq́ue

S. Thom. S. Bonau. S. Bern. Damian. Suar, Valentia.

pro-

propoſitionibus vitam æternã tribuentibus, luminibus, & delicijs quouis nectare & Ambroſia ſuauioribus repleat. Vnde de eo, qui ſe Petram nuncupat, appoſitè dici poteſt: *Exijt mel de Petra, oleumq́ de ſaxo duriſſimo.* Quando hæc Petra (quæ eſt ECHO Dei Patris, ſi ita dici poteſt de eius humanitate, ſicuti eſt VERBVM ſecundum diuinitatem) loquitur, eius ſermones & eloquia, aliud non ſunt, quàm nectar cœleſte & dulcedo paradiſi. *Ego ſicut fluuius Dorix exiui de paradiſo.* Vnde cùm quadam die ſapientiſſimè ſermocinatus fuiſſet, dixit S. Petro: nunquid & vos vultis abire? quaſi diceret, nónne de alio Magiſtro vultis vobis prouidere? Cui S. Petrus ex intimo corde & affectu reſpondit: *ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes?* quod eſt dicere: tu Domine, ea loqueris, quæ non niſi ex theſauris cœleſtibus deprompta eſſe poſſunt, & animis noſtris talia ingeris ſapientiæ & conſolationis colloquia, quæ indicant te ſolum, alium verò neminem, vitæ æternæ verba proferre.

Eccl. 24. 41.

Ioan. 9. 28.

III. Tanta eſt infirmitas & ignorantia humana, vt, ſimulatque quiſpiam conſpicitur, qui præ ſe ferre videatur

 ſpe-

ſpeciem & nomen ſapientis, velut aliquis Deus in terris degens adoretur. Quid diceres de ijs, qui Venefico illi ſapientem ſimulanti, & nequiter effingenti, ex puro auro cathedram, ſeu ſellam fieri curârunt? Quid de Romanis, qui Simoni Mago elegantes & magni pretij ſtatuas erexerunt, eò quod inſigni ſapientiâ præditum crederent? Quid de Græcis, qui ſuos adorabant ſapientes, & dicebant, SOCRATES DIXIT: ergo DEVS DIXIT: Deus ſiquidem per eius os diuinâ imbutum ſapientiâ loquitur. PYTHAGORAS dixit, igitur verum eſt, quia ſapientia, quæ extremis eius inſidet labijs, dixit. DIXIT PLATO, nemo ergo mortalium præſumat contradicere. ARISTOTELES DIXIT, ergo ipſamet dixit veritas: Quando naturæ Genius & magnus Deorum interpres loquitur, Deus Deorum loquitur. SILENTIVM, mortales. Seneca, Epictetus, Cato, &c. Semidei ac ſapientiæ oracula loquuntur, nemo audeat hiſcere. Date locum, prodit Apollonius Tyanæus, mundi ſapientia & diuinitatis interpres: *ſapientem, Dijs parem puta, inquit Seneca philoſophus, & Deum in corpore habitantem*: ille ſolus loquatur,

ta-

taceant cęteri,& ab illo diſcant vniuerſi. Eſt enim Rex hominum,& cordium Imperator. O humanæ conditionis noſtræ extrema infirmitas! Ergóne veneficis, hominibus ſeditioſis, impoſtoribus & vaniculis philoſophaſtris, qui ad inſtar pſittacorum pleni vanitate, & præſumptione, vt ſapientes loquuntur, diuini honores deferentur? Annon ſatis conſtant eorum ex ſacris Moyſis codicibus & aliorũ, furta, quæ in ſua volumina retulerunt? ac deinde ea adulterantes, & ad ſuum intentũ accommodantes, ſeſe ſapientes, aliunde acceptâ ſcientiâ inflati venditârunt? Aliquídne vnquam extitit magis ridiculum Stoicis, qui dicunt non magis ſentiendam eſſe mortem Patris aut Matris, quam vnius-Gallinæ. Et barbariem iſtam beſtialem, nomine ſpecioſo ſapientiæ nuncupant. Hoc nomine plurimum mihi placet Origenes, quòd Doctores iſtos comparet decem plagis Ægypti, & monſtris quibuſdam nouis, qui ad aliud nati non videntur, quàm ad mordendos, pungendos, & varijs tormentorum generibus homines cruciandos: *tam illis deeſt vera ſapientia, quàm vera fides*, dicebat de ijs olim quidam ſancti-

tate conſpicuus. Quale cordolium eſſe debet homini probo, dum videt, quâ olim in veneratione fuerint iſti ſapientûm ſimulatores, qui erant & vanè gloriosiſſimi, & omnium mortalium ambitiosiſſimi; Chriſtum autem veram, ſolam, & ſupremam ſapientiam, ac proinde infinitè amabilem & adorabilem, nullo ferè loco apud homines haberi?

IV. Quando ſummus Sacerdos intrabat in Sancta Sanctorum, vt ex ore Dei inibi accepta oracula referret ad populum, totus quantus erat myſterijs veſtitus, lucens velut ſol in meridie. nam non niſi auro, lapidibus pretioſis, & vniuerſis naturæ opibus indutus illud ingrediebatur. Ad cognoſcendam Dei voluntatem alio non opus erat indicio, quam intueri, inquit Ioſephus, eius ſinum coopertum varijs margaritis, nam ſi quod petebatur per Pontificem, Deus concedebat, duodecim lapides, repræſentantes duodecim tribus Iſrael, radios ex ſe eiaculabantur, veluti duodecim parui ſoles, & luce ſuâ recreabant vniuerſum populum. Sed id ſolùm erat figura Domini Saluatoris, quem ſi audieris, videris, certus eſſe poteris, quòd vi-

deas,

deas, quòd audias ipſam cœleſtem ſapientiam, indutam artus humanos, loquentem. Et hic eſt, vbi exclamari debet: VERBA DEI, NON HOMINIS! Nam quid aliud dicere poſſet Pater, ſi loqui vellet, quàm quod eius dicit filius? Quanta eſt conſolatio perpendere id, quod Euangeliſtæ dicunt de incredibili concurſu hominum, qui maximo flagrabant deſiderio, audiendi eius verba? Memineris quinque illa hominum millia, quos aureis ſuauiſſimi verbi ſui catenis traxit in deſertum. Qui adeo auidi erant eum audiendi, vt obliti cibi & potûs, in tertium vſque diem ieiuni manſerint, & ne tunc quidem, licet vrgeret fames, auſi ſunt ſermonem interrumpere, & ab eo vel fruſtulum panis petere. *Triduo me ſuſtinent, nec habent quod manducent, miſereor ſuper turbam.* Quæ iſthæc obſecro eſt mentis perigrinatio, & à ſenſibus alienatio, vt non vnus, non duo, non aliqui, non pauci, ſed quinque hominum millia, in tantam Chriſti ſapientiæ admirationem abripiantur, vt præeligant mori potius fame, quàm vt vel vnicum eius verbum ſinant abire in ventum. Meminiſſe etiam oportet alterius Euangeliſtæ, Act. 12.

Luc.21. qui dicit: *manicabat omnis populus ad eum, in templo audire eum.* Quod eſt dicere: quotquot inibi erant homines, lucem diei præueniebant, ſe ad templum conferebant, loca præoccupabant, ad excipiendum ſacroſanctum eius verbum. Tantus enim erat hominum compreſſus, vt paſſim tecta, ad eum audiendum, vel ad minus videndum conſcenderentur. Neque viſu, neque auditu vllus ſatiabatur. Illi, illi ſoli conueniebat illud: *timebant omnes, ne deſineret.* Reuoca in memoriam, quod dicit S Marcus: *exierunt ſui tenere eum dicentes, quia in furorem raptus eſt.* Hoc eſt, eius neceſſarij audientes feruorem eius ſermonum, & videntes quàm altè ſeſe demitteret in oceanum profundiſſimæ Theologiæ, & in altiſſimas, ac penitus impenetrabiles hominibus immittere cogitationes. qualiter etiam populus eum comprimeret, nec ei tempus ſumendi cibi & capiendæ quietis vllum concederet, præ ſe ferentes feruorem illum eſſe furorem, eum domum abduxerunt: & quod poſtea S. Paulo obiectum eſt, dixerunt. *nimia litteræ te ad inſaniam adduxerunt.* Tibi, credo, non excidit memoria, quod eius maximè iurati hoſtes pro-

Sen. Declam.

3. cap.

propter efficaciam eius verborum coacti fuerint exclamare. NVNQVAM SIC LOQVVTVS EST HOMO. Latêre te 21.37. etiam non arbitror, quod de eo dicit S. Lucas, quòd adeò eum vrgebat, & quaſi obſidebat populus ad prædicandum, vt cogeretur ſe noctu abſcondere, & recipere ad montem. Eius ſunt verba: *Diebus erat docens in tẽplo, & noctibus exiens morabatur in monte.* Et quando eum capere volebãt, & facere Regem, cùm alius, humanitus loquendo, non occurreret modus eorum manûs euadendi, fugiebat, *& tranſiens* inuiſibilis *per medium illorum ibat.* Ne tradas velim obliuioni, quòd eo agente annum duodecimum, & interrogante ac quærente varia ex antiquis illis Rabbinis & legis Doctoribus, qui ſummè cum omnibus, qui aderant, & eum audiebãt, *ſtupebant ſuper prudentia & reſponſis eius: mirabantur, vt habet alius textus, omnes de his, quæ procedebant de ore Dei.* Velim te notare illud OMNES: Vniuerſi enim tanto feruore ad diuinum iſtum PVSIONEM audiendum ferebantur, vt crederent ſe audire Deum loquentem, quando bono omine contingebat eos ſapientiam eius audire. Et hic peropportunè ac appoſi-

tè

Act.6.10 tè dici poterat illud : *Non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui, qui loquebatur in eo.* Fabulæ ſunt, quòd Orpheus ſuâ Lyrâ & carminibus poſt ſe traxerit rupes, & integras ſyluas; quòd maximè fera animalia cicurârit, & naturali ferocitate exarmârit. Nugæ inquam ſunt; ſed veritas pura eſt, quòd Chriſtus ſapienti ſuâ eloquentiâ maiora his fecerit, conterens corda lapidea, mutans leones in mitiſſimos agnos, innumeraque alia patrans miracula.

V. Communi fere opinione creditur Imperator Iuſtinianus, partim vanitate, ad ſuperandum Salomonem, partim veneratione Chriſti ſapientiæ, motus fuiſſe ad ædificandum Conſtantinopoli ſanctæ Sophiæ templum. Nauim templi, vt vocant, volebat curare ſterni puriſſimo auro, chorum autem lapidibus, ſeu margaritis ſummi pretij, & reliqua his conuenienti proportione exornari. Fieri fecit menſam, in qua, quæcunque in mundo rara, & admiranda ſunt, inſigni artificio inſerta viſebantur; exſculpi etiam fecit ſtatuam Salomonis, & exſculptam poſt templi portam collocari. Is ſe abſcondere videbatur ſummo pudore & ru-

Digitized by Google

rubore perfuſus, partim quòd tam parum præſtitiſſet, ædificando templum, quòd ſolummodo duobus millibus millionum conſtitiſſet; partim quòd ſe ſuperatum à Iuſtiniano videret, qui tale opus, (vt dicit auctor,) extruxiſſet, quale ab Adamo vſque ad illum diem ſol non conſpexiſſet. Ad me quod attinet, gratias habeo, congratulorque bono iſti Principi, quòd ita honorare voluerit ſapientiam Chriſti, per templum Salomonis figurati; & honorati per erectionem tanti operis, quod opus ab eo ædificatum eſt, non ſolùm cum hominum, ſed etiam cum naturæ totius ſtupore. Nam ſi dicitur homo valdè SAPIENS id eſſe in terris, quod Deus eſt in cælis, imò Seneca eò pertigit inſolentiæ, vt auſus fuerit dicere Deum à SAPIENTE in aliquo ſuperari: Eius verba ſunt hæc: *Deus naturæ beneficio ſapiens, vir ſapiens ſuo: O res magna, habere imbecillitatem hominis, & ſecuritatem Dei!* ecquid fieri poteſt vel excogitari à mortalibus, quod dignum ſit infinitâ Chriſti ſapientiâ, quæ erat cor, honos, & flos ſapientiæ diuinæ ſimul ac humanæ? Stulta antiquitas adorauit quandam Agatham, in qua, accedente arti-

Ep. 53.

Plin. lib. 37.

artificioſâ manu, & fauente naturâ, inſculptus erat Apollo cum multis radijs, quem circumſtabant Muſę, ſingulæ cum ſuis inſtrumentis muſicis, ſummè ſua in muſica cõcordantes cum ſuo Deo Apolline. Hoc, pleno choro, cum ſuis filiabus cantante, omnes omnino Dij è cælo turmatim deſcendebant in terras, ad audiendum eorum concentum, & concertationem, admirandam quidem omnibus, ſed nulli omnino imitabilem. Vnde in cælo nihil ſimile haberi, non grauatè confitebantur. Hem, hem! putida vanitas! & ſtulta ſimplicitas hominum illius temporis! ſed pura puta hæc eſt veritas: quòd, quando Chriſti ſapientia verba facit, ei aſſiſtentibus omnibus virtutibus, quas omnino habet recluſas, credendum ſit verè, tum homines, tum Angelos tanto perfundi gaudio & lætitiâ ſpirituali, vt proprijſſimè ſe putent conſtitutos in medijs Paradiſi delicijs.

Valer. Max. VI. Tres homines antiquitas eſt admirata ob potentiam ſapientis ipſorum eloquentiæ. I. Marcum Ciceronem, quòd hominem iam morti addictum, & ad patibulum pergentem liberârit. II. Marcum Antonium, quòd eos, qui

ad

ad ſe occidendum (applicatis iam ad guttur ſicis) venerant, ita obſtupefecerit, & quaſi incantârit, vt in eum de rebus ſapienter diſcurrentem, nihil auſi ſint attentare. III. Hegeſiam tanta gratia & efficacia perſuadendi præditum, vt, auditis eius ſermonibus de mundi vanitate, plurimi proprijs manibus ſe ſuſpenderint; aut in foſſas ac voragines ex altiſſimis rupibus, rectiſſimà ad inferos pergentes, ſeſe præcipitârint. Omnia iſta vera ſunt, magna ſunt, & memoratu digna: ſed quando IESVS Dei filius loquitur, & adhibet abſolutam eloquentiæ ſuæ potentiam, quæ non patrat in hoc mundo? Quis proteruum ac peccatis obduratum Magdalenæ fregit & emolliuit animum? quis mitigauit impetum animi, & curſum cohibuit turbulentorum illorum, qui venerant, vt eum incautum opprimerent, ac deinde comprehenderent, atq; fortè etiam, ſi quid vel in vnico eius verbo quod minus ijs placuiſſet, deprehendiſſent, omnino eum ſuſpenderent. & quid inde emolumenti retulerunt? ſtuporem; qui eos adegit dicere: *nunquam ſic loquutus eſt homo.* Die quodam in templo vniuerſa eum

cit-

circumſtetit Synagoga, ei mulierem quandam in adulterio deprehenſam ante oculos ſtatuens, & hunc in modum ratiocinans: aut mulierem hanc iuxta legem Moyſis mortis ſententiæ ſubijciet, & crudelitatis crimine tenebitur; aut, lege præteritâ eam liberandam pronunciabit: & tunc tanquã legis præuaricatorem lapidibus obruemus. Et quid obtinuerunt? pudorem, & ignominioſum è templo egreſſum, vel potius fugam. Toties Rabbini, toties milites, alijque homines ſeditioſi tentarunt eum verbis, & quæſtionibus non minus periculoſis, quàm difficilibus: quos vno alteróue verbo eludebat, confundebat, dicereque cogebat: *à ſæculo non eſt auditum.* Et præterea: *quis eſt, quia venti & mare obediunt illi?* ac iterum: *ſi non eſſet filius Dei, non poſſet facere quicquam*: & tandem *Propheta magnus ſurrexit in nobis, & vidimus mirabilia hodie.* Magna omnino eius verba polluerint oportet efficaciâ, potentiaq;: quandoquidem eius infenſiſſimi ac iuratiſſimi hoſtes, qui ad eum occidendum venerant, eundem ſummis laudum encomijs efferunt, & peſſimos, quibus præoccupati aduolârent, animi affectûs ad

eius

eius ſapientiæ ſubſellia deponunt. Vndè optimò iure poterat illud de eò dici: *ſuprema laus eſt dicentis, etiam hoſtibus placuiſſe.*

VII. Si quis aliquàndò extitit in mundò orator omnibus numeris abſolutus; certè fuit Chriſtus; æternũ æterni Patris verbũ. apud eum enim erat reperire clauem, quâ omnium hominũ corda & animi reſerantur; omnia eloquentiæ cæleſtis flumina, omnes Paradiſi torrentes per diuinam eius linguam largiſſimè fluebant. Etſi omnis terreſtris ſapientia, ita è mortalium cerebris euaneſceret, vt præter illius vmbram nihil reſtaret; ad mille mundos, ſi tot extarent; gubernandos ſufficiens in Chriſtò reperiretur. Quicquid vnquam mundi ſapientes, & ſancti Patres de ſapientia dixerunt, in Chriſto inuenitur; & longè eminentius, quàm dicere omnes ſimul potuerint. En notæ & indicia ſapientiæ, quæ è ſapientiſſimis mundi quiſpiam dicit neceſſariò ineſſe debere ei, qui veræ ſapientiæ nomine vult inſigniri. I. adeò in ſuis cogitationibus eſt eminens, vt omnes ſimul homines longè ſuperet, à Deo autem non niſi parum ſuperetur. Sene. Ep. 53.

N Tan-

Tantùm eo, quo viuit ſæculo laudatur, quantùm Deus omnibus ſæculis, imò inquit: *eſt aliquid quo ſapiens antecedat Deũ.* & hoc ideo, quia homo, non obſtante, quod admodum ſit fragilis, tamen tam propè imitetur Deum, vt ei multùm deprehendatur ſimilis: *ſapiens, inquit, Deum æquat, ſocius eius eſt, & pars.* nihil æſtimat niſi Deum: ei perſpectum eſt, quòd aurum è luto, ex vermis ſpumâ ſericum, atque ex vili ſquama, & fœtidâ maris arenâ pretioſi lapides extrahãtur. alias non voluit animo cogitationes, quàm diuinas; totus mundus aliud illi non videtur, quàm quidam carcer; omnes penetrat cęlos, aliud eum non delectat, quàm Dei immortalis conuerſatio. Eius ſymbolum eſt: *non concuti.* Eſto totum fruſtatim ruat firmamentum, ipſe neque vultûs mutatione ſenſum aliquem oſtendet, neq; cordis patietur alterationem, ſed in eo omnia immota, velut rupes caucaſiæ, permanebunt. Iniurijs & calumnijs non magis mouetur, quàm ſiniſtro tranſeunte vento, qui ſi flanti nullus ponatur obex, ſuapte ſponte euaneſcit, ſi ex Deo fieret homo, ille eſſet, qui eſſet ſapiens; & ſi ex homine quiſpiam fieret

Deus,

Deus, vtique ex homine eſſet Deus ſapiens. Omnes tempeſtates eius ſubiacent virtuti; nunquam animæ tranquillitate deſtituitur; Vt Deus quiſpiam eſt inter homines: *non puto, inquit, Iouem plus poſſe, quàm bonum virum.* Homo ſapiens agitur cogitationibus tam puris, tam ſublimibus, & tam diuinis, vt Deus, inquit ille, vix eminentioribus gaudeat; tantis perfunditur voluptatibus diuinis & cæleſtibus, vt quæcunque loquitur, ſint oracula. Animaduertis, Lector, quomodo Seneca ſeſe efferat, & in animo ſuo, dubio procul credat ſe iſta omnia continere. Verùm alio in loco magna ingenuitate dicit: *En conditiones hominis ſapientis: at credisné aliquando à ſole, mundi oculo talem eſſe viſum? Vt quod verum eſt, inquit, candidè fatear ſapiens vt Phœnix annò quingenteſimò ſemel naſcitur.* Et iſta ſunt præſtantiſſima eius ratiocinationis verba. Ego autem abſque vlla ambiguitate, & cum omni veritate aſſero iſta omnia & longè plura inueniri in Chriſti perſona, ac proinde eum eſſe infinitè amabilem, & totum admirabilem. Eheu ſtultitia! ab vltimis mundi finibus currebatur ad videndum Salomonem, qui

Sene. Ep. 73.

vnicè ſapiens æſtimabatur, ad audiendum Apollonium Thyanæum, totius mundi maximum veneficum; ad audiendum item Titum Liuium, qui linguâ & calamo non niſi lac ſaccaratum, & nectar cæleſte fundebat. Et proh dolor! vix aliquis laborat in admirando Chriſto Domino; in meditandis diuinis eius verbis, in perſcrutandis altiſſimis Diuini Euangelij ſecretis, & tandem in adoranda tum diuina, tum humana eius ſapientia.

S. Bona. lib. 7. de donis S. Sancti.

VIII. Nunc quid Sancti de inſpirata Dei ſapientia, quæ longè ſuperat humanam, dicant, videamus. I. Sapientia hæc facit, vt nulla placeat voluptas & delectatio, niſi proueniat ex rebus ſupernis, & ex ijs, in quibus Deus ipſe ſibi complacet. Et inde profluit, vt eadem ſapientia animos impellat in Deum; & rurſus Deum ipſum in animos & corda ſapientûm. II. Ex ea acquiritur guſtus quidam puriſſimus, ad deguſtandas res diuinas, vti in ſe ſunt. Et quando de ijs ſermo inſtituitur, omnes qui audiunt, in ſummam admirationem rapiuntur. III. ſapiens adeo altas habet viſiones, & mentis illuſtrationes tam eminentes,

Vercell. in Cant.

vt

vt videri poſſet ex humanis abreptus, & quaſi extra ſeipſum poſitus; nec facile, quæ dicit percipiuntur. ita profundè ſe immergit in oceanum infinitarum excellentiarum Dei! IV. Loquenti de Deo excidunt verba innouata, & ab vſu quotidiano remota, ſed ne vel media quidem ex parte illi hæc, etiam vſitatis addita, ſufficiunt ad ſublimitatem ſuarum cogitationum, & complicatam animi ſui notionem euoluendam. V. Minima, quæ facit aut dicit infinities ſunt maiora & ſublimiora, quàm maxima & ſublimiſſima, quæ faciunt & dicunt mundi totius ſapientiſſimi. *Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt omnibus hominibus* dicit S. Paulus. 1. Cor. 1. VI. Non niſi ex fontibus æternis ſupremæ diuinitatis haurit ſuas rationes; ei patet aditus ad intimum diuinæ Maieſtatis conclaue, vti Moyſi ad nubem, & D. Paulo ad tertium cælum: vbi intelliguntur res ineffabiles & audiuntur ſecreta, quæ non licet homini loqui, vbi tantæ diuini luminis percipiuntur illuſtrationes, vt mundus aliud non videatur, quàm quoddam chaos & cœmiterium aliquod, in quo quidem adhuc oberrent mortui, ſed id ad breue

tempus. VII. Vnica hæc ei eſt conſolatio, Dei optimi maximi cor penetrare, in eo ſe abdere, cum eo familiares ſermones miſcere, & ab eo recedendi neque modum, neque viam poſſe vnquam inuenire. Vnde Chriſtus ipſe noctes in monte tranſigebat, conferens cum æterno ſuo Patre. VIII. Quando de Deo illi eſt ſermo, diffindit animos, in lacrymas reſoluit oculos, in admirationem rapit vniuerſos. Et vt ait ipſe Chriſtus. *Si iſti tacuerint, lapides clamabũt.* ſicuti contigit Venerabili Bedæ, cui, malitiâ ductoris, habitis ad lapides, cæco exiſtenti, ſacris concionibus, viſi ſunt dicere. AMEN VENERABILIS SACERDOS. quaſi dicerent, ita appoſitè & ad menſuram dicta ſunt, quę dixiſti, vt nec demi ab ijs, nec addi poſſit quicquam. IX. Omnia iſta, & ſimilia innumera diuiniſſimæ ſapientiæ indicia in ſacratiſſima Chriſti perſona ſimul reperiebantur. Quando loquebatur, procliue erat omnibus eum audientibus dicere: *nunquam ſic loquutus eſt homo!* Quando perſuadendum quidpiam ſuſceperat, nequiſſimi quique ſermonis eius aculeo magno ſuo cum ſenſu puncti, clamabant. *Nunquid & vos vultis* *diſci-*

diſcipuli eius fieri? quis poteſt tam potentibus eius ſermonibus reſiſtere, qui aliud non ſunt, quàm fulmina quædam & tonitrua forti manu è cælo in terras vibrata? De his Chriſti ſermonibus maiori iure dici poterat, quàm de S. Stephani: *Non poterãt reſiſtere ſapientiæ & Spiritui qui loquebatur.* Quando perſtringebat peruerſos, *qui difficile corriguntur, diſſecabantur cordibus ſuis.* Quando diſputabat in Synagoga: *mirabantur omnes de ijs, quæ procedebant de ore eius.* Et quanquàm *frendérent dentibus in eum*, & aliud illis non eſſet propoſitum, quàm eum perdere, & in ſermone capere, *tamen non poterant ei reſpondere verbũ.* Quando intrabat in altitudinem myſteriorum perſonæ ſuæ, & Euangelij, nihil Apoſtoli ipſi intelligabant, vnde cogebatur ijs dicere: *adhuc & vos ſine intellectu eſtis? ipſi autem non intelligebant.* Quaſi diceret, quid hoc rei eſt, diſcipuli mei, tamné anguſtum habetis cerebrum, vt non capiatis ea, quæ ipſo ſole ſunt mihi clariora. Et quod maximè admirandum apparet, eſt, quòd in grano ſinapis, in exiguo fermento, in Margarita Orientali, in reti iacto in mari, & innumeris rebus alijs minimis, & quaſi nullis, cæ- Prou. 18.

 lum

lum ipſum, & æternam beatitudinem o-ſtendebat: *Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis.* Reipſa autem adaperiens ſinapis granum, totius Paradiſi amphitheatrū, accenſo incomparabilis ſapientiæ ſuæ lumine patefaciebat, & omnes in ſummam admirationem rapiebat: *qui maximum in minimo inuenit, hic ſapientiſſimus eſt mortalium,* dicebat olim aliquis. Hoc autem proprium eſt verbi æterni: quod in minimis vniuerſi creaturis ob oculos ponit ipſum regnum cælorum. Tanta eſt eius ſapientia, tanta eloquentia; tantum animi lumen! Non poſſum non exclamare. *Qui non amat Dominum IESVM, ſit anathema.* Quid ita, ó D. Paule, qui aliàs cupiebas fieri anathema pro fratribus tuis? quia, inquiet, ipſe eſt ſapiētia Patris, eloquentia verbi, & flamma Spiritûs S.

X. Atat quàm amentes ſunt homines, & quàm perditè amentes! Et quàm verum eſt, *Dei iudicia eſſe abyſſum multam!* Dicitur perfectus orator, eſſe dominus animorum, & ſuauis hominum Tyrannus, qui inauratis eloquentiæ ſuæ catenis captiuat quos vult, & ducit quò lubet. Eheu! dici poteſt, & cum veritate dici poteſt, mundum nunquam

quam fuiſſe ita perditum, & vitijs immerſum, ſicuti eo tempore, quo verbum incarnatum in terra verſebatur, in eaq́; diuiniſſimè concionabatur: & quæ concionatus erat, oraculis propè infinitis confirmabat, omnibusque cæli portas patefaciebat. Et his ita ſe habentibus vltima concionum, & vitæ periodus fuit in cruce (quæ ignominioſiſſima ab omnibus habebatur,) in qua pendens dicebat: CONSVMMATVM EST. Quod ſignificat, vſque ad vltimam guttam ſanguis mihi viuenti extractus eſt, iam mihi ſolùm reſtat mors. O cælum, ò terra, quid video! Ecquid? itáne ergo mundi ſapientia moritur, & is, qui nulli morti erat obnoxius? Nónne potius mori debuiſſent omnes viuentes, omnes mortui ad vitam redire, omnis natura inuerti, quàm vt ſic ſapiens ſapientûm, perfectus cæleſtisque orator, & vtriuſque mundi admiratio, moriatur? Eheu! quid patri æterno dicemus, qui nobis infinitam iſtam ſapientiam in Magiſtrum, & nos ei in diſcipulos dederat? *Ipſum audite, hic eſt filius meus.* Quem audiemus? quis nobis loquetur? à quo diſcemus ſapientiam, & omne bonum, quandoquidem radios

Digitized by Google

huius mundi tenebris obduximus, & aureum eminentiſſimæ, quæ vnquam audita eſt, vel adhuc audietur, eloquentiæ torrentem exſiccauimus? Agemúsne ad modum hominis illius deteſtabilis, qui moriens, cùm centeſimum ſeptimum ætatis annum numeraret, exclamauit. Eheu! morior dum ſapere incipio, & intelligo qualiter viuendum & moriendum ſit? ſcilicet tempus eſt ſcire artem viuendi, quando moriendum eſt; & ſapere, quando ſtultitia non ſinit nos vitam diuturniorem producere. Verùm iſta ſunt, quæ factitare conſueuerunt ſapientes ſtulti, ſeu moroſophi huius mundi, quibus nihil deeſt in omni ſcientia, niſi vera ſapientia, & norma rectè innocenterque vitam traducendi. O Iesv optime, & mediator inter Deum & homines, nomine totius naturæ humanæ ſupplex tuis genibus aduolutus te oro, atque humiliter obſecro, velis pro infinita tua bonitate ſtultitias & peccata noſtra condonare. Omnis bonitas, quæ terminis eſſet circumſcripta, (qualis tua non eſt, quia infinita, quia nullis limitibus determinata) ſummè indignaretur contra tantam vecordiam, & tam abomina-

m[illegible]abilem ingrati animi labem, quanta & qualis in noſtris inuenitur cordibus. *Tu Domine IESV, eximia Paradiſi pulchritudo, ineffabilis ſapientia, bonitas infinita, tuis nos ſanctiſsimis dignatus es verbis (quæ vel ad rupes diffringendas ſat eſſe poterant) ſperans nos accepturos occaſionem bene agendi: & veram ſapientiam noſtris operibus profitendi. Sed, ô infelices nos! planè oppoſitum egimus, quò te erga nos meliorem & clementiorem exhibuiſti, eò nos tuis mandatis magis rebelles, & tua benignitate indigniores expertus es.*

CAPVT IX.

Sola vis & potentia miraculorum IESV Chriſti eſt ſufficiens, ad inducendum totum mundum ad eum amandum & adorandum.

NIHIL æquè euidenter ob oculos ponit extremam huius vaſtiſſimi mundi miſeriam, atque paucitas miraculorum ante Chriſti aduentum. Quis in animum induceret totam antiquitatem in omnibus præteritis

tis ſæculis, & in omni naturæ amplitudine nequiuiſſe vltra ſeptem viliſſima reperire miracula, quæ nihilominus tanta cum oſtẽtatione toties decantata ſunt? mouet equidem cõmiſerationem, quòd in tanta mundi vaſtitate, tam pauca ſunt inuenta; ſed longè maiorem, quòd quæ nominantur & habentur miracula, tam ſint abiecta. Vocabiſne miracula, MOENIA BABYLONIS, TEMPLVM DIANÆ, STATVAM IOVIS EX EBORE, ENORMIS ALTITVDINIS PYRAMIDES ÆGYPTI, COLOSSVM SOLIS RHODII, SEPVLCHRVM MAVSOLI REGIS CARIÆ, & PALATIVM CYRI? Ecquid omnia iſta ſunt aliud, quâm lapides compacti & ordine aliquo inter ſe coaceruati, quàm æs Cyprium, & marmor ſculptum & efformatum in Coloſſum? Vno verbo, nihil iſta ſunt præter vilem puluerem, & vaniſſimam vaniſſimorum hominum vanitatem. Si aliqua in admirationem vocanda ſunt miracula, Chriſti, qui in mundo propè infinita patrauit, vocanda ſunt. Nihil admiror magis, quàm ſtupiditatem hominum, qui adorârunt Simonem Magum, & nonnullos alios veneficos, qui arte Diaboli nugas quaſdam & in-

can-

cantationes fecerunt; Chriſtum autem qui ſingulis momentis noua, innumerabilia, & omnis generis patrabat miracula, tam pauci ſuſpiciant, adorentque.

II. Mathematici magna cum obſtinatione & pertinacia aggreſſi ſunt numerare, quot grana arenæ requirantur ad replendum ſpatium, quod eſt ſub firmamento; inuenerunt (propè infinitus eſt numerus) centies adſcribendũ eſſe O, & in capite eorum apponendum eſſe I. Quæ Ziphra (vt vulgò dicitur, vel vt Græci, σημεῖον) littera O centies multiplicatæ antepoſita, enormiter magnum efficit numerum, & fere exſuperat quicquid ad calculum reduci, & cum infinita patientia cogitari poteſt. S. Ioannes diuino quodam numine, & extraordinariâ mentis lætitiâ abreptus, fere eadem dicit de miraculis, quæ fecit Chriſtus: in vltimo enim verſu Euangelij ab eo conſcripti ſic dicit: *Sunt autem & alia multa, quæ fecit IESVS: quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros.* Quaſi diceret: ea ſe extendunt in infinitum. Multùm ſe torquent ſancti Patres & interpretes, vt genuinum eliciant iſtorum verborum ſen-

P. Clauius Lic. guom

S. Chryſo. Theoph. Maldon. Tolet.

ſenſum. Quis enim modus eſt, eâ ad veritatis normam adducendi, niſi dicatur D. Ioannes partim exceſſu amoris aduerſus Dominum IESVM; partim ad inſinuandam nobis infinitatem propemodum ſupereminentium Magiſtri ſui operum, vſus fuiſſe verbis abundantiori amore plenis; quibus declarare voluit Chriſtum replèſſe mundum miraculis: ac proinde ſi omnia minutim ſcribenda eſſent, mundum huiuſmodi libris penitus repletum iri? Et certè res prorſus eſt deploranda, ex vna parte videre immenſam Saluatoris bonitatem, milliones miraculorum patrantem ad mundi inſtructionem; & ex altera, tam exiguam eiuſdem mundi erga eum grati animi & amoris viciſſitudinem, & penè nullam recognitionem.

III. Gaudebant olim Ægyptij, ſi quando crocodîlus innocentes eorum infantes deuoraſſet, & hoc ideò; quia ſuum credebant Deum, qui ſubinde ijs faciebat nonnulla ad ſpeciem miracula. Eheu! quo amore, quo honore, & qua veneratione (ſi etiã infinita adhiberi poſſet,) non eſt dignus Mundi Meſſias; qui innumera patrauit, & in dies adhuc patra-

trat noua & inaudita miracula? Et qualia obſecro & quam admiranda miracula? ſiquidem ipſemet dicit; *ſi opera non feciſſem in ijs, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem viderunt & oderunt me, & Patrem meum*, &c. Et alibi: *Si verbis non creditis operibus credite.* Quaſi diceret, quæro ex vobis, aliúſne quàm Deus talia facere poteſt? Imperare morti, vt vitam gignat! efficere vt ſepulchra vertantur in incunabula? vt claudi, & paralytici currant inſtar hinnuli cuiuſpiam ceruæ? vt legiones Dæmonum è corporibus vno verbo & flatu eijciantur: vt centies millies, imò decies millies ſingulis momentis id fiat, quòd abſque diuinitate & omnipotentia fieri nequaquam poteſt? Quin & optio tibi offeratur eius, cuius tu maximo teneris deſiderio, & tibi dicatur: *Vis ſanus fieri? quid vis vt faciam tibi? fiat tibi ſicut vis. O mulier, magna eſt fides tua, fiat*, &c. Et talia promiſſa, tantoque cum fauore facta, nónne ſat eſſe deberent, vt omnium hominum animos ad amandum vnicè Chriſtum traherent, eſto illi Draconum aut tigridum, imò & inſenſibilium rupium inſtar, corda gererent? Interim quis eſt, qui amet, ſicut de-

Ioan. 5. 10. 15.

Digitized by Google

debet Dominum tam amabilem, cuius beneficio & gratiâ, ſunt omnes ſinceri amores?

IV. His adiunge, quòd ea, quæ faciebat miracula, non erant vt Sanctorum, pauca, exigua & rara, & multis precibus impetrata: non etiam ad libitum; ſed tantummodo (vt moris eſt in ſcholis loqui) per modum actûs tranſeuntis: Chriſti autem per modum habitûs permanentis. In ſolius Chriſti manu hæc reſidebat poteſtas, quam ſemper & ad omnis generis miracula, omni cum imperio, abſque vlla exceptione, exercere poterat. Vnde veritati ac rationi conſentaneum dicebant eius auditores, & miraculorum ſpectatores: *quis eſt hic, quia venti & mare obediunt illi?* quaſi dicerent: quis eſt homo iſte tam admirabilis, & totus quantus cæleſtis, cui infernus, natura, elementa, cæli, Angeli, & Deus ipſe longè promptius, quàm voci Ioſue obediunt? Ioſue aſpiciebatur & ſuſpiciebatur olim oculis veneratione & obſeruantiâ plenis, tanquam, qui ſolo verbo curſum ſolis & aſtrorum ſtitiſſet; omnibus admirationi erat Moyſes, tanquam Semi-Deus, eò quòd mare diuiſiſſet, ex rupibus

pibus aquam eduxiſſet, & manna de cælo in terras diffluere feciſſet; S. Paulus nuncupabatur Deus Mercurius, eò quòd in una concione ea dixerat, quæ hominum captum viderentur ſuperare. Quo nomine indigitabis Chriſtum Dominum? quot milliones cordium eius amori, videns eminentiſſima bonitatis eius opera, immolabis? Vin' eius rei exemplum habere? *Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Afferebant ægros, qui curabantur omnes*; illud, OMNES, meretur vt albo notetur calculo. Ecquæ eſt iſta miſericordia? *Pertranſijt benefaciendo & ſanando omnes.* Act. 10. Quod idem eſt, ac ſi diceretur, quocunque tranſibat obuios quoſque beneficijs afficiebat, & ſi qui corporis languoribus detinebantur, ab ijs liberabat. Deus bone, qualis & quanta iſta eſt humanitas, miſericordia, bonitas! quàm efferus & infelix ille eſſet animus, qui Dominum tam amabilem non amaret? qui dicit: *fiat tibi ſicut vis: quid vis vt faciam tibi?* O exceſſus amoris incomprehenſibilis! *Quid vis?* en omnipotentia mea, eam tuæ ſubijcio voluntati; quod libet, pete, decretum eſt mihi, nihil tibi denegare. *Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti.* Marc. 9.

O Cre-

Crede ergo,& duo erimus omnipotentes, ego per naturam, tu verò per gratiam: quia ſic mihi placet, tu tuas mihi dato infirmitates; & ego tibi dedero meam omnipotẽtiam. Summoperè miror, quomodo homini hæc tam amica, tam eximia ac ſublimia verba, quæ ex animo adeò benigno, & infinitâ charitate pleno, legenti vel aliquo etiam mediocri cum affectu audienti, cor non diſſiliat in partes.

V. Quid dices, ſi affirmauero id, quod iſta auget ferè in duplum, eſſe quod optimus Dominus perbellè nôrit, ſe iſta miracula maximè ingratis ac perfidioſis hominibus præſtare: Vnde ad eos optimo iure dicere poterat. *Reddo vobis loquendi poteſtatem, ô muti, qui paucis poſt diebus clamabitis, crucifigatur. facultatẽ videndi vobis reſtituo, ô cæci, qui ſingulari gaudio afficiemini, quando me in meo ſanguine natantem videbitis; quando per ludibrium purpureâ indutus veſte oſtendar, & dicetur a Pilato: Ecce homo, Vobis fabula futurus ſum ô mortui, Paralitici, manci, claudi, dum do vobis, vel quod nunquam habuiſtis, vel ſi habuiſtis, caſu quopiam amiſiſtis, & illud reſtituo:* nec me tamen latet veſtris me manibus corona ſpineâ redimîtum,

fer-

ferreis clauis confixum, ac lanceâ tranſ-foſſum iri: quin & me à vobis negandum, ac blaſphemijs, quando in ara crucis Patri animam reddam, onerandum, optime perſpectum habeo. Omnino talem à vobis mei erga vos amoris expecto viciſſitudinem. nec tamen recuſo vlli veſtrûm benefacere. Credíne poteſt, quòd homo acceptis his & ſimilibus à Chriſto beneficijs tam remiſſus ſit in eo diligendo, & referendo ei vel minimo ſaltem obſequio? *Non eſt magnum dare, inquit Seneca, beneficium & expendere. hoc magnum & diuinum eſt perdere, & tamen dare.* Expone ſic: opus Dei eſt, ſi videns tua beneficia, & miracula ijs collata, qui non modo non æſtiment, ſed, vt nullius momenti, ingratiſſimi cuculi, contemnant: tu tamen interim non ceſſas velut pleno cornu miſericordiæ tuæ oleum aſſidue in eos effundere. Proprium id eſt Dei, & qui id præſtat, proximè ad eum accedit. lib. 4. de benef.

VI. Quæ inſania inceſſerat infelices illos, qui cognito, quòd Chriſtus è Regione ſua dæmonum legiones eieciſſet, deprecatum eum venerunt, vt è finibus ſuis ad alios trãſiret; Nihil omnino dele-

Digitized by Google

ctati neque miraculis, neque tam inſignium miraculorum auctore: ſed & his infeliciores ac ingratiores erant illi obſeſſi, qui optimum Dominum, ceu Magum, traducentes, dæmonium, eum habere, in Beelzebut dæmonia eijcere, & miracula in eius virtute facere; vno verbo puram putam magiam, ac incantationem, quicquid faciebat præter ordinarium curſum, eſſe dicebant. Hoc reuera excedit quamcunque execrationem, & maledictionem: ac proinde nemo (ſolo Deo excepto) haberet animum tàm maledictæ hominum fœci, ipſis beſtijs ingratiori ac agreſtiori quicquam boni faciendi. Dixi, *Deo excepto*, quia, feritate iſtorum hominum non obſtante, Chriſtus omnes eorum admirandis miraculis ſanat infirmos. Verùm quod mihi è corpore cor euellit, eſt miraculum omnium miraculorum, hoc enim nomine video nuncupari miraculorum Originem, quæ ipſa eſt Charitas tranſiliens omnes omnino terminos, qui homini in mentem venire poſſunt. Quando duo diſcipuli in Emaus proficiſcentes ei dixerunt. *Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem & non cognouiſti, quæ facta ſunt in illa his diebus?*

bus?

bus? dixit ad illos *quæ? De Ieſu*, inquiunt, *Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & ſermone coram Deo, & omni populo, quomodo traditus ſit in condemnationem mortis, & crucifixus*, poſtquam vniuerſum mundum ſuis miraculis &beneficijs repleuit? quæ, inquit, miracula? quæ beneficia? Tantíne vos res tam exiguas facitis, & eas obſtupeſcitis? ne ex hoc capite amorem eius velim metiamini: amor enim illius iſta omnia infinitis modis excedit, & ferè ea omnia tradidit obliuioni, tam parua ei videntur, comparata magnitudini amoris, quo nos ꝓſequitur! dũ optimus Magiſter Chriſtus ad duos iſtos diſcipulos ſuauiſſima hęc proferret verba, talib. intra ſeipſos flammis amoris erant accenſi, vt grauiter ſe incuſantes, & inuicem aſpicientes, toti quanti attoniti ad inuicem dicerent: *nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas!* O vtinam ſæpius tali nos dignaretur ſermone! qui inflammat affectus, & ignem immittit in animas noſtras. Miracula dicuntur eſſe lingua omnipotentis charitatis Dei. Eheu! ſi Chriſti miracula aliud non ſunt, quàm ignis conſumens, cur animos noſtros non accendunt iſto amoris igne aduer-

ſum tam bonum Magiſtrum? Et ſi omni pollent potentia, cur non conterunt duritiem affectionum, ac animarum noſtrarum proteruitatem, quæ omnia amant præter id, quod amare deberent? quod tamẽ vnicum eſt obiectum omnis caſti, & innoxij amoris.

VII Commune dictum illud eſt Canoniſtarum, quando agunt, vel loquuntur de referendis aliquibus in numerum Sanctorum: *miracula tantò maiora ſunt, quantò per hæc non corpora, ſed animæ curantur.* Hoc extra omnem controuerſiam poſito, quis enumerabit propè infinita miracula, quæ verbum incarnatum fecit in conuerſione animarum? Quanta inter viuos agens patrauit ipſe? & poſt eius mortem, quanta Apoſtoli? quanta Martyres? quanta Eccleſiæ Prælati? quanta & cæteri omnis generis & conditionis ſancti, eius virtute patrarunt? Tria hæc verba: *Ecce reliquimus omnia,* & Chriſti ad ea datum reſponſum, Sancto Bernardo atteſtante, *ſyluas replerunt monaſteriis, deſerta Eremitis, & totum mundum innumeris propemodum Dei ſeruis, qui & ipſi innumera fecerunt miracula.* In enim de quouis miraculo perbellè dici poteſt,

S. Bona. p. 2. art. 1.

Vnum

Vnum opus feci, & omnes miramini. Quod i- Ioannis 7.
dem eſt ac ſi diceret Dominus: propter vnum à me coram vobis factum miraculum, ſilentes præ admiratione, omnes obſtupeſcitis. E rariſſimis operibus, quæ vnquam in genere picturæ vidit mundus, primas tenuiſſe dicitur opus illius pictoris, qui in eadem tabella omnes hominis paſſiones & affectiones ita oculis ſpectandas ſubiecit, vt quicunque o- Plin. lib.
pus hoc conſpexiſſet, præſtantiſſimum 35. c. 10.
ac excellentiſſimũ totius mundi opus ſe cõſpexiſſe arbitraretur. Vnde dicto operi adſcribebat ipſe auctor: OPVS HOC OMNIBVS NVMERIS EST ABSOLVTVM, ET AD EAM PERFECTIONEM DEDVCTVM, VT AD MAIOREM MANVS HVMANA NON POSSIT DEDVCERE. Pictores alij adeo artificium hoc admirabantur, vt dicerent, eo ſtante, nihil amplius in mundo dignum eſſe admiratione; adeò hæc omnia alia, quæ alias admiranda videbantur, ſuâ pulchritudine anteibat! O Deus! Vtinam haberemus pictorem, qui omnia Chriſti miracula, miraculiſque affinia, quæ fecit, ad viuum nobis poſſet repræſentare! At ſi verum eloqui velimus vt velle debemus, deprehendemus ſolum

Digitized by Google

& vnicũ Chriſtum debita cum dignitate, & Maieſtate poſſe ea repręſentare: ſed adhuc melius dicam affirmando eum non eſſe depingendum, ſed ſolũ oculis vſurpandum. Eſt etenim veriſſimum, quod quidam ingenioſus dixit: *totus Chriſtus miraculum eſt* id eſt, Chriſtus eſt accumulatio quædam & collectio miraculorum. Rem melius exprimamus, & dicamus omnia miracula ſimul in vnum collecta efficiunt id, quod Chriſtum eſſe dicimus. O terque quaterque beatus ille, cui conceſſum eſt ea aſpicere, beatior tamen cui etiam admirari, ſuſpicere, intimeque amare! ſed longè beatiſſimus, qui nec vult, nec ſcit, nec poteſt aliud amare, quàm eum, qui omnem cæli & terræ amorem meretur.

VIII. Neſcio, an audeam dicere, quod quemadmodum miraculum miraculorum eſt à Saluatore in dies nouis & nouis beneficijs accumulari animas perfidas, & ingratas; ita prodigium prodigiorum eſſe, ab homine, qui tam admiranda ab eo patrata intuetur, ne hili tamen ea æſtimari. Quid dico æſtimari! imó, proh dolor! ipſe occaſionem ex illis ipſis beneficijs accipit ad peſſima quæq;

con-

Digitized by Google

contra eum molienda. Nónne res prorſus erat indigna, imò execranda, eum nomine Magi, Venefici compellare! qui idem nec Deum timeret; nec Moyſi Prophetæ maximo, ac legislatori præſtantiſſimo quicquam deferret! imò verò legem ab eo latam contemneret, velut atheus quiſpiam! Quid? Deus atheus? ô ſuperi, quæ communicatio luci ad tenebras! quæ iniuria, quæ blaſphemia infertur & impingitur veſtro creatori! ſed huc uſque verba ſolùm, ſequuntur facta, veniunt ad rem, eleuant lapides, quibus eum obruant, vel è ſupercilio montis præcipitent. Vnde, vt ad mentem eos reducat, cogitur dicere: *multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo, propter quod horum me lapidatis?* Innumera inquit feci miracula, quæ ab alio proficiſci non poſſunt, quàm à Deo, ac proinde me, qui ea facio, ſcire debetis facere virtute Dei. Agite ergo, dicite ob quod horum vultis me occidere? Certè ſi vel minimùm ratione vteremini, ea venerari, & mihi, qui ea in bonum veſtrum facio, ſummas gratias agere deberetis. Itáne Dei beneficia recognoſcitis? Homóne ſenſibus ſibi conſtans vſpiam reperiri poteſt, qui hæc mi-

Ioan. 10. 32.

Digitized by Google

miracula ex Deo proficiſci non fateatur? Ah! ô miſeria humana! quid hoc rei eſt? quò plura beneficia miſeris iſtis creaturis exhibentur, eò magis genimina iſta viperarũ contra Deum creatorẽ, & Seruatorem ſuum inſurgunt: I, exhibe bona & miracula genti iſti ingratiſſimæ: Certò certius maligni iſti Dracones ex floribus colligent Venenum, quo Chriſti innocentiam inficiant, & ſi potuerint, eius vitæ candorem & diuinitatem ipſam denigrent.

Matt. 11. 21. IX. Videor mihi perijſſe, & infra omnes abyſſos deliteſcere, quando mihi in mentem venit horribilis illa Chriſti comminatio: *Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone facta eſſent virtutes, quæ facta ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent.* Alij Domino dicebant: *quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* O iudicia Dei abyſſus multa! *quis nouit ſenſum Domini? quam inueſtigabiles ſunt viæ eius!* ij, qui fructum ſpiritualem haurirent ex miraculis Domini, nullum ijs exhibetur, (mulier quidem illa chananæa vſa dexteritate vnum obtinuit) at verò ij, quibus miracula ſunt trabs in oculo, & nimijs

ſuis

ſuis radijs eos penè obcæcant, plurimis abundant miraculis, ſed tantùm abeſt, vt fructum aliquem ex ijs decerpant, vt quò plura vident, eò peiores quotidie fiant. Dei non nôrunt miracula, niſi ad eum abnegandum: ex ijs aliud non colligunt, quàm lapides ad Meſſiæ innocentiam lapidandam. Malunt eſſe dæmones cum Lucifero, quàm Seraphini cum S. Michaele. Nônne ſatis ſunt iſta occulta & incomprehenſibilia Dei iudicia, ad cæli columnas concutiendas, ac labefactandas? Aliqui de manu Dei omnia proſpera percipiunt, cùm interim nequiſſimi ſint omnium mortalium; aliqui ſunt innocentiâ vitæ inſignes, qui, ſi vel vnicum intuerentur miraculum, conciperent animum quàm plurima actionibus ſuis heroicis patrandi miracula, nec tamen id ijs conceditur. Admiranda proinde & adoranda Dei ſunt iudicia.

X. S. Chryſoſtomus magna cum gratia, vt aſſolet, petens à Chriſto rationem quare dicat *ſe mittere Apoſtolos velut agnos inter lupos*; & non potius vt leones, vt aquilas, vt homines qui à nemine vinci; omnes autem ipſi vincere, & veluti omnipotentes vniuerſis timorem incutere,

tere, ac ad fidei cognitionem adducere poſſint? Et reſpondens ſibi ipſi dicit, ei decretum fuiſſe manſuetudine iſtorum agnorum miraculis interuenientibus lupos in agnos, & homines in Angelos conuertere. Equidem huiuſmodi admiranda per tales cauſas patrare ſolius Chriſti Saluatoris, qui omnia poteſt, opus eſſe nemo negauerit. Colligit homunciones idiotas, & abiectos, ſecundum mundi opinionem, piſcatores, & eos ſtatim euehit ad dignitatem Apoſtolicam, ad ſublimitatem ſeraphicam. Facit vt hi idiotæ confundant ſapientes & mundi prudentes; facit vt hi miſeri ac miſerabiles piſcatores timorem ac tremorem incutiant mundi poteſtatibus. quæ tamen cauſam, vnde timeant, minimè habere ſe credunt. Nihilominus terra, infernus, poteſtates omnes, terreſtres ac infernales eorum ſe imperio, ſtupeſcente vtroquemundo, ſeſe ſubijciunt. Alexander (cognominatus Magnus, eò quòd potenti exercitu aliquam orientis partem in ſuam redegiſſet poteſtatem) ab omnibus ſuſpiciebatur, vt omnium ſuperiorum Imperatorum miraculum, phœnixque cæterorum hominum. Et

quid

Digitized by Google

quid hoc? nónne longè maius abſque vlla comparatione, miraculum eſt, Diuum Thomam in Indiam, nullis armis protectum, nullis præſidijs munitum, nullis comitibus, ſatellitibúſue ſtipatũ, ſed ſolùm Scipioni innixum, ac lacerâ chlamyde veſtitum mittere? & per eum ſine cæde & ſanguine quartam mundi partem ſuaui Chriſti iugo ſubijcere? cui, ſi mors ei non fuiſſet accelerata, non deerat animus & vires ad tres alias orbis partes eidem iugo ſubijciendas? Nõnne inauditum eſt miraculum videre S. Paulum exiguæ ſtaturæ, capite caluum, aſpectu vilem & contemptibilem, ſcenofactoriæ artis hominem, nullo natalium ac conditionis ſplendore celebrem, tantâ eloquentiâ & poteſtate pollere, vt quot profert verba concionans, tot cadere videãtur ſuper auditores tonitrua; quibus omnes poteſtates, ſupremos iudices, formidandum toti orbi Senatum Athenienſem, carnifices, carceres, ferreos compedes, quibus erat conſtrictus, terram, infernum, atque naturam ipſam ita contremiſcere faciebat, vt ei contradicere auderet nemo? Ecquid vocabimus miraculum, ſi hoc non eſt miraculum

lum prouenienſ ab ineffabili virtute Chriſti ſaluatoris Domini noſtri, vnici obiecti amoris noſtri, ac animorum noſtrorum protectoris fortiſſimi?

XI. Libra hoc, Lector, iuſto pondere, & dic: ſi mirum nobis videtur, quod ex ferro fiat aurum, ex fimo roſæ Virgineæ, & lilia immaculata colligantur; nec non ex vitro lapides inſtar ſolis lucentes conficiantur; quantò, obſecro, nobis magis mirum videri debet, quod ſuprema bonitas, & potentia ſaluatoris ex efferis lupis, efficiat homines, ex hominibus piſcatoribus, eminentes ſanctos; ex ſanctis denique, Angelos, & quidem Seraphicos? non enim dubitant Theologi, quin in cælo multa hominum millia reperiantur Hierarchijs Angelorum aſſociata; imo aſſerunt hominem ad tantam meritorum ſublimitatẽ poſſe aſcendere, vt quocunque Angelo, etiam Seraphinorum principe, meritis euadat ſublimior. Sit nobis teſtis Beatiſſima Virgo, quæ ex ſponſa fabri hominis infimæ cõditionis ad tam altum gloriæ thronum aſcendit, vt in beatitudine ſuper omnes Angelos ſit collocata. Quis dicat eſſe impoſſibile, vt quiſpiam eò humilitatis deueniat,

ueniat, vt in cælo accipiat locum Luci-
feri, qui ſi cateruæ Doctorum credimus,
ſupremus erat omnium Angelorum?
O quàm bonum eſt ſeruire tali Domino,
& quantopere conducit ad ſalutem, non
habere, neque affectum, neque amorem,
neque denique animum ad vllum omni-
no amandum, quàm ad illum! quando-
quidẽ ſeruos ſuos ad tam admirandum
magnitudinis apicem extollit, vt ipſi Se-
raphini in maximam abrepti admiratio-
nem, ſanctâ quâdam inuidiâ aduerſus
eos ferri, poſſent videri! Vnde quãdo D.
Iohannes *cecidit ante pedes Angeli* qui loco
Dei ſibi loquebatur, vt eum adoraret,
audijt ab illo: *Vide ne feceris: conſeruus tuus
ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimo-
nium Ieſu, Deum adora,* ſicut & nos eum
adoramus: nos enim & vos Eheu! quid
aliud ſumus quàm minimi ſerui, maxi-
mi, & vnici vtriuſque mundi Monarchæ
Dei? Confratres ergo & conſerui tùm
ſimus, quis noſtrûm cenſebitur eſſe ma-
ior? Reuera ſolius Dei eſt, ea de re defi-
nitiuam pronunciare ſententiam. Ite-
rum iterumque igitur repetamus & di-
camus: Ah! quàm bonum eſt Chriſtum
amore proſequi, & quidem amore fla-
gran-

Apoc. 19. 10.

grantiſſimo, qualis eſt Seraphinorum, & ſi quis eſt alius feruentior! ſiquidem ex pugillo terræ fabricat ſplendidiſſimos ſoles, & ex homuncionibus Archangelos, qui pari paſſu incedunt cum cœli poteſtatibus. O, in æternum, IESV mi, vel corde caream, vel ſi habeam, tibi ſoli totum cedat velim: quin & me potius amare deſinam, vt te ſolum tantùm amare valeam, quantùm ferunt vires & conditio creaturæ.

CAPVT X.

De ſuauitate & manſuetudine Domini IESV: & quàm eæ virtutes illum faciant amabilem, & velut cordium Magnetem.

De potentia ſuauitatis.

I. §. QVICVNQVE cupit animos hominum in ſua poteſtate habere, & quocunque libuerit, velut Rex quiſpiam aut Monarcha eos trahere, comprimis manſuetudine

dine præditus ſit, oportet. Nimia enim ſeueritas facit formidabiles Tyrannos corporum; benignitas autem ſummè amabiles Reges cordium. Quin & Deus ipſe, qui aliquando terrore & ſeueritate totum mundum terruerat; eundem poſtea lenitatis medelâ ſibi reconciliauit, & amabile æquè, ac abſolutum in eum obtinuit imperium. Quis vnquam crederet hominem, animal alioquin quod duro ſecum agendi modo efferatur, & benignitate cicuratur, ad eum poſſe deduci ſtatum, vt illud, quò libet ducas, & ex eo, quod libet, facias. Quis item crederet eundem malle obtemperare voci hominis manſueti & benigni, atque adeo voluntariè eius mancipium effici, quàm ipſiuſmet Dei, dum loquens, vſurpat verba aſpera & minacia? Et tamen verum eſt populum Dei *perterritum ac pauore concuſſum* ſtetiſſe procul ac dixiſſe Moyſi: *Loquere tu nobis & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur:* terribilis enim eſt eius ſermo, cuius auditu corda noſtra, tota, quanta, concutiuntur. Exod. 20. 20.

II. Opinio vulgi Leonem quatrupedum Regem; Aquilam auium, Delphinum Oceani piſcium, circumfert, ſed ab

ijs, qui res ſuo librant pondere, longè diuerſo nomine, iſta tria animalia nũcupari video, nempe tres atrociſſimos Tyrannos, aëris, aquæ, & terræ. Nec id immeritò: omnes enim animalium ſpecies quæ dictis fouentur elementis, eos fugiunt vt hoſtes ſibi infenſiſſimos, eoſque ſingulis momentis è medio ſublatos perquam exoptant. Nec ſine cauſa: quis enim non fugeret leonem, qui obuia quæque in terra ferum in modum diſcerpit, & deuorat animalia? nec non tremendo ſuo rugitu omnium audientium animos percellit? Quis ſibi non caueret ab aquila, quæ omnem depopulatur aërem, & miſeras enecans aues in ſuo ſepelit ſtomacho? Quis non expaueſceret Delphinum, cuius eſca & uita eſt ſpuma, & rabies tempeſtatum? qui, dum cæteri piſces tremebundi in profundo maris ſe ſe abdunt, exultans ludit ſæuientibus procellis? Nemo ſapiens in animum vnquam inducet ſuum, quòd vel homines vel beſtiæ ipſæ poſſint amare ſeueritatem ac duritiem eorum, à quibus gubernantur? Deum ſiquidem ſuauem ac benignum innumeris modis amant magis, quàm Deum tonantem & exterrentem.

Hic

Hic enim ſuo tonitru eorum exſiccat corda, & omni eos exſpoliat ſanguine, omniſque boni affectûs fontem arefacit.

III. Adeò id eſt naturale & veritati conforme, vt etiam res omnis ſenſus expertes cùm eas comitatur benignitas ac ſuauitas quodammodo eo præditæ videantur; Nihilq; magis ab ijs deſiderari, quàm ſuauiter ſuaui ſe ſubijcere imperio, appareat. Nolo hic promulgare Antiquitatis furta; quæ viſa eſt credere Orpheum ſono ac ſuauitate ſuæ Lyræ rupes & ſylueſtria animalia poſt ſe trahere, ac vno in loco eadem congregare, quin & inflexibilem inferni rigorem mitigare, ac ad aliquam humanitatem reducere; ſed liberè enuncio, id Spiritum ſanctum in ſacris litterarum codicibus nobis dictaſſe. *Ierunt ligna*, inquiunt, *vt vngerent ſuper ſe Regem:* nec temerè ad quamcunque arborem, ſed maximâ & ſapientiſſimâ conſideratione ad eam, quæ optimos & ſuauiſſimos haberet fructus, ierunt, inquam, eamque elegerunt, ratæ talem dignißimam eſſe imperio. *Vnde omnium primo oliua* (quæ inſtar olei balſamini ſuauis eſt) *dixerunt, impera nobis.* Eâ autem Iudic. 9. v. 8.

modeſtè imperium hoc recuſante, *dixerunt ad arborem ficum: Veni & ſuper nos regnum accipe.* hæc enim fert fructus prorſus mellitos, & cæleſti manna conditos. Verùm cùm ea etiam ſeſe excuſaſſet, ventum eſt ad vitem: quæ & ipſa ijs reſpondit, *non poſſe ſe deſerere vinum ſuum, quod lætificat Deũ & homines, & inter cætera ligna promoueri:* Quaſi diceret, gratias habeo pro dignitate regia mihi oblata, ſed ſcitote tanti me facere meã dulcedinẽ, vt eam longè præferam regno; in illa enim omnem animi reperio tranquillitatẽ; in hoc autem mille ſunt curarũ ac ſolicitudinum ſpinæ, quæ ſingulis momentis principum animos transfigunt, & mirum in modum excruciant.

Seneca de clem. IV. Clementia, dicebat olim vir clariſſimus, facit vt Deus ſit Deus, id eſt, vt ametur & adoretur, vt Deus: ſi autem clementiæ faciat iacturam, præſentiſſimum incurrit periculum amittendi Monarchiam. Imperium boni Principis, tam longè lateq; ſe extendit, atq; eius manſuetudo: Et tot habet homines ſibi ſubditos, quot eius dulcedinem in gubernando deguſtârunt. Seueritas quidem vſui eſſe poteſt regnis acquirendis, ſed

non

on item conſeruandis,& inexpugnabi-
bus reddendis : in hoc enim opus eſt
ementiâ.Omnes ad quos fama pacifici
alomonis pertigerat , incredibili eum
dendi tenebantur deſiderio ; at verò
oboam eius filium omnes abomina-
antur, ob degenerem à Patre, durum,
arbarum ac ferreum agendi & guber-
andi modum. Totum equidem tem-
lum à Salomone extructum perbellè e-
it exornatum tum lignis cedrinis ex
ibano allatis,tum laminis ex puriſſimo
uro fuſis,ſed portæ ſanctuarij fabricatæ
rant ex lignis oliuarijs. Omnes,fateor,
irtutes hominem perficiunt ac exor-
ant; Verùm quicunq; decreuit Deum
dire,ſanctuarium intrare,arcam luſtra-
, Angelos affari, manna comedere, per
ulcedinem oliuæ oportet eum pertran-
re, & ſuaui affabilitate & inſigni man-
ietudine præditum eſſe ; ſecus ſi egerit,
iulta ipſe ſubibit incommoda, & alijs
iferet longè plura.

V.Nulla amplius me tenet admiratio,
uòd Chriſtus Dominus(qui omnes vir-
ites in ſummo perfectionis gradu ani-
io incluſas gerebat)duas tantùm in ſe
ommendet, & imitandas proponat,

manſuetudinem ſcilicet & cordis *humilitatem: Diſcite, inquit, à me, quia mitis ſum & humilis corde.* Et quidem primo ponit manſuetudinem, quaſi cæters omnibus pluris eam faceret. Si, inquit vetus quidam auctor, Dij ex hominibus conſtituerentur, omnis manſuetudo, omnis clementia, benignitas, & ſuauitas in vnum conflari deberent ad Deos creandos: *clementia ſola eſt, quæ facit Deos*: ſi Chriſtus non fuiſſet Deus, homines (ſi in eorum poteſtate ſitum fuiſſet) eius animaduertentes ineffabilem animi benignitatem, libentiſſimè Deum creaſſent. Nō defuēre homines, & quidem è ſapientiſſimis, qui dixerint Moyſem proprijs Dei manibus ſepultum & abditum eſſe, ne, ſi eius ſepulturæ locus hominibus innotuiſſet, adorarent eum, vt Deum, & idololatriæ crimine ſe contaminarent, credentes hominem tantâ manſuetudine præditum, aut Deum eſſe, aut dignum, qui Deus eſſet & haberetur. Adeo cor hominis ab hac ſuaui expugnatur & capitur benignitate, vt nullis argumentis neque machinis ab ea diuelli, & abduci valeat.

Plin. Sen. Plut.

Deut. 34.

VI· Procul in veteri teſtamento ab

altar

altari ſacrificiorum ablegatus erat Leo, tygris, Aquila, & ſi quæ ſunt huiuſmodi ferocia animalia. Feritas n. à ſacrificijs & à domo præpotentis Dei longè debet abeſſe; contrà, frequentiſſimi adeſſe debēt agni immaculati, ſimplices colūbæ, caſtæ turtures, & huiuſmodi animalia, quæ omni careant felle: talibus ſiquidē hoſtijs placatur & capitur Deus, qui māſuetudinem velut theſaurum quempiam incomparabilem maximi facit. Petes: cur ergo in ſacrificijs veteris teſtamenti magna quantitas mellis, cum ſit ſymbolum benignitatis, non adhibebatur? Reſpondeo Deum voluiſſe, vt illud omni cum dulcedine remaneret in corde hominis ſacrificantis, qui eo in genere excedere nunquam poteſt. Nam ſacrificium Deo comprimis acceptum eſt intueri agnum manſuetum diuinæ ſuæ Maieſtati ſuper cordis noſtri aram immolatum.

VII. Nihil æquè oſtendit vim & efficaciam huius virtutis, atque illud, quod ij, qui vel eâ carent penitus, vel minimùm quid de ea participant, maximo in pretio & æſtimatione eam habeant. Vnde, qui ipſis præſit cum imperio, nunquam

alium eligent, quàm eum, qui eorum iudicio mitiſſimus eſt. Et hoc agunt illi, qui neque imperare, niſi impotenter; neque obtemperare ijs, qui ad eorum modum gubernarent, nouerunt: illi inquam, nihil magis habent in votis, quàm vt ſe ijs ſubmittant, â quibus in ſpiritu lenitatis, & modo rectæ rationi conſentaneo gubernandi videantur. Leo, qui de vita init certamen cum tygride, cum Panthera, ludit cum agno, quem quomodo iubet, ſecum agere ſinit. Mundus, qui olim Deum in veteri teſtamento velut leonem quendam durè imperantem, ac durius caſtigantem maximè horrebat, eundem poſtea, agnoſcens eius manſuetudinem, quaſi agni mitiſſimi, ſummè amauit, & humillimè adorauit. Miſit olim Eliſæus ſuum miniſtrum dato in manus proprio baculo ad reſuſcitandum filium deſolatæ mulieris Sunamitidis; ſed cùm baculo mortuus minimè ſuſcitandus eſſet, eò ipſemet Propheta (mulieris tam bene de ſe meritæ viduitatem & vices dolens) contendit, ſuper mortuum infantem ſe extendit, & magnum animi dolorem ac amoris teneritudinem oſtendens, defunctum ſuſcitauit

uit

uit, matriq́ue viuum reddidit. Quamdiu Deus in mundum miniſtros & Prophetas cum baculis, cum minis & terroribus miſit, humanum genus vix vlla melioris vitæ ſigna edidit. Baculus enim illos expellebat, minæ eius cor conſtringebant, terrores & tonitrua fugabant; at verò ſimul atque Deus optimus maximus ſupra noſtram ſe humanitatem extendit, & quaſi ſe minorauit, (vt paruitati ac exiguitati noſtræ ſe adaptaret & accommodaret) & tanta in manſuetudine ac benignitate cognitus eſt, nemo non eum ſequutus eſt, nemo non reſumpſit animos: quilibet deſideria eius ſe ſeruitio arctiſſimè mancipandi concepit. Quod nemo alius ſcit, hoc optimè ſcit manſuetudo: & quæ alioquin videntur impoſſibilia, hæc non magno negotio efficit poſſibilia; animos etiam ferociſſimos & maximè refractarios, quò lubet, velut ſuauis cordium tyrannus flectit & trahit. *Dauid cum leonibus luſit quaſi cum agnis*, quia ſuauitate ſua, ferociſſima quæque ad agninam manſuetudinem traducebat. Eccl. 47. 3.

grantiſſimo, qualis eſt Seraphinorum, & ſi quis eſt alius feruentior! ſiquidem ex pugillo terræ fabricat ſplendidiſſimos ſoles, & ex homuncionibus Archangelos, qui pari paſſu incedunt cum cœli poteſtatibus. O, in æternum, IESV mi, vel corde caream, vel ſi habeam, tibi ſoli totum cedat velim: quin & me potius amare deſinam, vt te ſolum tantùm amare valeam, quantùm ferunt vires & conditio creaturæ.

CAPVT X.

De ſuauitate & manſuetudine Domini IESV: & quam eæ virtutes illum faciant amabilem, & velut cordium Magnetem.

De potentia ſuauitatis.

I. §. QVICVNQVE cupit animos hominum in ſua poteſtate habere, & quocunque libuerit, velut Rex quiſpiam aut Monarcha eos trahere, comprimis manſuetudine

dinè præditus ſit, oportet. Nimia enim ſeueritas facit formidabiles Tyrannos corporum; benignitas autem ſummè amabiles Reges cordium. Quin & Deus ipſe, qui aliquando terrore & ſeueritate totum mundum terruerat; eundem poſtea lenitatis medelâ ſibi reconciliauit, & amabile æquè, ac abſolutum in eum obtinuit imperium. Quis vnquam crederet hominem, animal alioquin quod duro ſecum agendi modo efferatur, & benignitate cicuratur, ad eum poſſe deduci ſtatum, vt illud, quò libet ducas, & ex eo, quod libet, facias. Quis item crederet eundem malle obtemperare voci hominis manſueti & benigni, atque adeo voluntariè eius mancipium effici, quàm ipſiuſmet Dei, dum loquens, vſurpat verba aſpera & minacia? Et tamen verum eſt populum Dei *perterritum ac pauore concuſſum* ſtetiſſe procul ac dixiſſe Moyſi: *Loquere tu vobis & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur:* terribilis enim eſt eius ſermo, cuius auditu corda noſtra, tota, quanta, concutiuntur. Exod. 20. 20.

II. Opinio vulgi Leonem quatrupedum Regem; Aquilam auium, Delphinum Oceani piſcium, circumfert, ſed ab

grantiſſimo, qualis eſt Seraphinorum, & ſi quis eſt alius feruentior! ſiquidem ex pugillo terræ fabricat ſplendidiſſimos ſoles, & ex homuncionibus Archangelos, qui pari paſſu incedunt cum cœli poteſtatibus. O, in æternum, IESV mi, vel corde caream, vel ſi habeam, tibi ſoli totum cedat velim: quin & me potius amare deſinam, vt te ſolum tantùm amare valeam, quantùm ferunt vires & conditio creaturæ.

CAPVT X.

De ſuauitate & manſuetudine Domini IESV: & quàm eæ virtutes illum faciant amabilem, & velut cordium Magnetem.

De potentia ſuauitatis.

I. §. QVICVNQVE cupit animos hominum in ſua poteſtate habere, & quocunque libuerit, velut Rex quiſpiam aut Monarcha eos trahere, comprimis manſuetudine

dine præditus ſit, oportet. Nimia enim ſeueritas facit formidabiles Tyrannos corporum; benignitas autem ſummè amabiles Reges cordium. Quin & Deus ipſe, qui aliquando terrore & ſeueritate totum mundum terruerat; eundem poſtea lenitatis medelâ ſibi reconciliauit, & amabile æquè, ac abſolutum in eum obtinuit imperium. Quis vnquam crederet hominem, animal alioquin quod duro ſecum agendi modo efferatur, & benignitate cicuratur, ad eum poſſe deduci ſtatum, vt illud, quò libet ducas, & ex eo, quod libet, facias. Quis item crederet eundem malle obtemperare voci hominis manſueti & benigni, atque adeo voluntariè eius mancipium effici, quàm ipſiuſmet Dei, dum loquens, vſurpat verba aſpera & minacia? Et tamen verum eſt populum Dei *perterritum ac pauore concuſſum* ſtetiſſe procul ac dixiſſe Moyſi: *Loquere tu vobis & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur:* terribilis enim eſt eius ſermo, cuius auditu corda noſtra, tota, quanta, concutiuntur. Exod. 20. 20.

II. Opinio vulgi Leonem quatrupedum Regem; Aquilam auium, Delphinum Oceani piſcium, circumfert, ſed ab

ijs, qui res ſuo librant pondere, longè diuerſo nomine, iſta tria animalia nũcupari video, nempe tres atrociſſimos Tyrannos, aëris, aquæ, & terræ. Nec id immeritò: omnes enim animalium ſpecies quæ dictis fouentur elementis, eos fugiunt vt hoſtes ſibi infenſiſſimos, eóſque ſingulis momentis è medio ſublatos perquam exoptant. Nec ſine cauſa: quis enim non fugeret leonem, qui obuia quæque in terra ferum in modum diſcerpit, & deuorat animalia? nec non tremendo ſuo rugitu omnium audientium animos percellit? Quis ſibi non caueret ab aquila, quæ omnem depopulatur aërem, & miſeras enecans aues in ſuo ſepelit ſtomacho? Quis non expaueſceret Delphinum, cuius eſca & uita eſt ſpuma, & rabies tempeſtatum? qui, dum cæteri piſces tremebundi in profundo maris ſeſe abdunt, exultans ludit ſæuientibus procellis? Nemo ſapiens in animum vnquam inducet ſuum, quòd vel homines vel beſtiæ ipſæ poſſint amare ſeueritatem ac duritiem eorum, à quibus gubernantur? Deum ſiquidem ſuauem ac benignum innumeris modis amant magis, quàm Deum tonantem & exterrentem.

Hic

Digitized by Google

ic enim ſuo tonitru eorum exſiccat
orda, & omni eos exſpoliat ſanguine,
mniſque boni affectûs fontem are-
acit.

III. Adeò id eſt naturale & veritati
onforme, vt etiam res omnis ſenſûs ex-
ertes cùm eas comitatur benignitas ac
uauitas quodammodo eo præditæ vi-
leantur; Nihilq; magis ab ijs deſiderari,
quàm ſuauiter ſuaui ſe ſubijcere impe-
rio, appareat. Nolo hic promulgare An-
tiquitatis furta, quæ viſa eſt credere Or-
pheum ſono ac ſuauitate ſuæ Lyræ ru-
pes & ſylueſtria animalia poſt ſe trahere,
ac vno in loco eadem congregare, quin
& inflexibilem inferni rigorem mitigare,
ac ad aliquam humanitatem reducere;
ſed liberè enuncio, id Spiritum ſanctum
in ſacris litterarum codicibus nobis di-
ctaſſe. *Ierunt ligna*, inquiunt, *vt vngerent ſu-* Iudic. 9.
per ſe Regem: nec temerè ad quamcunque v. 8.
arborem, ſed maximâ & ſapientiſſimâ
conſideratione ad eam, quæ optimos &
ſuauiſſimos haberet fructus, ierunt, in-
quam, eamque elegerunt, ratæ talem
digniſſimam eſſe imperio. *Vnde omnium
primo oliua* (quæ inſtar olei balſamini ſua-
uis eſt) *dixerunt, impera nobis.* Eâ autem

modeſtè imperium hoc recuſante, *dixerunt ad arborem ficum: Veni & ſuper nos regnum accipe.* hæc enim fert fructus prorſus mellitos, & cæleſti manna conditos. Verùm cùm ea etiam ſeſe excuſaſſet, ventum eſt ad vitem: quæ & ipſa ijs reſpondit, *non poſſe ſe deſerere vinum ſuum, quod lætificat Deũ & homines, & inter cætera ligna promoueri:* Quaſi diceret, gratias habeo pro dignitate regia mihi oblata, ſed ſcitote tanti me facere meã dulcedinẽ, vt eam longè præferam regno; in illa enim omnem animi reperio tranquillitatẽ; in hoc autem mille ſunt curarũ ac ſolicitudinum ſpinæ, quæ ſingulis momentis principum animos transfigunt, & mirum in modum excruciant.

Seneca de clem.

IV. Clementia, dicebat olim vir clariſſimus, facit vt Deus ſit Deus, id eſt, vt ametur & adoretur, vt Deus: ſi autem clementiæ faciat iacturam, præſentiſſimum incurrit periculum amittendi Monarchiam. Imperium boni Principis, tam longè lateq; ſe extendit, atq; eius manſuetudo: Et tot habet homines ſibi ſubditos, quot eius dulcedinem in gubernando deguſtârunt. Seueritas quidem vſui eſſe poteſt regnis acquirendis, ſed

non

Digitized by Google

on item conſeruandis, & inexpugnabilibus reddendis : in hoc enim opus eſt lementiâ. Omnes ad quos fama pacifici alomonis pertigerat, incredibili eum idendi tenebantur deſiderio ; at verò Roboam eius filium omnes abominabantur, ob degenerem à Patre, durum, barbarum ac ferreum agendi & gubernandi modum. Totum equidem templum à Salomone extructum perbellè erat exornatum tum lignis cedrinis ex Libano allatis, tum laminis ex puriſſimo auro fuſis, ſed portæ ſanctuarij fabricatæ erant ex lignis oliuarijs. Omnes, fateor, virtutes hominem perficiunt ac exornant; Verùm quicunq; decreuit Deum adire, ſanctuarium intrare, arcam luſtrare, Angelos affari, manna comedere, per dulcedinem oliuæ oportet eum pertranſire, & ſuaui affabilitate & inſigni manſuetudine præditum eſſe ; ſecus ſi egerit, multa ipſe ſubibit incommoda, & alijs inferet longè plura.

V. Nulla amplius me tenet admiratio, quòd Chriſtus Dominus (qui omnes virtutes in ſummo perfectionis gradu animo incluſas gerebat) duas tantùm in ſe commendet, & imitandas proponat,

manſuetudinem ſcilicet & cordis *humilitatem: Diſcite, inquit, à me, quia mitis ſum & humilis corde.* Et quidem primo ponit manſuetudinem, quaſi cæters omnibus pluris eam faceret. Si, inquit vetus quidam auctor, Dij ex hominibus conſtituerentur, omnis manſuetudo, omnis clementia, benignitas, & ſuauitas in vnum conflari deberent ad Deos creandos: *clementia ſola eſt, quæ facit Deos*: ſi Chriſtus non fuiſſet Deus, homines (ſi in eorum poteſtate ſitum fuiſſet) eius animaduertentes ineffabilem animi benignitatem, libentiſſimè Deum creaſſent. Nō defuēre homines, & quidem è ſapientiſſimis, qui dixerint Moyſem proprijs Dei manibus ſepultum & abditum eſſe, ne, ſi eius ſepulturæ locus hominibus innotuiſſet, adorarent eum, vt Deum, & idololatriæ crimine ſe contaminarent, credentes hominem tantâ manſuetudine præditum, aut Deum eſſe, aut dignum, qui Deus eſſet & haberetur. Adeo cor hominis ab hac ſuaui expugnatur & capitur benignitate, vt nullis argumentis neque machinis ab ea diuelli, & abduci valeat.

Plin. Sen. Plut.

Deut. 34.

VI. Procul in veteri teſtamento ab

altar

altari ſacrificiorum ablegatus erat Leo, tygris, Aquila, & ſi quæ ſunt huiuſmodi ferocia animalia. Feritas n. à ſacrificijs & à domo præpotentis Dei longè debet abeſſe; contrà, frequentiſſimi adeſſe debēt agni immaculati, ſimplices colũbæ, caſtæ turtures, & huiuſmodi animalia, quæ omni careant felle: talibus ſiquidē hoſtijs placatur & capitur Deus, qui mãſuetudinem velut theſaurum quempiam incomparabilem maximi facit. Petes: cur ergo in ſacrificijs veteris teſtamenti magna quantitas mellis, cum ſit ſymbolum benignitatis, non adhibebatur? Reſpondeo Deum voluiſſe, vt illud omni cum dulcedine remaneret in corde hominis ſacrificantis, qui eo in genere excedere nunquam poteſt. Nam ſacrificium Deo comprimis acceptum eſt intueri agnum manſuetum diuinæ ſuæ Maieſtati ſuper cordis noſtri aram immolatum.

VII. Nihil æquè oſtendit vim & efficaciam huius virtutis, atque illud, quod ij, qui vel eâ carent penitus, vel minimùm quid de ea participant, maximo in pretio & æſtimatione eam habeant. Vnde, qui ipſis præſit cum imperio, nunquam

alium eligent, quàm eum, qui eorum iudicio mitiſſimus eſt. Et hoc agunt illi, qui neque imperare, niſi impotenter; neque obtemperare ijs, qui ad eorum modum gubernarent, nouerunt: illi inquam, nihil magis habent in votis, quàm vt ſe ijs ſubmittant, â quibus in ſpiritu lenitatis, & modo rectæ rationi conſentaneo gubernandi videantur. Leo, qui de vita init certamen cum tygride, cum Panthera, ludit cum agno, quem quomodo iubet, ſecum agere ſinit. Mundus, qui olim Deum in veteri teſtamento velut leonem quendam durè imperantem, ac durius caſtigantem maximè horrebat, eundem poſtea, agnoſcens eius manſuetudinem, quaſi agni mitiſſimi, ſummè amauit, & humillimè adorauit. Miſit olim Eliſæus ſuum miniſtrum dato in manus proprio baculo ad reſuſcitandum filium deſolatæ mulieris Sunamitidis; ſed cùm baculo mortuus minimè ſuſcitandus eſſet, eò ipſemet Propheta (mulieris tam bene de ſe meritæ viduitatem & vices dolens) contendit, ſuper mortuum infantem ſe extendit, & magnum animi dolorem ac amoris teneritudinem oſtendens, defunctum ſuſcitauit

uit, matrique viuum reddidit. Quamdiu Deus in mundum miniſtros & Prophetas cum baculis, cum minis & terroribus miſit, humanum genus vix vlla melioris vitæ ſigna edidit. Baculus enim illos expellebat, minæ eius cor conſtringebant, terrores & tonitrua fugabant; at verò ſimul atque Deus optimus maximus ſupra noſtram ſe humanitatem extendit, & quaſi ſe minorauit, (vt paruitati ac exiguitati noſtræ ſe adaptaret & accommodaret) & tanta in manſuetudine ac benignitate cognitus eſt, nemo non eum ſequutus eſt, nemo non reſumpſit animos: quilibet deſideria eius ſe ſeruitio arctiſſimè mancipandi concepit. Quod nemo alius ſcit, hoc optime ſcit manſuetudo: & quæ alioquin videntur impoſſibilia, hæc non magno negotio efficit poſſibilia; animos etiam ferociſſimos & maximè refractarios, quò lubet, velut ſuauis cordium tyrannus flectit & trahit. *Dauid cum leonibus luſit quaſi cum agnis*, quia ſuauitate ſua, ferociſſima quæque ad agninam manſuetudinem traducebat. Eccl. 47. 3.

CAPVT XI.

Perſonæ maximè illuſtres, maximâ manſuetudine & clementiâ fuerunt præditæ.

Matth. 5. v. 4. Orig. S. Bern. S. Auguſt.

I. § B*Eati mites*, inquit Chriſtus, *quoniam ipſi poſsidebunt terram*. ſi auderem, perlubenter adderem eos non ſolùm terræ, ſed etiam cæli eſſe dominos. Nimiùm fortè dicerem pronunciando de iis, quòd ipſiuſmet Dei, Angelorum, hominumque, benignitate ſuâ expugnent animos, & expugnatos in ſuam redigant poteſtatem; quin & ferociſſima quæ alit tellus, animalia ad manſuetudinem deducunt. Integer exercitus non efficiet totâ ſuâ potentiâ, quod vel vnicum verbum manſuetudinis melle conditum. Omnia obediunt, omnia ſe ſubijciunt benignitatis legibus. Et certè vnicus eſt modus tum ad acquirendam, tum ad conſeruandam diu magnitudinem acquiſitam, ſi omnibus in rebus adhibeatur ſuauis agendi modus. Hic enim modus crepare

fa-

Digitized by Google

facit inuidiam, enecat maleuolentiam, & opprimit omnem calumniā, omnium ſibi concilians amorem ac beneuolentiam. Rigor ſubinde quidem aliqua facit bona, ſed tam multa etiam facit mala: & ea, quæ verè ex ſe eſſent bona, tot admiſcet malis, vt cùm ſummo labore conatus fuerit omnibus gratificari, nemo tamen beneficium agnoſcat. Vnde præter aliorum in ſe odium, & proprium animi dolorem, atque ſexcentas, quæ ad nihil aliud ſunt vtiles, quàm ad quietudinem animi turbandam, criminationes acquirit.

II. Si quis paululùm tum ſacras, tum prophanas litteras voluerit, ſtatim deprehendet ſummos viros, ſummâ lenitate & morum ſuauitate fuiſſe præditos: imò vnâ ſolâ morum facilitate & naturæ benignitate interueniente, tales ac tantos extitiſſe cognoſcet. teſtis eſt magnus ille dux, cui vix mundus vidit ſimilem: is per deſerta Ægypti, & loca horrida duxit vltra duos hominum milliones, qui, ſi quos vnquam ſol eſt intuitus, ſummè erant rebelles: & vt ſcriptura eos vocat, duræ ceruicis. innumeris enim vicibus maledicâ linguâ impoſitis dicto Moyſi

ſex-

ſexcentis calumnijs, claritatem eius nominis obſcurare, & penitus extinguere conati ſunt: ſæpiſſimè eidem data eſt occaſio, omnem illam hominum multitudinem in deſertis Ægypti, ſine duce, ſine gubernatore deſerendi; quin & Deus ipſe ad id eum hortabatur, promittens ei ſe ſubiecturum & daturum gentem longè copioſiorem, quam illa fuerit: ſed nec hoc ſufficiebat Dei iræ placandæ, ſiquidem ad iuſtam ab ijs prouocatus iram, vniuerſos in momento volebat delere. Et dubio procul ad vnum eos deleuiſſet, niſi vir ſanctiſſimus & mitiſſimus Moyſes ſua bonitate & manſuetudine incomparabili illam iram placaſſet, ipſique Deo è manibus vibratum iam fulmen eripuiſſet, & proteruum populum ad debitam reduxiſſet obedientiam. Quo facto mediatorem inter Deum & homines ſeſe conſtituit, & immensâ ſuâ lenitate in cæli & terræ arbitrum Imperatoremque omnium animorum euaſit. Erat autem inquit ſcri-
Num. 12. ptura, *Moyſes mitiſſimus omnium hominum, qui ſunt ſuper terram.* Ita quidem credendum eſt, ſed tamen eius manſuetudo cõparata benignitati diuini ſolis Chriſti

Do-

Domini, non eſt niſi exiguus radius, imò non niſi quædam vmbra.

III. Inſignis ille Dux Ioſue, qui Lunæ, ſoli, cælo, & omnibus elementis, quin & ipſi Deo, imperauit, quia ſic viſum erat diuinæ eius bonitati, quibus medijs attigit ad eum honoris & dignitatis gradum, vt Moyſi ſuccedere mereretur? ſcriptura omnia nobis de eo enunciat, dum dicit eum eſſe hæredem manſuetudinis Moyſis, *& repletum eſſe ſpiritu ſapientiæ, quia Moyſes poſuit ſuper eum manus ſuas.* Deut. 34. Non aliter quàm ſi Moyſes cordis ſui ſuauitatem in Ioſue cor transfudiſſet, & clementiam ſuam inſpiraſſet vniuerſam. Dauid ad impetranda ea omnia, quæ petit à Deo, non alio vtitur argumẽto quam ſolâ ſuâ manſuetudine: *Memento Domine Dauid, & omnis maſuetudinis eius.* Tacet autem ſexcentas alias perfectiones, quibus eius anima erat exornata. probè enim illi conſtabat, quòd nominando manſuetudinem, omnia nominabat, & omnia nominando, hac tacitâ, nihil nominabat, illa enim eum Regem creârat; illa virum ſecundum cor Dei effecerat; illa omnis eius magnitudinis fons & origo fuerat.

IV. Pa-

ſexcentis calumnijs, claritatem eius nominis obſcurare, & penitus extinguere conati ſunt: ſæpiſſimè eidem data eſt occaſio, omnem illam hominum multitudinem in deſertis Ægypti, ſine duce, ſine gubernatore deſerendi; quin & Deus ipſe ad id eum hortabatur, promittens ei ſe ſubiecturum & daturum gentem longè copioſiorem, quam illa fuerit: ſed nec hoc ſufficiebat Dei iræ placandæ, ſiquidem ad iuſtam ab ijs prouocatus iram, vniuerſos in momento volebat delere. Et dubio procul ad vnum eos deleuiſſet, niſi vir ſanctiſſimus & mitiſſimus Moyſes ſua bonitate & manſuetudine incomparabili illam iram placaſſet, ipſique Deo è manibus vibratum iam fulmen eripuiſſet, & proteruum populum ad debitam reduxiſſet obedientiam. Quo facto mediatorem inter Deum & homines ſeſe conſtituit, & immensâ ſuâ lenitate in cæli & terræ arbitrum Imperatoremque omnium animorum euaſit. Erat autem inquit ſcri-

Num. 12. ptura, *Moyſes mitiſſimus omnium hominum, qui ſunt ſuper terram.* Ita quidem credendum eſt, ſed tamen eius manſuetudo cõparata benignitati diuini ſolis Chriſti Do-

Domini, non eſt niſi exiguus radius, imò non niſi quædam vmbra.

III. Inſignis ille Dux Ioſue, qui Lunæ, ſoli, cælo, & omnibus elementis, quin & ipſi Deo, imperauit, quia ſic viſum erat diuinæ eius bonitati, quibus medijs attigit ad eum honoris & dignitatis gradum, vt Moyſi ſuccedere mereretur? ſcriptura omnia nobis de eo enunciat, dum dicit eum eſſe hæredem manſuetudinis Moyſis, *& repletum eſſe ſpiritu ſapientiæ, quia Moyſes poſuit ſuper eum manus ſuas.* Deut. 34. Non aliter quàm ſi Moyſes cordis ſui ſuauitatem in Ioſue cor transfudiſſet, & clementiam ſuam inſpiraſſet vniuerſam. Dauid ad impetranda ea omnia, quæ petit à Deo, nõ alio vtitur argumẽto quam ſolâ ſuâ manſuetudine: *Memento Domine Dauid, & omnis maſuetudinis eius.* Tacet autem ſexcentas alias perfectiones, quibus eius anima erat exornata. probè enim illi conſtabat, quòd nominando manſuetudinem, omnia nominabat, & omnia nominando, hac tacitâ, nihil nominabat, illa enim eum Regem creârat; illa virum ſecundum cor Dei effecerat; illa omnis eius magnitudinis fons & origo fuerat.

IV. Pa-

Digitized by Google

IV. Pater æternus mittens filium ſuum in mundum, quod ei dedit mandatum? & eo exiſtente in vertice montis Thabor gloriâ & honore coronato, hæc dicendo verba: *Hic eſt filius meus dilectus; ipſum audite,* quid nos edocere intendebat? Hoc non ab alio addiſcendum eſt quam à Domino Iesv, qui dicit: *Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde.* quaſi aliud nihil eſſet agendū, quàm vnam addiſcere manſuetudinem; vel quaſi, quatuor Euangeliſtæ in vnius manſuetudinis, Virginis cælo longè gratiſſimæ, ſinu forent recluſi; vel demum, quaſi hæc virtus eſſet omnes virtutes, & ſupremus omnis perfectionis apex. Et eius nomen quid eſt aliud, quam balſamum? quam *oleum effuſum*? eius verba quid aliud? quàm nectar cæleſte? quam ſuauiſſimus torrens aquarum è paradiſo fluentium? quàm mare, in quo nulla vnquam exoritur tempeſtas! Ecquis Chriſto Domino dedit poteſtatem & imperium in omnium corda & animas mortalium? ipſemet dicit, ſe id ex ſua bonitate & cordis humilitate habere. Quod paulò fuſius dicemus, iam rem præſentem proſequamur.

Cant. 1.

V. Quid

V. Quid effecit Apoſtolos Deos terræ, & principes ac Dominos totius vniuerſi? Nónne fuit ſumma eorum clementia? ite, inquit Chriſtus, *Ecce ego mitto vos tanquam agnos inter lupos*, veſtrum viaticum eſt agnelli manſuetudo. Hâc armati omnia ſuperabitis, omnia vobis ſubiugabitis. Et antequam S. Petrum conſtitueret ſuum in terris Vicarium, nónne hoc in puncto teneritudinem eius amoris & manſuetudinis peraccuratè explorauit? Eaque penitus perſpectâ, & verbis Petro declaratâ, oues & agnos ſuos pabnlo ſpirituali paſcendos commiſit? Non dubitat S. Antonius aſſerere S. Petrum ſolitum fuiſſe quotidie lacrymari; nec id tam ob peccatum trinâ negatione Chriſti commiſſum, quàm ob recordationem infinitæ benignitatis Chriſti, dum inter homines homo Deus conuerſaretur. Viſúsne eſt aliquando quiſpiam in terris homo mitior & benignior S. Paulo? Cordis eius benignitas & manſuetudo æſtimanda eſt iuxta res, quas poſt ſuam conuerſionem geſſit, & præſertim ſecundum amoris teneritudinem, quam oſtendit aduerſus Oneſimum carceris ſui ſocium.

Ad-

Adhibiturus ſupremam eloquentiæ ſuæ vim, & vulnus ineuitabile quidem, ſed ſalutare illaturus animis hominum, qui à recto tramite deuiabant, Chriſti adferre conſueuit manſuetudinem: *obſecro*
2. Cor. 10. 10. *vos per manſuetudinem & modeſtiam Chriſti*, ne quod à vobis peto, mihi denegetis. Hic Apoſtolus ſemper quidem benè egit, ſed nunquam melius, quàm cùm manſuetè: Lacrymis longè plus efficiebat, quàm armis; ſuauitate plus, quàm poteſtate: quæ in animos hominum vibrabat anathemata, longè erant debiliora, quàm quæ contra ſeipſum, dum ex abundantia amoris, ob proximorum ſalutem (qui eum peius cane & angue oderant) propriæ ſalutis aleam ſubire erat paratus: quid dico erat paratus? imò optabat.

VI. Quotquot vnquam fueruut magni monarchæ & celebres Duces, magis id per clementiam, quàm per res fortiter geſtas aſſequuti ſunt. Potentia ſeruit perſæpe ad homines perdendos, clementia autem ſemper ad ſaluandos. Vnde Saluatoris & omnium Imperatorum, Regum, Principum, ac Ducum, qui vnquam patres patriæ, & liberatores vniuerſi ſunt nuncupati, ea propria fuit vir-

virtus. Bonus princeps honoratur in terris tanquam Dei Vicarius; creditur Deus eidem omnem contuliſſe potentiam, quando contulit clementiam. Vilis & infirmi animi nota eſt, in rebus agendis & hominibus gubernandis duritie vti; Vnde fœminæ, infantes, infirmi, impotentes, & ij, quibus vel ad corporis, vel animi integritatem quippiam natura denegauit, vt plurimùm ſunt crudeles: ſi vel verbum vnicum, quod in aliquo ijs diſpliceat, dicatur, ſtatim impotenti irâ exardeſcunt. Minima item contradictio eos à rectâ, tum officij, tum rationis functione facillimè depellit, depulſoſque in ſexcenta impellit incommoda, & oris maledicta. Regia animalia communiter ſunt prædita generoſitate, magnanimitate, & quadam ſuauitate, quæ ſupra eorum conditionem poſſit videri. E contrario minima quædam ſunt, quæ & iſtis virtutibus carent, & inſuper malignitate abundant, dum acerbè mordent, venenum ſpargunt, vt ſcorpio, exempli cauſa, vipera, aſpis. Quæ ſi vel leui ſolummodo tactu attrectes, peſtilenti ſuo halitu, & lætifero morſu, ac puncturâ te intoxicabunt. Homines ani-

Sen. de Clem.

Digitized by Google

mi excelſi ſuam demonſtrant celſitudinem, & animi magnitudinem, aliorum defectûs & miſerias excellenti quadam clementiâ ſupportando. Paucis: tantum homo quiſpiam habet eminentiæ inter alios, quantum in animo poſſidet benignitatis. Et is talis debet eſſe erga ſibi ſubiectos, qualem erga ſe cupit Deum habere. Multò pulchrius eſt videre cælum quadam Maieſtate Imperio dignâ, nitidum & illuſtratum ſerenitate, qua & videri & numerari in firmamento poſſint ſidera, quàm ſpoliatum omni claritate, tonitru percrepare, fulmina iacere, & omnia ſuſque deque agitare, horrido aſpectu omne lumen oculis eripere. Serenus Principis animus ſerenat aliorum hominum animos, & propellit omnes tempeſtates, quas mundi huius infelicitas momentis ſingulis ſolet excitare. Quicunque in numero magnorum cupit adſcribi; qui magna magno & excelſo molitur animo, conſtanter apud ſe decernat oportet, in omni ſua actione adhibere regulam clementiæ, & omnia ſua dicta commenſurare ſuauitatis vlnâ. Si enim in repente exortis & non meditatis occaſionibus, ac in omni ſanguinis ebul-

ebullitione frenum laxare velit ſuis paſſionibus, nihil vnquam viro dignum efficiet; vel ſi quid effecerit, plus vno momento deſtruet, quàm ſpatio decem annorum clementer agendo fabricârit. Angelus cuſtos virtutum, eſt manſuetudo: nunquam enim ſinit ſuo, vt eæ deſint officio, ſed vt illud omni cum decentia & ordine obeant, efficit; è contra ſeueritas virtutes omnes perturbat, omni decôro exſpoliat, hominem mirum in modum deformat. Homo irâ accenſus, oculos, velut quædam fulgetra huc & illuc intorquet, ſpumat ore, & deformi ſua facie omnibus eſt terrori: eius lingua tot infligit vulnera, quot edit verba. & hoc facit modo tam Imperioſo, & morſu tam ſimili viperæ, vt omnes quibus cum agit & loquitur, linguæ ſuæ veneno inficiat; nec non amorem ac reuerentiam, qua eũ ſuauiter agentẽ proſequerentur, in eorum animis penitus extinguat, & ex conſequenti, omnem confidentiã tollat. Sed hæc clarius patebunt in benignitatis ſpeculo, quod eſt ipſe Chriſtus. Eius enim vita optimè dici poteſt, ipſiuſmet dulcedinis vita, & regula omnis benignitatis.

Digitized by Google

CAPVT XII.

De manſuetudine Chriſti IESV in verbis.

Ioan.7. 46. I. §. N*Vnquam ſic loquutus eſt homo, ſicut hic homo:* dicebant Miniſtri, qui fuerant miſſi à Phariſæis, vt Chriſtum caperent in ſermone. Eheu! quis nos edocebit qualiter loquebatur, vt d'uinam addiſcamus Rhethoricam: qua adeo ſuauiter in omnium animos influebat, vt etiam efferatiſſimos quoſque, maximeque refractarios, quò lubebat, pertraheret. D. Paulus loquens de verbo æterno, humanos artus induente, dicit *humanitatem*, id eſt, *manſuetudinem* & *benignitatem Saluatoris, apparuiſſe omnibus hominibus.* quaſi Chriſtus Dominus aliud non eſſet, quàm ipſa benignitas, & alia de cauſa natus non eſſet, quàm ad oſtendendam Dei clementiam: & tandem quaſi tota incarnationis œconomia ſolùm eſſet demonſtratio ineffabilis benignitatis Dei Optimi Maximi erga homines. Abundè inquit D. Bernardus infinita

Ad Tit. 1. 3. v. 4.

nita Dei poteſtas, profunda ſapientia, S. Bern.
rigor formidandæ iuſtitiæ ante aduen- ſerm. de
tum eius in carne, mundo quidem con- Natiuit.
ſtabat, ſed necdum exceſſus eius cle-
mentiæ. Vnde verbum increatum, crea-
tam humanitatē aſſumere voluit, tum vt
viua voce, tū vt vitę immaculatæ exēplo
eam nos edoceret. *Dicite filiæ Sion, ecce Sal-* Matth. 21.
uator tuus venit. Ecce Rex tuus venit tibi man- 5.
ſuetus. id eſt, qui erit Rex manſuetudinis. Iſa. 62.
Quaſi homines nihil ex Deo incarnato 11.
aliud expectarent, quàm clementiam & Zach. 9. 9.
benignitatem infinitam : & ipſe Salua- Ioan. 12.
tor aliud non eſſet, quàm pura puta bo- 15.
nitas, & verus manſuetudinis ſponſus.

II. Mihi quidem non ſatis conſtat, quomodo loquebatur, ſed illud abundè mihi perſpectum eſt, quod ſi ipſamet humanitas & benignitas voluiſſet corpus aſſumere, & loqui, eam non tam benè loquuturam fuiſſe, atque Chriſtus Dominus locutus eſt. Quando ab Apoſtolis ex vna parte vitio dabatur Mariæ Magdalænæ, quòd importuna ſe ingereret conuiuio; & ex altera à Simone, & eius conuiuis eadem irrideretur, iniurijsque oneraretur; ſolus cæleſtis Magiſter, & dulcitudo diuina eius factum

ſuſcepit defendendum: & hoc tanta benignitate & charitate, vt nouas ex oculis mulieris, immeritò confuſæ, copioſaſque elicuerit lacrymas: quæ, perpendens à quo defenderetrur Aduocato, penè præ nimiâ cordis dulcedine expiraſſet.

III. Meminiſtíne quale reſponſum infami Apoſtatæ Iudæ, nefando cum oſculo tradenti dederit; (equidem ſi in manus Diui Petri, proditionem tamen edocti, incidiſſet, non dubito dicere cum S. Chryſoſtomo, quin non tantùm vnam auriculam, vt Malcho, ſed totum etiam caput abſcidiſſet, & loqui, tam nequiter prodendo Dominum, & dicendo A v e R a b b i, docuiſſet) meminiſtine inquam, qualiter benigniſſimus Dominus ei reſponderit? ſcio te meminiſſe, in memoriam tamen reuocare quid obeſt? *Amice ad quid venisti? Sic Iuda osculo (quod signum pacis esse solet filium hominis tradis?* ô ineffabilem Domini ſuauitudinem, ô incomprehenſibilem bonitatem! Num ſermo quiſpiam inſtitui poteſt maiori hac affabilitate? Nonnullorum, qui de natura rerum ſcripſerunt, opinione, pellis agnina iunctam ſibi lupinam impulſu

pulſu quodam naturæ diffringit, & in partes agit. Et credi poterit, quòd tu agnus cæleſtis Patris, admirabili claritate oſculans lupum hunc infernalẽ, cor eius non fregeris amoris efficaciâ, & vultum non cooperueris inauditâ confuſione? Age, quos putas, cum amicis non miſcebat ſermones, quando capitalem ſuum hoſtem & nefarium proditorem tam clemente dignatur alloquio? & tam largo ſuæ dulcedinis fonte terram maledicti illius cordis irrigat?

IV. Vix me capio præ lætitia, quando rememoro ſermones, quos habuit cum miſera illa muliere, quæ deprehenſa fuerat in crimine adulterij: loco enim, quo eam accuſaturus vel condemnaturus videbatur, vt lapidibus, iuxta claram Moſaicam legem, obrueretur, eos qui eam ad ſe adduxerunt, & accuſauerant egregiè confudit; in terra velut in molli cera ea ſcripſit verba, quæ ab eorum quolibet, non ſine inſigni pudore legi poterant. Vnde pudore ſuffuſi, furtim ſeſe ſubtraxerunt, & è templo proripuerunt. Videns ergo Dominus pauperculam mulierem lacrymis & verecundiâ coopertam, ea ad eam loquu- Ioan. 8. v. 3. & ſeqq.

tus eſt, quæ eius cor ſalutari pœnitentiâ concuſſerunt: *Mulier vbi ſunt; qui te accuſabant? nemo te condemnauit? quæ dixit, Nemo Domine*: tunc ille: *nec ego te condemnabo, Vade, & iam amplius noli peccare.* O magnum humanitatis & clementiæ exceſſum! quaſi diceret: Ego, ego ſum, qui ſaluo damnatos & condemnatos; Ego, qui eximo captiuos ex ſeruitute, Ego qui vitam do, & miſericordiæ cæleſtis fontes ſuper terram fluere facio: neminem autem volo condemnare. Siquidem Pater meus ad hoc me miſit, vt perditos ſaluem, non autem perdam eos, qui ſalutari pœnitentia ſaluari poſſunt. Vade mulier, nunquam ego te condemnabo, niſi te ipſam condemnâris. Deus neminem derelinquit, qui ipſum prius non dereliquerit, ſemper ipſe dat principium ſalutis, nunquam autem cauſam perditionis. *Vtinam inquiebat Nero, primis Imperij ſui annis, (dum Cæſarum optimus haberetur) O vtinam ſcribere ignorarem ad ſubſignandam vllius Rei mortem!* Regij enim animi factum eſt OMNIBVS VITAM DARE, nemini autem inferre mortem.

V. Nihil eſt, neque in cælo, neque in terra, quod maiorem mereatur admiratio-

tio-

tionem, neq; etiam ardentiore dignum ſit amore, quàm id, quod nũc de noſtro Saluatore, ac Domino relaturus ſum. Et hoc eſt: Die quodam è corpore Dæmoniaci integram malignorum ſpirituum eiecit legionem, qui perbellè cognoſcentes infinitam Saluatoris clementiam, auſi ſunt eum rogare, ne ſe ad inferni abyſſum remitteret; ſed ſi ex obſeſſo eijciendi ſint, *mittat in gregem porcorum, qui iuxta littus maris paſcebat.* Nec gratis eum rogârunt: eorum enim (non obſtante quòd æternùm exciderint de ſtatu gratiæ & miſericordiæ) benigniſſimè annuit petitioni; malens admittere eorum preces, quàm vel in minimo labefactare immenſam ſuam manſuetudinem & benignitatem, cui nullam eſt reperire ſimilem. Ad hæc quid dicemus? quid nobis de eo tanta humanitate prædito polliceri non audebimus? an timebimus ne aliquid nobis neget, qui ne perditis quidem ac damnatis in perpetuas æternitates dæmonibus, quod ab eo petebant, denegandum putauit? Non amplius miror, ſi ſponſa in canticis eum vocet per excellentiam, *guttur ſuauiſſimum, & totum deſiderabilem, delicias animæ,*

Marc. 5. 9. Luc. 8. 30.

Matth. 8. 31. Mar. 5. 1. Luc. 8. 6.

Cant. 5. 16.

ma, & amorem mundorum cordium. Talis enim eſt, ſi paucis dicendum eſt, qui contineat in ſe quicquid eſt deſiderabile, quicquid eſt bonum, & amabile. quo ſit, vt omnium animos, etiã ferociſſimorũ, & maximè Barbarorum hominum, ad ſe amandum amore intimo pertrahat.

VI. Vidimus Chriſti clementiam erga dæmones, videamus nunc eandem erga hominem iam iam ad infernum detrudendum, niſi, bonâ fortunâ, in Chriſti Saluatoris clementiam incidiſſet. Eſt is, quem vocant Bonvm Latronem, qui inſtante vltimâ vitæ periodo, affixus infelici mortis ligno, (ſic eius exigẽtibus demeritis) in ſe ipſum ingenuè, elatâ voce mortis ſententiam pronunciauit, dicens ſe digna factis ſuis recipere. Iam vnà cum latrone altero deſcenſum Auerni ingrediebatur, quando videns extremam Chriſti Domini clementiam (qui pro ſuis inimicis orabat; qui crudelitatem ſe crucifigentium excuſabat) ſtatuit experiri fortunam, ſe commendando pietati agni immaculati, & ſupplex rogando, vt tantæ ſe manſuetudinis Chriſtus participem efficere, & ſui,
Luc. 23. 42. *cum in regnum ſuum veniſſet,* meminiſſe digna-

dignaretur. Quem Dominus eodem momento miſericordiæ oculo reſpexit, cor eius & omnia viſcera gratiæ vnguento inungens emolliuit, & verbum dixit, quod Reges & Monarchæ multis auri millionibus libenter compararent, imò & ſceptra, & diademata ſua pro eo promptiſſimè darent: AMEN, inquit, DICO TIBI HODIE MECVM ERIS IN PARADISO. Domine tam caro tibi conſtat iſte paradiſus, & pro tam exiguo pretio, nempe pro vno verbo, & quidem à latrone prolato, illum das. Eſtné imaginabilis ſimilis dulcitudo? ſimilis bonitas, tam amabilis & admirabilis in mundo hoc?

VII. Perbellè intelligo, quod dicit Elias Propheta, videns tranſeuntē Dominum: quia *ſenſit ventum grandem, & fortem, ſubuertentem montes & conterentem Petras ante Dominum*, non inquit *eſt in ſpiritu Dominus, & poſt ſpiritum commotio, non in commotione Dominus, & poſt commotionem ignis, & non in igne Dominus, ſed poſt ignem*, inquit, *ſibilus auræ tenuis*, in quo eſt Dominus. ſuauitas enim infinita diuinitatis amat ſuauitatem, odit autem omne violentum. Explico: Apoſtoli videntes ſe à Samaritanis 3. Reg. 19. 11.

Luc. 9. nis non recipi, quibus prædicare vole-
54.55. bat Dominus, adeò id ſenſerunt, vt Domino dicerent: *Domine vis, dicimus, vt ignis deſcendat de cælo, & conſumat illos?* Chriſtus plenus ſemper miſericordiâ, & Rex manſuetudinis, *conuerſus* ad illos, ſuauiter increpauit dicens: *neſcitis cuius ſpiritûs ſitis?* méne aliquando ſic loqui, & agere vidiſtis? ignoratis *filium hominis non veniſſe animas perdere*, ſed ſaluare? Vos loquimini vt homines, & quidem homines parum circumſpecti, & non vt Apoſtoli.

VIII. Ceſſo iam admirari Patrem æternum vniuerſam incarnationis filij ſui œconomiam denominantis mellis & lactis torrentem; ſic enim loquitur apud Iſaiam: *Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi flu-*
66.12. *uium pacis, & quaſi torrentem, gloriam gentium, quam ſugetis; ab vbere potabimini, & ſuper ge-*
Pſal. 3. 18 *nua blandientur vobis.* Et in die Natiuitatis
& Amo. 3. Domini cantatur, quòd per totũ mun-
19. dum melliflui facti ſint cæli. Et Ioël ſic loquitur: *Stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte.* ſed hæc ſuſpicere deſino, quando ex ore Saluatoris erumpere animaduerto torrentes & flumina aureæ eloquentiæ, & omnes diuinæ Rhetoricæ theſauros, & quando, ob ea audio nonnul-

nullos eius Auditores acclamantes, vt creetur Rex Ivdæorvm, & alios dicentes, quòd verè ſit Filivs Dei. Hi vſque adeo eius verborum dulcedine capti ſunt, vt nullâ habitâ cibi & potûs, neque vllius prouiſionis ratione, ad deſerta eum ſequerentur; cumeoque triduo integro abſque vlla eſcarum ſolicitudine, multò minus procuratione cõmorarentur. ſed & *cæcus à Natiuitate* inebriatus iucunditate lucis ſibi à Chriſto impertitæ, interrogat audacter Iudæos, an velint eius diſcipuli fieri? Et hoc ex eo, quòd bonitas & manſuetudo in eo tota collecta & collocata videatur, tanquam in proprio & ſolo ſuo ſubiecto. Ioan. 9. 27.

IX. Lubétne videre dulcedinem eius cordis? *miſereor ſuper turbam: quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent.* Apoſtoli, qui adhuc illo tempore anguſtioris erant pectoris, ei reſponderunt: vnde illos quis poterit hîc ſaturare panibus in ſolitudine? *Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt ijs, vt vnuſquiſque modicum quid accipiat.* Quaſi dicerent, ſi in hanc ſolitudinem venire decreuerant, vt te audirent, cur de ijs, quibus opus eſt, ſibi non prouiderunt? Videant ipſi, vnde Marc. 8. 12. Matt. 15. 32. Ioan. 6. 7.

de acquirant, quod manducent. Non ſic, non ſic, inquit Dominus, date ijs ad manducandum, nequeo eos videre tantâ fame languentes; eorum miſeria non parum me affligit. Climacum cùm alijs multis, tum hoc maximè nomine amo, quòd Chriſtum Dominum vocet arcum paradiſi cæleſtis. Nam quemadmodum admirandus hic arcus, qui videtur eſſe pulchritudo omnium elementorum, guttatim diſtillat, & diffundit omnem ſuam ſubſtantiam in ſuauem & odiferum rorem, quo vniuerſa terræ bona nutriuntur; ita Chriſtus ſe effundit, (ſi ita loqui fas eſt) & fusè largèque diſtillat rorem ſuæ clementiæ, replens totum vniuerſum admirabili ſuâ dulcedine & miſericordiâ. Quid multis? replet omnia benedictione ſua, & nunquam vacuum demittit eum, qui cum fiducia recurrit ad fontem bonitatis ſuæ. Totum in aquam gratiæ ſe reſoluere, & quaſi exinanire videtur, vt ſuæ bonitatis opibus nos ditet.

Pſal. 21.

X. Quid cenſes eum facturum in ſtatu ſummæ manſuetudinis, quādo inſtante, (ſed ad ſpeciē tantùm) extremâ cholerâ, ipſa pura puta eſt miſericordia? *Cum ira-*

Iratus fueris, inquit, Propheta Regius, *miſericordiæ recordaberis.* Quando Mater in nuptijs eâ, qua decebat modeſtiâ & ſilentio, ne ij, qui inuitârant aliquo ſuffunderentur rubore, ei dixit: *Vinum non habent, quid mihi & tibi*, inquit, *Mulier? nondum venit hora mea.* Nônne videri poterat conſtitutus in aliqua cholera? ac proinde non facturus, quod Mater petebat? fecit tamen, omnibus eius benignitatem obſtupeſcentibus, dum iuſſit hydrias aquâ impleri, quam aquam in præſtantiſſimum vinum commutauit. Et quando Mater filiorum Zebedæi petijt pro filijs ſuis dicens, *dic, vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dextram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo: neſcitis*, inquit, *quid petatis, poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* ſcilicet meæ paſſionis amariſſimum. Et ſibi ipſi reſpondens, dicit, *calicem quidem meum bibetis ſedere autē ad dextram vel ad ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo:* ite, *neſcitis quid petatis.* Quis hæc audiens, non putaret ex aliqua animi commotione proficiſci? & petita ſimpliciter ab eo denegari? Et tamen conſtat eum plus ijs conceſſiſſe, quam poſtulauerint.

Pſal. 59.

Ioan. 2. 3.

Matt. 20. 21.

Ad ſiniſtram enim cùm habeatur locus funeſtus & noxius, eos non vult collocare. eſt is locus mali latronis; & damnatorum; dextera autem boni, & omnium beatorum. Quare vtrumque dextram facit tenere, dum vtrumque martyrij coronâ, ad imitationem ſui, redimit. Dicamus adhuc melius; ſtatuit Diuum Iacobum ad ſuam dexteram, & Diuum Ioannem in ſinu ſupra cor ſuum. Quod S. Ioannes nunquam vel animo auſus fuiſſet optare, multò minus verbis poſtulare. Nónne quilibet prudens dicet hoc factum eſſe eximij amoris & bonitatis actum?

XI. Quando afflictam Cananæam canis nomine compellauit, & duriſſimè, ſi verba ſpectes, obiurgauit, quis credidiſſet eam ab homine, qui totus irâ ardere videbatur, aliquid obtenturam? Inſtitit nihilominus, & fletu internum cordis dolorem prodidit, & quod petijt, obtinuit. Putásne cor hoc incomparabili amoris teneritudine præditum aliquid alicui, qui cum ſpe & fiducia petit, poſſe denegare? *Citius*, inquit apud Iſaiā, 49.15.
obliuiſcetur Mater infantem ſuum, qui eſt velut anima cordis illius, quàm obliuiſcar ego

ego in vos conferre beneficia, & veſtris neceſſitatibus opem adferre. Quare plura; quàm petebat, Mulieri cananææ pręſtitit, nam & fidem eius commendauit, &, filiam reſtituens priſtinæ ſanitati, matrem tanta affecit dulcedine & lætitiâ, vt præ ea, mirum non fuiſſet; ſi animam eo momento reddidiſſet.

XII. Vnica ſolùm vice mitiſſimus hic agnus viſus eſt leonem induiſſe, & tunc nimirum, quando de funiculis facto flagello; omnes, qui vendendo boues & oues; ex templo faciebant forum, eiecit. Quis eum videns quomodo *nummulariorum æs effundat, menſas ſubuertat, hos flagello percutiat, illos eo terreat,* & omnes, formato ad iram vultu, fuget, exiſtimaret ad animi tranquillitatem, & ſolita benefaciendi officia breui rediturum? Et tamen paulò pòſt conſcenſo ſuggeſtu, incipit prædicare, & elata voce clamare: *qui ſitit, veniat ad me, & bibat; qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, & ſalientis in vitam æternã.* O bone IESV, iſtine ſunt effectûs magnæ tuæ choleræ, & tuarum minarum tonitrua? Hócne modo caſtigas noſtram rebellionem, eam ſubmergendo in aquam viuam, Ioannis 2. 15.

quæ vitam confert, tali modo ſubmerſis? & præcipitas in infinitæ tuæ dulcedinis abyſſos, atque in immenſum clementiæ oceanum? abſque vlla ambiguitate intelligo nunc cur D. Ioannes in ſua Apocalypſi, poſtquam formidabilem vidit leonem, dicat: *Et ecce agnum ſtantem.* Nam etſi veriſſimum ſit, Chriſtum eſſe regium Leonem de tribu Iuda, tamen ita eſt Leo, vt ſtatim mitiſſimus fiat agnus. dum eius cholera ſemper deſinit in dulcedinem: & poſt omnia eius choleræ tonitrua, ex nubibus eius bonitatis, nihil decidit niſi iucundiſſimus ros cæleſtis mannæ, & fauus ſuauiſſimi mellis.

Apoc. 5.

XIII. Salomon ſedens in throno regni ſui ex ebore perquam affabrè conſtructo, ſtantibus duodecim Leunculis hinc inde circundabatur, ad incutiendum, vt videri poſſet, ſubiectis timorem, ſed Leones iſti ſunt Leones innoxij, & eburnei: imò potius ſunt albi verueces, quàm horridi, ex cholera Leones. Erant illi ornamento Maieſtati Salomonis, non verò inſtrumenta vel executores iuſtitiæ. Chriſti Saluatoris cholera aliud non eſt, quàm manſuetudo agnina, quæ non mediocriter eius condecorat bonitatem.

Digitized by Google

tem. Nam poſt tot minas, quas notum eſt non alium ob finem inſtitui, & terminari, quàm ad nobis benefaciendum, quodnã reperiri poſſet tam ferreum cor quod tam bonum, ac tot modis amabilem Dominũ (qui ipſa eſt bonitas ipſiuſmetbonitatis) nõ vnicè amaret? ſed quid hic ago, dum partialiter vnum verbum poſt alterũ ex Euangelio adfero? Totum, totum ſimul Euangelium eſſet proferendum: Euangelium ſiquidem aliud non eſt, quàm paradiſus terreſtris, qui irrigatur quatuor fluuijs, & fonte, qui eſt in medio paradiſi: id eſt quatuor plagis pedum ac manuum Saluatoris, & cordis plaga, quæ eſt vera aliarum ſcaturigo. Verùm iſti torrentes aliud non ſunt, quàm riui mellis, riui ſaccari, quàm manſuetudinis & diuinæ humanitatis fontes. O Domine IESV, his irriga animam meam, his immerge cor meum, his inebria omnes meas potentias, vt abſorptæ in oceano miſericordiarum tuarum, te adorent, & ament omnibus viribus, & id in tota æternitatis duratione.

Domine da mihi hanc aquam. Ioan. 5.

CAPVT XIII.

Actiones & vita Chriſti plena manſuetudine plus quàm materna.

I. §. TERTVLLIANVS dicit, terram PROMISSIONIS fluentem lacte & melle, eſſe Chriſti Domini humanitatem. Et ipſe Spiritus ſanctus in Scripturis dicit, ſub lingua eius eſſe mel & lac, & labia eius
Cant. 4. 11. *diſtillare fauum.* Sponſa autem in canticis adiungit & dicit, quòd quicquid facit, quicquid eſt, eſſe merâ bonitatẽ. Et longè plura eſſe, quæ intrinſecus latent, quàm quæ foris apparent. Adde quòd paſſim in ſacris codicibus vocetur agnus, columba, lac, manna, medulla arborum paradiſi, fluuius cremoris ac nectaris, lilium innoxium: ne ſim longus: Sexcentis alijs nuncupatur nominibus, quæ omnia eximiam & infinitam Chriſti benignitatem connotant. Sed vt ſpecimen aliquod eius rei exhibeamus.

11. v. 6. II. Lubétne puerum paruulum intueri, qui iuxta Iſaiæ prophetiam, pardos,

dos, leones, vrſos, &c. quò libuerit minabit & ducet? & tamdiu perbellè inter ſe conuenient, & ſimul accubabunt, quamdiu ea dulciſſimi huius paruuli innocens manus catenata inter ſe vinculis columbinæ eius ſuauitatis, minabit. Tu clarè vides hâc parabolâ expreſſam Chriſti vitam: quia nunquam in eo non conſpecta eſt ſuauitas innocentis paruuli, admirandæ manſuetudinis, & naturalis bonitatis pleni. & certè hac vna manſuetudine vt iugo Euangelij humeros ſubmitterent totius orbis ferociſſimi quique homines eos adduxit. Eumque ob finem mandatum dedit ſuis Apoſtolis, vt eſſent inſtar ouium & columbarum: nam modorum omnium potentiſſimus ad expugnandam idololatriam & deuincendos gentilitatis tyrannos, vna eſt benignitas coniuncta inſigni manſuetudini. Ex orientalibus quidam Rex, omnes, quotquot obſidebat ciuitates, proiecto quodam ad portas oleo, capiebat. Oleum hoc confectum erat ex certis quibuſdam vermibus naturâ calidiſſimis. Ignis, accenſo oleo, in momento omnes portas in ſe conuertebat. Et quò magis aqua perfundebatur, eò Maiol. de verm.

maiores edebat flammas; adeo, vt omnia in Vulcanum ac cinerem conuerterentur, nec alius euadendi ſupererat modus, quàm eius bonæ gratiæ & clementiæ ſe ſubmittere. Mundi Saluator Chtiſtus benedictus vult, & id omni iure, eſſe ſupremus totius Vniuerſi Dominus: ea de cauſa terræ vermes humiles, & humi repentes Apoſtolos colligit, eos in manſuetudinis ignem conuertit, quocunque ſe conferunt hunc iguem ſecum gerentes, in hominum corda eiaculantur. Et ſic bteui temporis ſpatio homines, ciuitates, prouincias, in charitatis ignem conuertunt, & omnes ad ſuaue Chriſti iugum amplectendum & ferendum hoc amoris igni propellunt.

III. Quis tanti ac tam ineffabils amoris teneritudini valeat reſiſtere? prima ſiquidem actio, quam affixus crucis patibulo exercuit, fuit oratio ad Patrem pro miſerandis illis, qui eum malleis partim linguarum, partim manuum crucifixerant. Eius enim miſericordiæ viſcera commota fuêre craſsâ eorum ignorantiâ, quâ eos laborare videbat. Qui vult miretur boni latronis ex immenſa Chriſti clementia exortam con-

uer-

Digitized by Google

uerſionem, & centurionis pectoris contuſionem, ad me quod attinet, miror duriſſimas rupes, & proterua Carnificum corda in mille partes non deſilijſſe. Poterat equidem optimus Dominus, ſi voluiſſet, maledictam Iudæorum generationem vel vnico verbo exterminare; ſed maluit agere eorum aduocatum, & Patris miſericordiam, à quo exauditus eſt pro ſua reuerentia, implorare. Ecquid enim poſſet tantæ benignitati, animo tam beneuolo, tam copioſis lacrymis, quibus vltimam hanc pro ſuis crucifixoribus orationem irrigauit, denegari? S. Chryſ. homil. in Euang.

IV. Inuitatur ad nuptias, it; pellitur Samariâ, fugit; eius pedes vnguento pretioſo inunguntur, patitur; eleuantur lapides ad eum obruendum, ſe abſcondit; quæritur ad ſceptra & regnum capeſſendum, ſe ab oculis quærentium proripit. Quid multis? in omnes ſe agi partes, verſaríque ſurſum ac deorſum patientiſſimè ſinit: Ducitur ad macellum veluti agnus, & ne vnicum quidem edit balatum, neque ſingultus vllus è benedicto eius ore elapſus eſt. Omnes omnino excipit & recipit benigniſſimè,

Digitized by Google

ne paruulis quidem excluſis. ſiquidem eos, quos Apoſtoli ab illo amouerant, beneuolentiſſimè reuocat, reuocatosq́; in ſinum collocat, ſingularemq́ue ex eorum innocentia, pulchritudine, & angelica puritate capit voluptatem. Aduerte quanta, primâ fronte, videri poſſet eius ſimplicitas. Aſinus illi offertur pro ſolenni eius in Hieruſalem ingreſſu, eum conſcendit non minus lubens, atque alius generoſum aliquem, & ſuperbis Phaleris paramentisq́ue exornatum equum. Et ſic ciuitatem Hieroſolymitanā in triumphi ſpeciem ingreditur. Beneuolentiæ ac honoris ſigna plurima quidem exhibentur; ſed longè plures deſpectùs ac contemptûs illi inferuntur; tacet ad omnia, velut innocens columba, quæ nec morſa remordet, nec ablatam ſibi repetit plumam.

V. Quid referam de immenſa animi facilitate, & inſigni patientia, qua vſus eſt aduerſus ſuos, qui eum maximo feruore ad populum concionantem, cre-
Marc. 3. 21. dentes eum in furorem verſum, in medium proſilierunt & tenuerunt? Maiórne deſpectus illi poterat inferri? Erant eius conſanguinei & intimi amici, qui infe-

reban-

rebant; & in præſentia plurimorum hominum (qui eum adorabant vt Deum in terris) inferebant. Alius non ſimili præditus patientiâ & benignitate, & tali affectus dedecore, certo tumultum ciuiſſet. Quid? vt ſapientia increata & incarnata æſtimetur ſtultitia? Et hoc à proprijs diſcipulis & amicis! & hoc abſque cauſa, vt amittat omnem acquiſitam hactenus auctoritatem? & id in detrimentum & præiudicium plurimarum animarum, quæ eius concionibus & vitæ integritate ad Deum erant conuerſæ? Et ad hæc omnia tacere, veluti ſi mutus & inſenſibilis eſſet? Ecquis non amaret talis clementiæ exceſſum? Quis ei corpus, animamque flammis huiuſmodi charitatis & bonitatis cremanda non libentiſſimè offerret?

VI. Sile, Lector, Eheu! quid ibi vides? Ecce flet Ieſus, & calidę, riuuli inſtar, defluentes lacrymæ Ieſu cooperiunt genas. Quæ iſthæc cordis teneritudo! qualis dulcedinis exceſſus! vidit Mariam & Martham amicosque earum amarè flentes mortem Lazari: Eorum lacrymæ Chriſto eliciunt lacrymas, & marcida, ex dolore, eorum corda Chriſti cor e-

Digitized by Google

molliunt, & ita efficaciter emolliunt, vt primò fremat, ſecundò ſuſpiret, ac tertiò deinde copioſè lacrymas fundat: & non ferens diutius eorum languorem & afflictionem, cauſam tollit, dum Lazarum à morte ad vitam reuocat. Eius videns populus lacrymas, dicebat: *Ecce quomodo amabat eum!* Et ego dico: conſidera, an ipſamet bonitas maior ſit eâ bonitate, quæ pluſquam paterno & materno Chriſti corde clauſa continetur. Vade, vade, & ſi ſic videtur, deſpera Cain, propera ad laqueum Iuda; morere pertinaciter Latro, in tua rebellione, & animam tuam inferno deuotam, confeſtim eò detrude. longè malo ego cum bono Latrone ad infinitam eius clementiam recurrere, eius lacrymis animæ meæ maculas abluere, eius miſericordiam implorare, & quantuſcunque ſim peccator, & inter anguſtias deprehenſus, omni cum fiducia ad eius manſuetudinē, quæ longè peccatorum meorum multitudinem & magnitudinem excellit, quàm cælorum immenſitas terræ paruitatem, refugium meum habere.

Ioan. 11. 37.

VII. Quòd frequenter adiret conuiuia, inde nonnulli offendiculi cauſam

ſume-

ſumebant: & tantò maiorem, quòd vel ad Vſurarios, vel ad eos, qui aliqua infamiæ nota laborabant, ibat. Pro omni reſponſo illud erat: palam omnibus eſſe cupio me id facere mandato Patris, *qui miſit me vocare non iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.* Varijs nominibus, quæ excogitârat hominum malitia, Chriſti Domini candor denigrabatur, dicebatur enim potator Vini, Veneficus, dæmonium habens, amicus peccatorum, & hominum mali nominis, inimicus Cæſaris, ſeductor impius, Legis Moſaicæ contemptor, ignarus, fabri filius, idiota, omnis ſcientiæ expers, homo contemptibilis, nihili, peior Barabba, homo perduellis, fex populi; & ſexcentis alijs, ad placitum excogitatis nuncupabatur nominibus. Hæc omnia ſilens ferebat. Nunquam vel vnico gemitu hæc innocens columba ſibi ea diſplicere oſtēdebat, nunquam manſuetiſſimus agnus vllam voculam contra iſta ad ſui defenſionem, & iuſtificationem emiſit. Quid multis? maluit ſubire iacturam honoris & famæ, quàm vel in minimo manſuetudinis virtutem (quæ illi maximè cordi erat) imminuere.

Matth. 9. 14.

Denigratur cando Chriſti.

VIII. Mei ipſius impotens fio, quoties

ties mente deſcendo in abyſſum clementiæ Chriſti Saluatoris. Cæcum natum, qui importuniſſimè clamabat ad Chri-
Marc. 10. 47 & ſeqq. ſtum, dicens: *IESV fili David miſerere mei, fac vt videam,* &c. omnes qui aderant, increpabant, & comminabantur ei, vt taceret: Chriſtus è contra dicebat: nullâne vos capit commiſeratio miſeri iſtius hominis, qui lumen cæli non videt? & ad ſe adducto dixit: *quid vis tibi faciam?* Quid, optime Lector, aſcendit in cor tuum, quando audis clementiſſimum Dominum dicentem cæco, quod diceret patri ſuo æterno; Quid vis, vt faciam? Quaſi diceret: de mea diſpone potentia, quicquid poſſum ego, potes & tu, ita in tua poteſtate meam pono potentiam, manda quod lubet liberè, & futurum ſcias. O ſi mille nobis eſſent corda ad talem & tam flagrantem Chriſti bonitatem amandam vti deceret! Adde quod ne expectet quidem vt rogetur, ſed incredibili benignitate preces rogantium
Ioan. 5. 5. præuenit. Languidus alius iacebat ad probaticam piſcinam *triginta octo annos habens in infirmitate ſua.* Et nemo tot annorum ſpatio eius miſertus fuerat: *hunc cum vidiſſet IESVM iacentem,* miſericordia

mo-

motus, dixit illi: Vis ſanus fieri? Dictum, factum, in momento, ne expectato quidam reſponſo, ſciens voluntatem eius, ſanum illum fecit.

IX. Sed quid ſibi vult ſponſa in canticis, dum dicit, *meliora ſunt vbera tua vino optimo, fragrantia vnguentis optimis*? Videri poſſet ſimplex, & parum perita, quaſi verò viri haberent vbera & lac, ſicuti fœminæ. Et quod auget admirationem, eſt quòd S. Ioannes dicit in Apocalypſi, ſe vidiſſe filium hominis *veſtitum* podere, & *præcinctum ad mamillas Zona aurea. præcinctus ad mamillas*, quaſi diceret preſſus, ad aliquid ex ijs exprimendum & eliciendum pro ſpirituali alimento ſuorum ſeruorum. Et veriſſimè elicitur: tam bonus enim eſt Dominus, vt omnibus ſeruis ſuis omnia fiat, ſicut ait D. Paulus. Habet mamillas, & in ijs lac ad inſtar optimæ matris; habet vires & arma vti Pater pro filiorum ſuorum defenſione, habet in ore gladium, ad pugnandum pro nobis, vbi & quando opus eſt. Vocat ſe *fratrem* noſtrum, *Seruatorem, Miniſtrum, mediatorem, aduocatum, victimam, & omnia*, ſeque in omnem transformat ſpeciem & figuram in conſolationē ſuorum ſeruorum. Non facit:

Cant. 1. 1.

13.

Maiol. facit vti piſcis quidam, de quo ſcribit Plinius, quòd inſtante tempeſtate ex ſe productos piſciculos viuos deglûtit, & corporis ſui lateribus à ſæuientibus procellis immunes conſeruat; ſed ſeipſum in corda & corpora noſtra, mediante Venerabili Sacramento, immittit, vt ad inſtar ſatellitis alicuius, ea ab omni periculo intacta tueatur. Quid addi poteſt tantæ, & tam benignæ Chriſti tutelæ? Maledictus igitur omnis, qui non amat obiectum, & rem tot nominibus amabilem; imò dicamus cum S. Paulo: *Si quis*

1. Cor. 16. 21. *non amat Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, ſit anathema.* Maran. Atha.

X. Non diffitebor, gladius, quem geſtat, non parum mihi incutit terroris; ſi adeo eſt mitis, & labia eius aliud non

5. 13. & 4. 11. ſint, quàm *lilia diſtilantia myrrham primam, & ſub lingua eius non ſit aliud, quàm mel & lac,* vt refert ſponſa in canticis, quid illi cum gladio vtraque ex parte acuto? non vult fortaſſe loqui, niſi ſimul audientem ſicâ vulneret, & tot pugionis ictus vibret in ſinum auditorum, quot verba in aures eorundem? Iuſtiſſimæ eius choleræ ſexcentæ non deeſſent cauſæ ad querendum de extrema hominum malitia; &

prom-

Digitized by Google

promptiſſima eſſet eiuſdem iuſtitia ad porrigendum gladium, quo de iniurijs, bonitati ſuæ illatis, ſe vlciſceretur. Verùm tantùm abeſt, vt ſic agat, vt ne verbum quidem aſperius ex ore ſibi elabi ſinat. Cohibet gladium iuſti rigoris, qui ad caſtigandum inſtigat. Ita enim conſtitutus eſt bonus Dominus, vt malit propria labia, licet prorſus innoxia, eo gladio vulnerare, & dolorem vulnerum perpeti, quàm verbum aliquod paulò aſperius effari. Totam ſuam ſibi retinet choleram, & torrentes clementiæ pleno cornu in nos effundit. Ex quo colligimus gladium iſtum pro nobis eſſe potius, quàm contra nos. Terret nos ſuâ iuſtitiâ, vt eminentiſſimam eius quæramus charitatem, oſtendit & vibrat gladium, vt vibrati euitemus ictum; habet quidem, tenetque ore gladium, ne quoquo modo ſuauitati eripiatur, & rigori, noſtro malo, porrigatur: ſed cor ſuum clauemque miſericordiæ, quam impertit continuò, etiam ſuis inimicis, gerit manu. *Filiæ Hieruſalem*, inquit baiulans ſibi crucem, *nolite flere ſuper me*, parcite lacrymis, easque meliori occaſioni reſeruate: Flete Eheu! *flete* potius *ſuper vos ipſos*.

Digitized by Google

Luc. 23. 28. *ipſas, & ſuper filios veſtros,* quorum futurâ miſeriâ & infortunio anima mea magis affligitur, quàm corpus, ſit licet viribus penitus exinanitum, & crucis pondere grauatum. Et Samaritanæ dicit; poſtquam tergiuerſata fuerat petenti aquam dare: *O mulier, ſi ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forſitan petijſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam, & ſalientem in vitam æternam.* Dicere poterat illa: fac ergo erumpant tales fontes, & de ijs bibe; cur à me petis ex puteo hauſtam, cùm penes te ſint, vti dicis, omniũ fluminum ſcaturigines, & maria vniuerſa tuo pareant imperio.

Ioan. 4. 7. 10. 17.

XI. Res mira, petit vt det ipſe, ſiquidẽ loco hauſtûs aquæ, quem petit ſibi ab illa porrigi; integrum vult elargiri Oceanum; facit vt tres Reges reſerent theſauros, vt modicum quid inde ſibi elargiantur; ipſe interim eos omnibus paradiſi opibus ditaturus, Petit à te bolum panis, vt vniuerſum Patris Imperium tibi conferat. Memini ſupra me dixiſſe, Chriſtum eſſe ipſam dulcedinem, pœnitentiâ ductus, liberè reuoco: niſi enim veritatem velim diſſimulare, fateri debeo, eum millies centies dulciorem eſſe ipſa

ipſa dulcedine, manſuetiorem ipſa manſuetudine. Et vt dicit S. Dionyſius: *eius vita tota quanta, purè putè conſtat benignitate & manſuetudine.* Quin & ſponſa aſſerit ſponſum Ieſum ab adoleſcẽtulis Virginibus longè magis amari, quàm ipſa ſponſa ab ijſdem ametur. Nam cùm tam bonus ſit, vt eius bonitas neque finem, neque principium ad inſtar profundiſſimæ cuiuſdam abyſſi habeat, nónne par eſt, vt toto corde, totâ animâ, ac totis viribus, imò & vltra vires, ſi fieri poſſet, eum ament? In odore ſuauitatis & benignitatis eius adeo currunt, vt à mentis ſtatu quodammodo dimotæ videantur.

XII. Vtinam nobis perſpectus eſſet ſuauis eius conuerſationis tenor, quem ſtatim à primis annis, vſque ad trigeſimum conſtantiſſimè obſeruauit. Plato dicit, quòd ſi omnes in mundo eſſent ſapientes, neminem inuentum iri, qui alijs cum imperio vellet præeſſe. In Chriſti domo omnes erant ſapientes, Ioſephus in primis virorum optimus, Mater ſanctiſſima, quæ ipſamet erat modeſtia, & denique Chriſtus, fons & origo omnis omnino ſuauitatis. Quis imperabat? Chriſtúsne? poterat, cùm eſſet Deus, ſed

cùm ſimul eſſet filius, putáſne imperaſſet parentibus? Quis igitur? Dominâne noſtra clementiſſima? Hoc equidem illi debebatur, cùm eſſet Dei mater, ſed ſimul erat Ioſephi, Domini domûs ſponſa, & filia filij ſui: quî ergo à ſeipſa impetrare poterit, vt duobus ſe maioribus imperet? Ergo Ioſephus: deceret quidem, quia caput eſt familiæ, ſed vbi illi tantum animi, vt imperium ſibi vendicet in Deum, & Matrem Dei viuentis? Credo equidem omnes coarctari, dum de imperio cogitant, & affligi. Reperiebantur ergo in hac familia tres ſerui, abſque vllo Domino, omnes obediebant, nemine imperante, omnes tres erant Domini, & omnes ſerui. nec viſa vnquam eſt talis œconomia, & familiæ adminiſtratio. Ibi dominabatur manſuetudo; & modeſtia, nullo verbo edito, præcipiebat. Aduertendum tamen eſt, quòd quemadmodum Chriſtus alios humilitate & perfectione infinitâ antecellebat, ita modo infinito eoſdem ſuauitate & benignitate ſuperabat. *Erat* Luc. 3. *inquit ſacer Euangelij textus; ſubditus illis:* Quis? quibus? in quo? Deus ſubditus hominibus, & id in operibus rudioris & abie-

abiectioris artis vnius pauperculi fabri? Verùm, in quibus parentibus erat ſubditus? in omnibus, & per omnia; agnus erat de quo ad lubitum & placitum diſponere poterant; abſque vlla vllius contradictione. Deducis, dicit, pſalmiſta Regius, *Velut ouem Ioſeph*. Ego etiam dico, ô, vos, Ioſeph & Maria, Ieſum deducitis velut agnellum. S. Bern. de obed. Pſal. 79. 1.

XIII. Nónne videri poſſet completa figura, quæ dicit, *duas oliuas aureas* eſſe ſuper candelabrum aureum, ſuper quod pendebat lampas accenſa igni æterno, qui nunquam extinguitur? Beata Virgo, & Ioſeph, duæ paradiſi oliuæ, lilia diuina, & dulcedo totius Vniuerſi, ſemper inhærebant dulci IESVLO, imperij ſui delicijs. Diuinus verò infans miſcens eximium hoc balſamum cum dulcedine ſuæ benignitatis, cor ſuum ſuccendebat igni adeo iucundo, vt eo Deum & Angelos mirum in modum lætificaret. O quanti & quàm iucundi torrentes ineffabilis pacis fluebant per hunc paradiſum terreſtrem! & quæ ſe non obijciebant videnda aſpectu longè iucundiſſima in hac ſancta familia? Quis nobis enarrabit modeſtiam oculorum diuini Zach. 4. 3 11. & 12.

iſtius puſionis? Quis verborum ſuauita-
tem? quis facilitatem in obediendo?
quis ſerenitatem vultûs? quis ſtatum &
habitum plenum Maieſtatis totius diui-
næ eius perſonæ? quis obſeruantiam &
venerationem aduerſus patrem æter-
num? quis modum agendi & conuiuen-
di cum ſuis parentibus? benignitatem
conuerſando cum mortalibus, quis hu-
manitatem & comitatem aduerſus eos
qui ad Patris officinam ventitabant ad
conſtituendum opus aliquod facien-
dum? Angeli qui coràm præſentes ocu-
lis conſpexreunt, & ſuſpexerunt, id cha-
ritatis beneficium præſtare poſſent, niſi
Deo aliter videretur: qui mauult nos id
per nos ipſos imaginari, vt firmius ani-
mis noſtris imprimatur.

XIV. Nunquam equidem finem in-
uenirem, ſi omnes Chriſti actiones dul-
cedinis ſaccaro condîtas minutim pro-
ſequi vellem: ideo caput hoc earum a-
ctionum vnâ, quæ præ cæteris ad ſe ani-
mum rapit in admirationem, conclude-
re decreui. Se comparat Patri filij pro-
digi, qui videns filium ſuum prodigum,
Luc. 15. 20. *cum adhuc longè eſſet, miſericordiâ motus eſt, &*
accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus
Zach. 4. 14. *eſt eum*, quaſi diceret, non continuerunt
ſe

ſe viſcera eius, accurrit, oblitus grauitatis; & ſenij debilitatis, irruit in eum, oſcula figit, & omnem, etiam non rogatus, culpam & errata ſuperioris ætatis condonat vniuerſa, pacem impertit, & ſuis eum lacrymis vndique perfundit. Quid multis? tanta paterni amoris clementiæ ſigna dedit, vt frater alter ſcandalizaretur. Hoc modo aduerſus filios & redemptos ſuos agit filius hominis, vel potius *filius olei, & manſuetudinis Vnigenitus*, vt loquuntur ſacræ litteræ. quid dico hoc modo, cùm longè ſuperet Patrem illum Euangelicum? non enim expectat, vt ille expectauit, vt filius ad ſe pœnitentiâ ductus reuertatur, ſed ipſemet longiſſimis per maria, & per terras itineribus eum inſequitur, & quærit. & vbi nos, ouem errantem & perditam inuenerit in deſerto, humeris imponit; & credit ſe paradiſum geſtare, quando aliquem noſtrum ad pœnitentiam conuerſum nanciſcitur, quem ad Patris thronum ſiſtere, & conſpectui Angelorum repreſentare poſſit. Et maius vult eſſe gaudium & lætitiã de inuentione, & relatione huiuſmodi erraticæ ouis ad ouile, *quàm ſuper nonaginta nouem iuſtos, qui am-*

Digitized by Google

plius non egent pœnitentia; quia nimirum illi iam confirmati ſunt in gratia. O quantopere nos deberet pudere, quòd tantam clementiam & ſupereminentem Chriſti benignitatem tam frigidè amemus! Et quàm turpe & abſurdum eſt, quòd tam incauti, tam inconſiderati ſimus in noſtris verbis, in noſtra vita, & in omnibus noſtris actionibus, & fratres noſtros, tum verbis, tum rebus ita tractemus, ac ſi iurati noſtri eſſent hoſtes, & nos homines eſſemus ex vltima Arabia, exuti omnem rationem & humanitatem. Non ferimus, vt vel minimo verbo, vel extremitate digiti tangamur. ſi autem id ſubinde eueniat, in extremam confeſtim erumpimus choleram, verba effutimus tanta cum animi commotione, & ardore, vt quilibet non magno negotio ex oculis, & vultu turbulentam interioris animi conſtitutionem, bullientis cholera plenam, nec non breuem inſaniam, (quæ ſusque deque fert animas noſtras, & ſi quas habemus virtutes, eas deturpat) poſſit colligere. Sed illud peſſimum eſt, quòd velimus, vt homines credant nos ex puro puto id agere zelo, & vt fœtidum, qui ex noſtrorum verborum camino

Digitized by Google

mino exhalat, fumum, puriſſimum ignẽ eſſe arbitrentur. Cur potius obſecro vitam noſtram non cõformamus vitæ Saluatoris, cùm quicquid in ea reperitur, pura ſit benignitas, purum manna, pura clementia! &, cùm animaduertamus (omnibus iuſto pondere libratis) eum iudicaſſe potiſſimum eſſe modum, vt homines ad officium, & ad Deum reuocentur, ſi quis eos manſuetudine, humanitate, ac comitate excipiat & tractet, cur eum non ſequimur? IESV DVLCISSIME, ô amor animæ meæ, MVTA, MVTA, OBSECRO, DVRISSIMVM ET PERVERSISSIMVM COR MEVM: quod, cùm aſſiduè pectus tundendo, id emollire velle videatur, ipſum tamen ſemper durum, inſtar adamantis permanet. O IESV mi dulcedo cæleſtis, obſecro, illud emolli, illud inebria aquis viuis, aquis grati ſaporis, aquis è fonte ineffabilis bonitatis tuæ erumpentibus, *& ſalientibus in vitam æternam*; fac vt maſueſcat, fac vt docile fiat; fac vt repleatur Chriſtianâ benignitate, & abundet cæleſti humanitate; illud artificio tibi noto contere, vt conteri ſolet duriſſimus adamas, vt flecti inflexibiles rupes conſueuerunt. Doce me MANSVE-

Digitized by Google

TVDINEM, & mihi deſpondiſti omnium animorum imperatricem. Et hoc vnicum, ſcito omnia eſſe animæ meæ deſideria. Hoc IESV mihi, per infinitam bonitatem tui ſacratiſſimi cordis, (quod ſponſus eſt ſanctæ MANSVETVDINIS) oro & obteſtor, fac me ſimilem S. Popponi abbati, qui cùm miſericordiâ & liberalitate videretur excedere, ei proinde exceſſus, & depauperatio Monaſterij, cui præerat, obijceretur, reſpondit: Vtinam, inquit, & hoc Deum ſupplex oro, vt damner propter nimiam charitatem, & commiſerationem aduerſus homines in afflictione conſtitutos. Aliud non occurrit remedium: aut amandum, aut moriendum eſt.

CAPVT XIV.

Certamen inter orientem & occidentem, ſeu inter Eccleſiam Græcam & Latinam, quæ earum magis amârit Chriſtum, vel ſaltem, quæ melius & copioſius eundem laudârit.

PRINCIPIVM ſumamus ab Eccleſia orientali, laxemus torrentes

rentes puro auro fluentes ; & oracula, quæ quondam ad ſe vniuerſum mundum rapuerunt, audiamus. Eorum habere oportet ingenia, vel minimùm eorum linguas cæleſti nectare imbutas, ad rectè referenda ea (quæ olim de Chriſto dixerunt) & ad detegendum amorem, quo viuentes in Chriſtum ferebantur. Is meo iudicio, qui dicit Chriſtum eſſe ſcopum, in quem ſancti tum noui, tum veteris teſtamenti collineant, verba eius ſunt : *ſcopus Prophetarum & Sanctorum omnium eſt Dominus IESVS*, omnium optimè dixit. nam omnes inſigniores ſuos conceptus & ſublimiores cogitationes communiter illi ſuſcipiebant & referebant in Chriſtum, ſeu verbum incarnatum ; & eorum quilibet magno ſtudio conabatur deſignatum ſcopum contingere, vt palmam poſſet reportare. Solenne olim erat, dum Regibus & Monarchis filij naſcerentur, celeberrimos quoſque Aſtrologos, ex omni orbis parte conuocari, ad faciendum illis horoſcopum ; ad prædicendam eorum fortunam, & magnitudinem rerum feliciter ab ijs gerendarum. Et qui omnium optimè dicebat, honorem & præmium opti- Corn. in Prophet.

mum referebat. Teſtis huius rei eſt Daniel propheta, qui, cùm Regis cogitationes, vt in veritate rei fuerant, retuliſſet, ornatus ſtatim eſt, vt Rex quiſpiam, & adoratus vt paruus aliquis Deus ſuper terram. Videamus igitur nunc, an Græci, an verò Latini ſint palmam reportaturi, & qui ſcopum ſanctiſſimæ vitæ Chriſti, & id, quòd maximè Chriſtum nobis reddit amabilem, rectius tacturi.

I. S. Dionyſius, Diſcipulus Diui Pauli, qui Chriſtum viderat, & res ineffabiles ab eo didicerat, credens ſe omnia dicere, quæ ſequuntur verba, dixit de Chriſto, *apex totius ſanctitatis eſt IESVS*. Hunc in modum id poteſt declarari: Iphicrates, vt omnium Athenienſium Ducum & Imperatorum caput & decus videretur, omnia eorum trophæa vnum in locum comportari curauit, & comportatis nomen ſuum inſcribi imperauit: TROPHÆA IPHICRATIS. Quaſi diceret: quicquid alij hactenus in bellis preclarè geſſerũt, minima id eſt gloria, & minima Iphicratis (cui par vſq; nunc nõ eſt repertus) ſunt trophæa, ita tu omnium hominum, omniumque Angelorum eminentiſſimis

Eccl. Hier. c. 4.

qui-

Digitized by Google

quibuſq; perfectionibus in vnã cõſtatis, inſcribito: *IESVS apex totius ſanctitatis.* Inſtabis: hoc dictum de Chriſto, quod veriſſimum eſt, cæteris omnibus videtur ſilentium imperare; quid enim illo dicto excellentius, quid amore dici poteſt dignius? Te, optime Lector, amicè moneo, ne te ſinas tam citò ab inchoato ſermone ad alia transferri, inſiſte cæptis tantiſper, dum etiam alia audias; audies enim ſtatim plurima. Dic ſolummodo, & frequenter dic in corde tuo: VIVAT IESVS, & quando animam tuam præ gaudio raptam ſenſeris, ex auditu laudum tui amoris, & theſauri Saluatoris Chriſti, dicito centies millies: VIVAT IESVS.

II. Quid? inquit, S. Irenæus, vt video, non loqueris niſi de creaturis; aſcendamus audacter, aſcendamus inquam altius; & propoſiti ſcopi centrum petamus. Verba eius ſic habent: *Dominus Ieſus eſt adunitio, & communio Dei & hominum.* Ex parte vna omnem omnino omnium creaturarum pulchritudinem conſtitue, & ex altera diuinitatem, hæc inter ſe colligato, & (liceat claritatis ergo ſic loqui) identificato, vnamque conſtituto

to perſonam, & verbum Incarnatum cõſtituiſti. VIVAT IESVS. Sanctus Irenæus victoriam obtinuit: quid enim vel melius, vel amabilius dici poteſt? Quid hoc rei eſt, Lector, iterum te ſinis aliò transferri? Amabò, patienti animo paululùm me ſuſtineto: & alia, quæ ad extollendum diuinum Saluatoris amorem ipſemet Sanctus Irenæus dicat, intelliges: dicit autem, quòd ſeipſum exinaniuit optimus Dominus, & quodammodo omnes theſauros ſuos exhauſit, facultateſque expendit amore noſtri, *vt eius paupertate diuites eſſemus*: quaſi vellet dicere: adeo nos amauit, vt imperij ſui diadema capite ſuo detraheret, vt eo noſtra exornaret. Clama ergo hic quantùm vis, quantùm vox, lateraque patiuntur: VIVAT IESVS, VIVAT OPTIMVS IESVS: meretur ſiquidem hæc, & longè plura. Nec dubium, quin cogitatio iſta magnum habeat momentum apud omnes ſinceros Chriſti amatores.

III. Si præmium ſit calcar & ſtimulus amoris, Euſebius Cæſarienſis videri poſſet omnibus alijs illud erepturus: *Chriſtus, inquit, eſt victima generis humani.* Nec multùm cedet Didimus, qui eum

indi-

indigitat *Legatum Dei Patris, & Pontificem noſtrum.* Qui cùm videret vniuerſum mundum damnationi ſubiacere, tactus miſericordiâ, factus eſt ſummus ſacerdos, & ſimul Victima, vt ſeipſum pro nobis offerret iuſtitiæ patris hoſtiam ſalutarem. Vnde maluit à Pilato condemnari, quàm ſinere vt iuſto æterni patris rigore damnaremur, & in perpetuas æternitates igni addiceremur. Ob quod Baſilius Magnus eum vocat: *pretium mundi.* In præfat. libr. 2. de Spiritu S. ſi tota antiquitas nunquam ſatis potuit admirari ſancti Paulini charitatem, qui voluntariè in captiuitatem ſeipſum tradidit, vt hominem vilem ex ea vendicaret; quantò maiorem Chriſtus meretur admirationem & amorem, qui ſe pro nobis omnibus tradidit in mortem? Qui ſummus eſt charitatis gradus? ad quem pateat acceſſus. Quis ergo prudens eum non amabit, imò quis poterit non amare?

IV. Permultùm me recreat aſtrum illud Orientale, & totius Græciæ lilium Cyrus Apollin. qui dicit: *Chriſtum eſſe infinitam Dei clementiam.* Quaſi diceret; ſi infinita Dei clementia ſibi dignaretur aptare corpus, & humanos aſſumere artus;

tus; præciſè aſſumeret quod Saluator noſter re ipſa nunc eſt, eſt autem ipſamet ęterna bonitas. *Chriſtus inquit S. Bernardus, ſe exinaniuit Maieſtate, non bonitate.* ſi explicationem deſideras; animum aduerte: Chriſtus Maieſtatem ſuam abſcondit; ſeueritatem nube humanitatis obtexit, & quicquid metum incutere nobis poterat, obnubilauit; ſolam autem bonitatem, qua animos hominum velut in funiculis Adæ ſuauiter & potenter ad ſe attraheret; ſibi reſeruauit. Ad eundem ſcopum collineabat Sanctus Gregorius Nyſſenus, quando dicebat: *Chriſtus eſt reſtitutor priſtinæ pulchritudinis.* Quid ſibi iſtis verbis velit S. Doctor intellige: Deus hominem ex nihilo creârat; & quidem ad imaginem ſuam, vt eſſet paruus quidam Deus ſuper terram; ex Deo ſeipſum homo fecit dæmonem; & ex ſancto, hominem nequiſſimum: Verbum autem æternum; ex Deo fecit ſe nihil, dum fecit ſe lutum & hominem; & hoc ideo, vt priſtinæ dignitati & pulchritudini nos reſtitueret. Quod Sanctus Auguſtinus dicet ſuo loco, quando enunciabit, *Deum factum hominem, vt homo fieret Deus.* Quid amabit cor humanum, ſi non amet amorem

Lib. de vita Moſis.

Serm. de natiu.

morem Chriſti infinitè amabilem? Quādo ſe regijs veſtibus expoliauit Aſſuerus, vt ijs exornaret Mardochæum, non minoris, imò pluris Mardochæi fortuna æſtimabatur, quàm Aſſueri regum maximi. Eorum enim alterum natura & ortus; alterum autem fortuna & virtus fecerat Regem. *Deus, inquit Seneca, naturâ ſuâ bonus eſt, homo autem ſuâ virtute.* Noli mirari, lector, eſt Ethnicus, qui loquitur, æquo quidem audacius, intellectus tamen benè, bonum habet ſenſum. Verbum æternum veriſſimus eſt æterni Patris filius, qui cùm vltra non poſſet, nos effecit filios adoptiuos, & cohæredes ſuos. *Hæredes Dei,* inquit D. Paulus, *& cohæredes Christi.* Ecquis humanus amor, tam diuinum & infinitum amorem valeat compenſare? Sen. Epiſt.

V. Meo equidem iudicio rem acu tetigit Euthymius, quando dixit: *Chriſtus eſt ſolutio omnium difficultatum.* Ad quamcunque ſcripturæ ſacræ difficultatem diſſoluendam & remoram remouendam adhibe Chriſtum, vt adhiberi conſueuit Chryſtallus exquiſita litteris adeo minutè efformatis, vt legi nequeant; vt ſol qui ſuo ortu omnia illuminat obiecta; In Matth.

vt

iſtius puſionis? Quis verborum ſuauitatem? quis facilitatem in obediendo? quis ſerenitatem vultûs? quis ſtatum & habitum plenum Maieſtatis totius diuinæ eius perſonæ? quis obſeruantiam & venerationem aduerſus patrem æternum? quis modum agendi & conuiuendi cum ſuis parentibus? benignitatem conuerſando cum mortalibus, quis humanitatem & comitatem aduerſus eos qui ad Patris officinam ventitabant ad conſtituendum opus aliquod faciendum? Angeli qui coràm præſentes oculis conſpexreunt, & ſuſpexerunt, id charitatis beneficium præſtare poſſent, niſi Deo aliter videretur: qui mauult nos id per nos ipſos imaginari, vt firmius animis noſtris imprimatur.

XIV. Nunquam equidem finem inuenirem, ſi omnes Chriſti actiones dulcedinis ſaccaro conditas minutim proſequi vellem: ideo caput hoc earum actionum vnâ, quæ præ cæteris ad ſe animum rapit in admirationem, concludere decreui. Se comparat Patri filij prodigi, qui videns filium ſuum prodigum,
Luc. 15. 20. *cum adhuc longè eſſet, miſericordiâ motus eſt, & accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus*
Zach. 4. 14. *eſt eum.* quaſi diceret, non continuerunt

ſe

ſe viſcera eius, accurrit, oblitus grauitatis; & ſenij debilitatis, irruit in eum, oſcula figit, & omnem, etiam non rogatus, culpam & errata ſuperioris ætatis condonat vniuerſa, pacem impertit, & ſuis eum lacrymis vndique perfundit. Quid multis? tanta paterni amoris clementiæ ſigna dedit, vt frater alter ſcandalizaretur. Hoc modo aduerſus filios & redemptos ſuos agit filius hominis, vel potius *filius olei, & manſuetudinis Vnigenitus,* vt loquuntur ſacræ litteræ. quid dico hoc modo, cùm longè ſuperet Patrem illum Euangelicum? non enim expectat, vt ille expectauit, vt filius ad ſe pœnitentiâ ductus reuertatur, ſed ipſemet longiſſimis per maria, & per terras itineribus eum inſequitur, & quærit. & vbi nos, ouem errantem & perditam inuenerit in deſerto, humeris imponit; & credit ſe paradiſum geſtare, quando aliquem noſtrum ad pœnitentiam conuerſum nanciſcitur, quem ad Patris thronum ſiſtere, & conſpectui Angelorum repreſentare poſſit. Et maius vult eſſe gaudium & lætitiã de inuentione, & relatione huiuſmodi erraticæ ouis ad ouile, *quàm ſuper nonaginta nouem iuſtos, qui am-*

 plius

plius non egent pœnitentia; quia nimirum illi iam confirmati ſunt in gratia. O quantopere nos deberet pudere, quòd tantam clementiam & ſupereminentem Chriſti benignitatem tam frigidè amemus! Et quàm turpe & abſurdum eſt, quòd tam incauti, tam inconſiderati ſimus in noſtris verbis, in noſtra vita, & in omnibus noſtris actionibus, & fratres noſtros, tum verbis, tum rebus ita tractemus, ac ſi iurati noſtri eſſent hoſtes, & nos homines eſſemus ex vltima Arabia, exuti omnem rationem & humanitatem. Non ferimus, vt vel minimo verbo, vel extremitate digiti tangamur. ſi autem id ſubinde eueniat, in extremam confeſtim erumpimus choleram, verba effutimus tanta cum animi commotione, & ardore, vt quilibet non magno negotio ex oculis, & vultu turbulentam interioris animi conſtitutionem, bullientis choleræ plenam, nec non breuem inſaniam, (quæ ſusque deque fert animas noſtras, & ſi quas habemus virtutes, eas deturpat) poſſit colligere. Sed illud peſſimum eſt, quòd velimus, vt homines credant nos ex puro puto id agere zelo, & vt fœtidum, qui ex noſtrorum verborum ca-

mino

mino exhalat, fumum, puriſſimum ignẽ eſſe arbitrentur. Cur potius obſecro vitam noſtram non cõformamus vitæ Saluatoris, cùm quicquid in ea reperitur, pura ſit benignitas, purum manna, pura clementia! &, cùm animaduertamus (omnibus iuſto pondere libratis) eum iudicaſſe potiſſimum eſſe modum, vt homines ad officium, & ad Deum reuocentur, ſi quis eos manſuetudine, humanitate, ac comitate excipiat & tractet, cur eum non ſequimur? IESV DVLCISSIME, ô amor animæ meæ, MVTA, MVTA, OBSECRO, DVRISSIMVM ET PERVERSISSIMVM COR MEVM: quod, cùm aſſiduè pectus tundendo, id emollire velle videatur, ipſum tamen ſemper durum, inſtar adamantis permanet. O IESV mi dulcedo cæleſtis, obſecro, illud emolli, illud inebria aquis viuis, aquis grati ſaporis, aquis è fonte ineffabilis bonitatis tuæ erumpentibus, *& ſalientibus in vitam æternam*; fac vt maſueſcat, fac vt docile fiat; fac vt repleatur Chriſtianâ benignitate, & abundet cæleſti humanitate; illud artificio tibi noto contere, vt conteri ſolet duriſſimus adamas, vt flecti inflexibiles rupes conſueuerunt. Doce me MANSVE-

TVDINEM, & mihi deſpondiſti omnium animorum imperatricem. Et hoc vnicum, ſcito omnia eſſe animæ meæ deſideria. Hoc IESV mihi, per infinitam bonitatem tui ſacratiſſimi cordis, (quod ſponſus eſt ſanctæ MANSVETVDINIS) oro & obteſtor, fac me ſimilem S. Popponi abbati, qui cùm miſericordiâ & liberalitate videretur excedere, ei proinde exceſſus, & depauperatio Monaſterij, cui præerat, obijceretur, reſpondit: Vtinam, inquit, & hoc Deum ſupplex oro, vt damner propter nimiam charitatem, & commiſerationem aduerſus homines in afflictione conſtitutos. Aliud non occurrit remedium: aut amandum, aut moriendum eſt.

CAPVT XIV.

Certamen inter orientem & occidentem, ſeu inter Eccleſiam Græcam & Latinam, quæ earum magis amârit Chriſtum, vel ſaltem, quæ melius & copioſius eundem laudârit.

PRINCIPIVM ſumamus ab Eccleſia orientali, laxemus torrentes

rentes puro auro fluentes; & oracula, quæ quondam ad ſe vniuerſum mundum rapuerunt, audiamus. Eorum habere oportet ingenia, vel minimùm eorum linguas cæleſti nectare imbutas, ad rectè referenda ea (quæ olim de Chriſto dixerunt) & ad detegendum amorem, quo viuentes in Chriſtum ferebantur. Is meo iudicio, qui dicit Chriſtum eſſe ſcopum, in quem ſancti tùm noui, tum veteris teſtamenti collineant, verba eius ſunt: *ſcopus Prophetarum & Sanctorum omnium eſt Dominus IESVS*, omnium optimè dixit. nam omnes inſigniores ſuos conceptus & ſublimiores cogitationes communiter illi ſuſcipiebant & referebant in Chriſtum, ſeu verbum incarnatum; & eorum quilibet magno ſtudio conabatur deſignatum ſcopum contingere, vt palmam poſſet reportare. Solenne olim erat, dum Regibus & Monarchis filij naſcerentur, celeberrimos quoſque Aſtrologos, ex omni orbis parte conuocari, ad faciendum illis horoſcopum; ad prædicendam eorum fortunam, & magnitudinem rerum feliciter ab ijs gerendarum. Et qui omnium optimè dicebat, honorem & præmium opti- Corn. in Prophet.

mum referebat. Teſtis huius rei eſt Daniel propheta, qui, cùm Regis cogitationes, vt in veritate rei fuerant, retuliſſet, ornatus ſtatim eſt, vt Rex quiſpiam, & adoratus vt paruus aliquis Deus ſuper terram. Videamus igitur nunc, an Græci, an verò Latini ſint palmam reportaturi, & qui ſcopum ſanctiſſimæ vitæ Christi, & id, quòd maximè Chriſtum nobis reddit amabilem, rectius tacturi.

I. S. Dionyſius, Diſcipulus Diui Pauli, qui Chriſtum viderat, & res ineffabiles ab eo didicerat, credens ſe omnia dicere, quæ ſequuntur verba, dixit de Chriſto, *apex totius ſanctitatis eſt IESVS*. Hunc in modum id poteſt declarari: Iphicrates, vt omnium Athenienſium Ducum & Imperatorum caput & decus videretur, omnia eorum trophæa vnum in locum comportari curauit, & comportatis nomen ſuum inſcribi imperauit: TROPHÆA IPHICRATIS. Quaſi diceret: quicquid alij hactenus in bellis preclarè geſſerũt, minima id eſt gloria, & minima Iphicratis (cui par vſq; nunc nõ eſt repertus) ſunt trophæa, ita tu omnium hominum, omniumque Angelorum eminentiſſimis

Eccl. Hier. c. 4.

qui-

quibuſq; perfectionibus in vnā cōſtatis, inſcribito: *IESVS apex totius ſanctitatis.* Inſtabis: hoc dictum de Chriſto, quod veriſſimum eſt, cæteris omnibus videtur ſilentium imperare; quid enim illo dicto excellentius, quid amore dici poteſt dignius? Te, optime Lector, amicè moneo, ne te ſinas tam citò ab inchoatò ſermone ad alia transferri, inſiſte cæptis tantiſper, dum etiam alia audias; audies enim ſtatim plurima. Dic ſolummodo, & frequenter dic in corde tuo: VIVAT IESVS, & quando animam tuam præ gaudio raptam ſenſeris, ex auditu laudum tui amoris, & theſauri Saluatoris Chriſti, dicito centies millies: VIVAT IESVS.

II. Quid? inquit, S. Irenæus, vt video, non loqueris niſi de creaturis; aſcendamus audacter, aſcendamus inquam altius; & propoſiti ſcopi centrum petamus. Verba eius ſic habent: *Dominus Ieſus eſt adunitio, & communio Dei & hominum.* Ex parte vna omnem omnino omnium creaturarum pulchritudinem conſtitue, & ex altera diuinitatem, hæc inter ſe colligato, & (liceat claritatis ergo ſic loqui) identificato, vnamque conſtituto

to perſonam, & verbum Incarnatum cõſtituiſti. VIVAT IESVS. Sanctus Irenæus victoriam obtinuit: quid enim vel melius, vel amabilius dici poteſt? Quid hoc rei eſt, Lector, iterum te ſinis aliò transferri? Amabò, patienti animo paululùm me ſuſtineto: & alia, quæ ad extollendum diuinum Saluatoris amorem ipſemet Sanctus Irenæus dicat, intelliges: dicit autem, quòd ſeipſum exinaniuit optimus Dominus, & quodammodo omnes theſauros ſuos exhauſit, facultateſque expendit amore noſtri, *vt eius paupertate diuites eſſemus*: quaſi vellet dicere: adeo nos amauit, vt imperij ſui diadema capite ſuo detraheret, vt eo noſtra exornaret. Clama ergo hic quantùm vis, quantùm vox, lateraque patiuntur: VIVAT IESVS, VIVAT OPTIMVS IESVS: meretur ſiquidem hæc, & longè plura. Nec dubium, quin cogitatio iſta magnum habeat momentum apud omnes ſinceros Chriſti amatores.

III. Si præmium ſit calcar & ſtimulus amoris, Euſebius Cæſarienſis videri poſſet omnibus alijs illud erepturus: *Chriſtus, inquit, eſt victima generis humani.* Nec multùm cedet Didimus, qui eum

indi-

indigitat *Legatum Dei Patris, & Pontificem noſtrum.* Qui cùm videret vniuerſum mundum damnationi ſubiacere, tactus miſericordiâ, factus eſt ſummus ſacerdos, & ſimul Victima, vt ſeipſum pro nobis offerret iuſtitiæ patris hoſtiam ſalutarem. Vnde maluit à Pilato condemnari, quàm ſinere vt iuſto æterni patris rigore damnaremur, & in perpetuas æternitates igni addiceremur. Ob quod Baſilius Magnus eum vocat: *pretium mundi.* ſi tota antiquitas nunquam ſatis potuit admirari ſancti Paulini charitatem, qui voluntariè in captiuitatem ſeipſum tradidit, vt hominem vilem ex ea vendicaret; quantò maiorem Chriſtus meretur admirationem & amorem, qui ſe pro nobis omnibus tradidit in mortem? Qui ſummus eſt charitatis gradus? ad quem pateat acceſſus. Quis ergo prudens eum non amabit, imò quis poterit non amare? In præfat. libr. 2. de Spiritu S.

IV. Permultùm me recreat aſtrum illud Orientale, & totius Græciæ lilium Cyrus Apollin. qui dicit: *Chriſtum eſſe infinitam Dei clementiam.* Quaſi diceret; ſi infinita Dei clementia ſibi dignaretur aptare corpus, & humanos aſſumere artus;

morem Chriſti infinitè amabilem? Quã-do ſe regijs veſtibus expoliauit Aſſuerus, vt ijs exornaret Mardochæum, non mi-noris, imò pluris Mardochæi fortuna æ-ſtimabatur, quàm Aſſueri regum maxi-mi. Eorum enim alterum natura & or-tus; alterum autem fortuna & virtus fe-cerat Regem. *Deus, inquit Seneca, naturâ ſuâ bonus eſt, homo autem ſuâ virtute.* Noli mirari, lector, eſt Ethnicus, qui loqui-tur, æquo quidem audacius, intellectus tamen benè, bonum habet ſenſum. Ver-bum æternum veriſſimus eſt æterni Pa-tris filius, qui cùm vltra non poſſet, nos effecit filios adoptiuos, & cohæredes ſuos. *Hæredes Dei,* inquit D. Paulus, *& co-hæredes Chriſti.* Ecquis humanus amor, tam diuinum & infinitum amorem va-leat compenſare? Sen. Epiſt.

V. Meo equidem iudicio rem acu te-tigit Euthymius, quando dixit: *Chriſtus eſt ſolutio omnium difficultatum.* Ad quam-cunque ſcripturæ ſacræ difficultatem diſſoluendam & remoram remouendam adhibe Chriſtum, vt adhiberi conſueuit Chryſtallus exquiſita litteris adeo mi-nutè efformatis, vt legi nequeant; vt ſol qui ſuo ortu omnia illuminat obiecta; In Matth.

vt

Laborvm Iacob Patriarchæ, Caſtitas Iosephi, Pvlchritvdo Ivdith, Potentia Esther ſolùm erant teſſellæ inſititiæ, quæ ſimul coniunctæ efficiebant opus vermiculatum perſonæ Domini Saluatoris. Et hoc nónne meretur, vt perpetuò adoretur?

VI. Amabo quid ſibi vult S Ioannes Damaſcenus, quando vnicum tantum dicit verbum, ſed verbum tale, quod dum effertur, omnia dicit? *IESVS eſt admiratio*: quod eſt dicere, Iesvs talis eſt, vt ſtupori, prodigio & ſummæ admirationi ſit Angelis, & hominibus vniuerſis. Quaſi in tota rerum natura nihil admiratione dignum reperiretur præter Meſſiam, qui totus ex miraculis conſtare videtur. Dictum enim eſt de illo: *Totus Chriſtus miraculum eſt*. Tam cæci & amentes olim fuerunt pagani, vt crediderint, ac ſcriptis etiam mandârint, vice quâdam ab omnibus Dijs indicta eſſe comitia, & ad ea omnes Deos Deasque conueniſſe, ad Deam aliquam creandam, cui communibus votis Dij Deæque omnes optimum, quod in diuinitate ſua haberent, contribuerent. Dictum, factum, eam Deam Pandoram nuncupârunt.

Lib. 4. F. oran. c. 12.

T Alius

Alius etiam extruens templum, quod omnia, eius opinione, humana opera debebat anteire, Pantheon voluit denominari. In eo quicquid hominum exiſtimatione diuinum in vniuerſo orbe magnâ conquiſitum diligentiâ reperiri potuit, collocari curauit. Sed illud totum fabula eſt; hoc autem pura vanitas & dementia. Verùm ſincera eſt veritas, quòd perſona Meſſiæ ſit accumulatio rerum tam admirabilium, & ſimul tam amabilium, vt qui eum non ſuſpiciat, non amet, non admiretur, oculo, corde, & animâ careat, oportet. Vt autem dictum ſuum nouo fulciat argumento idem Sanctus aliam adfert definitionem, & dicit: *Chriſtus eſt homo faciens Deos.* Quaſi diceret: Vis videre hominem, qui creet Deos? hoc proprium eſt verbi incarnati. Videtur, ſi non repugnaret, libenter ſe ſuâ diuinitate ſpoliaturus, vt nobis eam conferret. O VIVAT, VIVAT IGITVR, OPTIMVS IESVS. Age, Lector, par pari referamus, dicamusque ſi IESVS non eſſet Deus, & penes me eſſet Deum conſtituere, eum conſtituerem ex animo. Dicamus adhuc melius: ſi eſſem Deus, quod eſt impoſſibile, (ſed peto nunc ali-

Agrippa.

quid

quid concedi exceſſui amoris) ita inquam ſi Deus eſſem, & ille non eſſet, libentiſſimè mea me exuerem diuinitate, & eam integrè, irreuocabiliter, æternaliter, & perlibenter Domino meo IESV Chriſto, vnico cordis mei theſauro elargirer. Tract. 33. in Matth.

VII. Origenes ſemper manet Origenes, id eſt, ingenium quod omnia tranſcendit, & quod, velut Aquila alias aues volando, ſubtilitate ſua excedit alia omnia. *Chriſtus, inquit, eſt virtus diuina incluſa in corpore*: quod ſignificat: corpus Meſſiæ eſt repoſitorium diuinitatis, & precioſa theca diuinarum perfectionum; Eſt *ſanctum ſanctorum*, in quo abſque vlla interpoſita mora Pater æternus, & Spiritus ſanctus intuentur hanc Verbi æterni arcam; *in qua ſunt omnes theſauri ſcientiæ, & ſapientiæ Dei abſconditi*. Eſt paradiſus concluſus. vt habetur in Canticis: *Paradiſus concluſus, ſoror mea ſponſa*. Quaſi ad Eccleſiam ſponſam ſuam diceret Chriſtus ſpõſus, mea humanitas eſt paradiſus, quem inhabitat infinita Maieſtas omnis diuinitatis. Quod ſanctus Dionyſius eminentiſſimis terminis, vt aſſolet, extulit; *Chriſtus eſt mixta operatio ex diuinitate & hu-* 4. c.

Digitized by Google

manitate. O quàm ſacra eſt iſta mixtura, & eximia mixtio, vbi humanitas abſorpta eſt à diuinitate, & diuinitas quaſi exinanita ab humanitate! FOEMINA AMICTA SOLE, HOMO DEVS, & DEVS HOMO. Eheu! me deficiunt verba, ad enuncianda & enucleanda ea, quæ Sancti iſti, antiquæ Eccleſiæ oracula amore Chriſti velut ecſtaſi quâdam abrepti, de eo dixerunt. S. Athanaſius tranſilit lineam, & liberè dicit: *quid eſt Chriſtus? eſt Deificatio carnis noſtræ.* Et ſenſus hic eſt: Chriſtus eſt eleuatio miſeræ noſtræ humanitatis, ad tam eminentis gloriæ ſublimitatem, vt diuina penitus efficiatur, in Deo abſorbeatur, & eidem quodammodo identificetur. O Saluator dulciſſime, ſi res ſic ſe habet, quî fit, quòd cor meum adeò frigidum in te amando remanet? Et vnde eſt quòd totum non efficiatur diuinum, quòd non flagret amore charitatis? imò, quòd iamdudum igniſcere non cœperit, & iam igni penitus conſumptum non ſit? O iucunda mors, quæ ex IESV amore prouenit!

ſerm. 4. contra Arrium.

VIII. D. Iuſtinus velut ſanctâ quadam impatientiâ motus, queritur, & dicit: cur adeò mihi moleſti & importuni

eſtis,

eſtis, & nunquam acquieſcitis ijs, quæ dici poſſunt de gloria Verbi incarnati? Ne ſemper, quod ex me quæratis, habeatis, verbo vno à veſtra me importunitate volo liberare: *Ieſus eſt appellatio, continens omnes appellationes*: paucis, eſt nomen, quod quæcunque ſunt ſiue in cælo, ſiue in terrâ pulchra nomina alia, ea continet. Nomines ſolem, auroram, firmamentum, paradiſum paradiſi, adamantem Dei Patris, omnia iſta eſt Chriſtus. Nomines pulchritudinem, bonitatem, claritatem, magnetem cordium, Regem animarum, gratiam, fontem omninm perfectionum: Chriſtus omnia iſta eſt, & quidem eminentiſſimè. Inſuper quicquid in hoc mundo habet rationem bonitatis, pulchritudinis, & amabilitatis, ſimul congerito, & mihi aſſeueranti ſecurè credito, quòd infinitis modis iſta omnia excellat Chriſtus. Et in hoc ſanctus Irenæus teſtis locupletiſſimus mihi ſuffragatur, dum eum nominat: *recapitulationem omnium bonorum, quæ à Deo facta ſunt.* quaſi diceret; eſt quædam anacephalæôſis, & pretioſa congeſtio & accumulatio rerum, quæ paſſim non ſunt obuiæ, ſed raræ, quæque emanant ex Dei omni-

S. Hieron. Cornel. in Oſe.

potentia, & ſparſæ ſunt per omnes creaturas. Niſi forte Iuſtini verba, & ſententia magis arrideat, qui dicta iam ſemper reſumit, ita appetens eſt victoriæ obtinendæ! *IESVS nihil eſt aliud, inquit, quàm homo operator prodigiorum.* O ſumme Deus, quando ſummum omnium miraculorum patrabis? quando ad te cor meum conuertes? & quando cor tuum cordis mei erit fixa ſedes? corpus tuum corporis mei nutrimentum? Verba tua dulcia eius ſolatia? facies tua eius beatitudo, & beatæ perennitatis obiectum, vnicuſque theſaurus & amoris illius complementum?

In Leuit. IX. Non poſſum non mirari audaciam Heſychij Doctoris Græci, qui non eſt veritus dicere: *quid eſt IESVS? eſt vnctio Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Hic deſtitutus intellectu, non valeo propoſitionem iſtam, meo captu altiorem comprehendere, multò minus alijs explicare. Vnde ab altera cogor lumen mutuari, quæ ſic habet: *Chriſtus eſt ineffabilis Dei deſcenſus*: Imaginare tibi, quòd ſanctiſſima Trinitas infundat diuinæ Chriſti humanitati quintam, vt dici ſolet, ſuorum chariſmatum eſſentiam, vnctio-

ctionem nimirum admirandam, & velut rorem quendem ineffabilem, qui in eam diſtillatur à diuinitate. ſed & ex hoc velut in labyrintho poſitus, exitum non facile inuenio; ſpem tamen exeundi mihi facit S. Damaſcenus, quando dicit: *hic homo eſt, qui ſuſcepit ornamenta diuinæ eſſentiæ & proprietatis.* Quod ſic explicandum videtur: homo hic Chriſtus benedictus ineffabilibus excellentijs Dei eſt præditus, & proprietatibus ac radijs diuinæ eſſentiæ exornatus: *Deus eſt limus, limus eſt Deus, & vtrumque eſt ineffabile*: dicebat olim D. Bernardus. Cor mihi exilit gaudio, quando tam magnificè audit deprædicari laudes Domini ſui, quem longè ardentiori amore proſequitur, quàm propriam vitam, imò quàm ſexcentas vitas. ſed gaudium hoc plurimum imminuit defectus verborum, & inopia cogitationum, dum, ijs deſpicientibus, nequit explere immenſam deſideriorum & affectionum ſuarum capacitatem & ſitim.

X. Nemo negârit eſſe quid eximium tam paucis verbis tam multa, & tam alta dicere: *IESVS eſt potentia Deitatis in carne latens.* Miraris quòd quæcunque dicit, Maxim. Monach. cen. 1. a. 11.

ſint oracula, quæcunque facit miracula, quòd imperet cælo, terræ, & inferno; ſed deſines, ſi cogitâris, quòd quemadmodum Chriſtus eſt homo omnipatiens, ita etiam omnipotens. Deus enim illi omnenı contulit potentiam: *data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.* Omnia mihi poſſibilia ſunt, omnia meæ voci obediunt. O Deus meus, & omnia, cur non loqueris hunc ſermonem ad cor animæ meæ, & cur etiam illud non efficis vnum ex tuis Seraphinis, vt ſolo amoris tui igne ardeat? Intelligo nunc, quid ſibi voluerit S. Dionyſius, qui dixit: *Ieſus eſt ex hominibus vltra homines, ſupra hominem verè factus homo.* Eſt Deus, eſt homo, & homo qui omnium hominum, qui ſunt, & qui futuri ſunt, infinitis modis ſuperat capacitatem. nec verearis dicere omnium Angelorum ingenij ſubtilitatem. Dic quicquid potes, imaginare quicquid ingenio conſequi potes, quod Dominus IESVS eſt, ſupra omnia iſta ipſe eſt. *Deus eſt totum quod vides, & quod non vides, totum.* Vnde concludes dicens: ergo omne id, quod non video, neque oculo corporis, neque cordis propriiſſimè eſt mundi Saluator?

XI. Si

XI. Si quis intimius rem perpendat, ei mirabilis & audax videri poſſet iſte loquẽdi modus: *Chriſtus eſt connexio Patris, & noſtri, & vocat nos in ſocietatem diuinæ naturæ.* Hoc eſt: Chriſtus eſt, qui maritat & coniungit Deum cum noſtra humanitate; qui Deum admirandis vinculis alligat noſtris cordibus, qui facit nos *participes diuinæ eſſentiæ, & conſortes diuinæ naturæ.* Et hoc, quantum conditio humana participare poteſt honorem infinitum, & incommunicabilem creaturis: *Vnio ſublimium & humilium eſt Chriſtus IESVS.* nexus & vinculum omnium diuinorum idiomatum, omnium excellentiarum Dei, & fragilitatum atque abiectionum noſtræ humanitatis eſt Chriſtus Meſſias. Vno verbo: *Tabernaculum Deitatis,* ſacrum ciborium, tabernaculum purè aureum, templum ex *viuis & electis lapidibus exſtructum:* & inſuper totum diuinitate plenum. O cor humanum ſæpius te compello, quid obſecro amabis, ſi id non ames? Et cui tuos reſeruas amores, & theſauros pretioſiores, ſi non IESV mundorũ cordium amatori, & quidem Zelotypo?

Procop. in Exod.

Amphil. orat. in Pater noſter.

XII. I, quære an inuenire poſſis rem aptius dictam, & compendioſius pro-

nunciatā eâ, quàm de Chriſto nos Patri Vniente Greg. Nazianzenus enunciauit? *quod lacti eſt coagulum, inquit, hoc Chriſtus eſt nobis, vt Deo nos coniungat: coagulum,* vbi lac coagulârit & condensârit cum eo vna eademque efficitur maſſa: & hoc efficit Ieſus in noſtra humanitate, eam inſeparabiliter vniens diuinitati. O excellentiſſima permixtio! ô ſummè eximia, & ineffabilis coniunctio! qua mediante efficitur, vt Deus ſit in nobis, & nos in Deo, & hoc vnione tam arctâ, & permixtione tam fortunatâ, vt quod facit in nobis Deus, nos idem prorſus in Deo exiſtentes videamur facere, imò facimus. *Quod facit limus, hoc facit Deus; quod facit Deus, hoc facit limus, ineffabili dignatione.* Hæc eſt illa myſtica compoſitio conſtans auro & Chryſtallo, quæ quidem Chryſtallus apprime fragilis eſt ex ſe, ſed auri robore fortificata vnà cum illo efficit muros cœleſtis Hieruſalem *Aurum mundum ſimile vitro mundo.* Aurum nempe diuinitatis & vitrum noſtræ humanitatis. Felix duorum mixtio! Quæ eſt, ſi exprimere velis id, quod S. Cyrillus extulit his verbis: *Chriſtus eſt caro, ad Verbi increati veritatem quodammodo reformata.* vel, vt Andreas Cre-

Orat. 42.

S. Bern. ſerm. de natiu.

Cretenſis ait: *naturæ ſanctificatio.* Condolebamus, inquit, quòd eò humiliationis deſcenderet, vt artus humanos aſſumeret, diuinitatem, ad ſpeciem, obſcuraret. Adoremus potius eius potentiam, qui vſque adeò humilitatem noſtræ humanitatis exaltauit, vt iam æquè magni æſtimare poſſes terram noſtræ carnis, atque ipſum cælum. Limum adæquare ſoli; infantem in ſtabulo iacentem accipere pro verbo increato, in ſinu Patris æterni reſidente; Et tandem hominem pro Deo. Nec erras ſic æſtimando: eſt enim etiam re ipſa Deus; ſed ex magno & laudabili nimis, puſillum ſe fecit infantem: qui quidem quà talis, totus eſt amabilis, & ſimul adorabilis; ſed quà Deus etiam formidabilis. repeto, quà puſio paruulus, tam dulciter eſt amabilis, vt cor amans, & eum deſiderans totum amore liqueſcat. *Magnus ergo Dominus & laudabilis nimis.* ſed & hoc verum eſt, *paruus Dominus & amabilis nimis.* O quanta dulcedo, ô quanta gaudia pertentant corda eorum, qui intuentur ſummum Deum, totius Vniuerſi Dominum abditum in corpuſculo diuini iſtius puſionis in ſtabulo iacentis!

Lib. 11. R. Io. c. 21. In Sal. Ang.

XIII. Quid

Theoph. Alex. c. 2. XIII. Quid vides, inquit alius, quãdo vides Ieſum? Ad me quod attinet, videor verè mihi videre diuinitatẽ ſub tenuiſſima quadã byſſo, vel ſub glacie chryſtalli iucundiſſimè relucentis tranſparentem; humanitatem autem, velut nubem quandam, quæ inuoluat diuinitatem, & oculis intuentium reddat pulchriorem, amabiliorem, & animos ad ſe magis alliciat. Quando videtur Deus, non niſi fulgetra quædam videntur, quæ oculos perſtringunt; quando eius verba auribus percipiuntur, non audiuntur niſi tonitrua, quæ vniuerſum mundum perterrent, & latebras quærere cogunt; ſed quando mediante iam velo noſtræ humanitatis loquitur, corda noſtra exultant gaudio inenarrabili; animę rapiũtur in admirationem, & longè magis in amorem. Vident enim diuinum hunc hominem, vt Deum, humanâ carne indutum, & tam tenero, tam ardente, tam denique forti amore proſequuntur, vt in eius gratiam auidiſſimè currant ad ſupplicia, arripiant compedes & vincula: quin & ad ipſos inferos, velut ad conuiuia, properent, ad teſtificandam cordium ſuorum fidelitatem; & oſtendendam

dam animi puritatem: non enim quærunt Chriſtum, vt eius nanciſcantur paradiſum, ſed ſedulò inquirunt paradiſum, vt in eo ſine fine valeant videre Chriſtum. is ſiquidem eſt paradiſus omnium paradiſorum, & ſine quo paradiſus eſſet purgatorium, aut vt minimùm deſerta ſolitudo: in qua nemo fidelis vellet commorari. Quid enim ibi agerent, aut quid voluptatis perciperent animæ noſtræ, IESV abſente? Docti cuiuſdam Græci verba ſunt hæc: *aſpectus habens excellentiam diuinitatis.* Venerabilis facies Verbi incarnati, vultus eſt diuinitatis. Tantum videt, qui eum videt, quantum videret Deum intuendo, quoniam nec eum videre re ipſa quis poteſt integrè, niſi ipſum videat Deum, cùm vna eademque ſit perſona.

XIV. Subuereri incipio ne Theodoretus reportet victoriam: *Chriſtus inquit eſt potentia & ſapientia Dei Patris:* id eſt, collige quicquid Dei potentia facere poteſt, quando vult, & quicquid ſapientia ſcit facere; adiunge inſuper quicquid ſpiritus ſancti amor potuit facere, dum fecit Chriſtum Dominum, Canonē omnium operum, quæ vnquam facta ſunt, & hoc

eſt

eſt Chriſtus, & non aliud. Cautè & ſapiēter tractanda eſt hæc propoſitio, & inductio animi, ne nimia deuotio creet aliquam hæreſim. Quamuis enim D. Thomas dicat Vnionem & dignitatem Verbi incarnati eſſe infinitam, nihilominus, poſito quòd gratia in anima Chriſti creata fuerit finita; & quòd Dei omnipotentia poſſit creare maiorem, intra tamen terminos, quibus ſtatuit Deus ſe communicare creaturis, adhibuit vltimos conatus ſuæ potentiæ, ſapientiæ, & amoris, vt ſupremum GLORIÆ APICEM Chriſti conferret humanitati: ſupra quam omnino nihil eſt præter diuinitatem; quicquid autem aliud eſt, ſub illa totum eſt. Si autem Pater, Filius, & Spiritus ſanctus certatim agant, (ſi ita more humano licet loqui,) etſi illis volupe eſt, dictam humanitatem adeo extollere, & infinitis propemodum eminentijs ac prærogatiuis donare, eheu! Ecquis intellectus valeat ſatis talis operationis exceſsùs comprehendere! ecquis etiam animus tantæ, & tam diuinæ pulchritudinis ornamenta ſufficienter amare, & dignis laudum encomijs deprædicare?

XV. Quid

XV. Quid ſibi vult D. Chryſoſtomus quando dicit? *Chriſtus eſt obſes a Deo Patre nobis datus.* eſt pignus, quod Deus Pater nobis dat in teſtimonium ſui amoris, æquale ſuo amori, dignum ſuo amore. Eſt idem, *Chriſtus radix noſtræ pacis.* nam *donando filium, nonne cum illo omnia nobis donauit?* Vt loquitur Doctor gentium. Certè donando filium dedit cor ſuum, dedit omnia, dedit perſonam ſuæ æqualem, dedit & Deum infinitè infinitum. Et poſt hæc quid poteſt nobis recuſare? Ecquis æſtimet iſtius pignoris valorem, Rom. 8. 32. ſiquidem quoad diuinitatem æquale eſt Patri ęterno, & quoad humanitatē prorſus res eſt ineffabilis? ſi verba inueſtiges, quæ declarant quid ſit hic diuiniſſimus Saluator, quære apud magnum illum Doctorē, & eximium S. Dionyſium: *Chriſtus, inquit, eſt ineffabilis compoſitio ex ſuis, & ex noſtris.* Ineffabilis ergo cùm ſit, exſuperat omnium ingeniorum, tum Angelorum, tum hominum captum. *Audiui arcana quæ non licet homini loqui.* Vult dicere S. Doctor, raptus vſque ad tertium cælum: ad meas aures peruenerunt res tam ineffabiles, & tam eminentes, vt excedant omnem intellectum, & eloquentiam huma-

manam. vnde quicquid dixiſti, vel dicere potuiſti, hoc non eſt Chriſtus, quia linguâ humanâ efferre potuiſti: An autē eloquentiſſimus & ſcientiſſimus quiſpiam Seraphinorum dignè eloqui poſſit; neſcio, Deus ſcit. Vnde denominatur *obumbratio Spiritûs Sancti.* quaſi diceretur eſt caligo quædam, eſt obſcuritas, & velut nox aliqua, in qua creatura nihil penitus videt, ſed in eâ caligine Spiritus ſanctus facit opera infinito ſuo amore digna. ſunt autem talia, vt efferri à nemine poſſint, niſi ab eo, qui illa patrauit. alius autem quiuis, caligine offuſus, emergendi non habens poteſtatem, peſſum iret. *vas admirabile, opus excelſi, vide arcum, & benedic eum, qui fecit eum, mirabilis enim eſt valde.* Contemplare arcum iſtū, & Dei Patris iaculum: eſt enim opus altiſſimi. Ergo eius adora factorem, ſed ſimul caueto, ne prẹſumas, volens dicere quid illud ſit. Eſt enim abyſſus multa, ex qua, ſi quid dicere attentâris, procul omni dubio, non emerges ad lucem.

Viuat ergo Græcia, quæ, quicquid dici potuit, dixit; viuant lucidiſſima orientis ſidera, viuant mundi oracula, viuant & ora aurea; Super omnes autem, viuat

IESVS

Digitized by Google

IESVS TER BENEDICTVS; omnis eum mundus adoret, omne cor eum amet: & ita amet, vt præter illum infinitè amabilem, nihil aliud amet. Cor mihi dictat Græciam viciſſe. quid enim adferre poteſt Eccleſia Latina, quod per Cherubinos & Seraphicos illos Doctores, & Patres allatum non ſit? Paucis, ſed definitiuè: Occidens Orienti, Latini Græcis cedant, palmamq́ue omni iure ijs debitam & adiudicatam concedant oportet.

CAPVT XV.

Affectûs & ſublimes conceptûs Patrum Eccleſiæ Latinæ.

I. §. HIc, Lector, tibi renouanda eſt attentio, mens, aureſq; erigendæ; nec vllus inauditus, à te debet condemnari. Non ſemper priores ſermone, priores etiam ſunt bonitate. quandoquidem dictum eſt, Chriſtum tam longè lateq́ue patenſeſſe ſubiectum, vt quò plura de illo dicuntur, eò plura ſemper dicenda & ſuſpi-

cienda occurrant; Videndum igitur eſt, an Latini tantum ingenij & animi non habeant, vt eo freti, manûs conſerere, in arenam, in certamen cum Græcis deſcendere audeant. Ego certè videor præuidere habituros nos homines eo ingenij acumine præditos, qui, ſi victoriam non referant de Græcis, eos certè vrgebunt pugnando, & prement egregiè. Chriſtus ita affixus eſt cruci, vt ad orientem dorſum, ad occidentem haberet faciem. An fortè ideo id fieri voluerit, quòd futurum præuiderit ſe ab illâ mundi plagâ melius cognitum & cultum iri, quàm ab alijs, non habeo dicere. ſed Latinos noſtros iam producere in medium, & audire quid dicant, incipiamus.

II. Qui loquendi facit initium, homo eſt facie horridâ, ingenio feroci, & qu non loquitur niſi feriendo & tonando, neſcius cedere, neque Græco, neque Latino. Eſt autem Tertullianus, qui inchoandæ pugnæ tale dat ſignum: *quid eſt Chriſtus? eſt caro portans Deum.* Non eſt Atlas portans humeris ſuis mundum, non Angelus gyrans cælos: ſed homo potens portare præpotentem Deum: qui & it

dign

dignè portat, vt eius, & Dei natura, vnicâ tantùm ſubſiſtant perſonâ. Et hæc perſona portat hanc diuinitatem, & hanc humanitatem. Equidem vt dicatur dignè & werè homo Deus, illum omnino oportet eſſe Deum. Græci particulatim & minutim quædam adferuut de Chriſto; ego quicquid de eo dici poteſt, vnó verbo effero, & proferens omnia ex aſſe & in ſolidum vnâ vice, non habeo quod verear, ne quiſpiam me ſuperet, & ſublimius de Chriſti dignitate loquatur, quàm ego.

III. Nemo negauerit dictum Ruperti Abbatis, Tertulliani verbis pulcherrimè ſubſeruire, quibus ait: *Chriſtus eſt pſalterium, & cythara Dei Patris.* Ecquid hoc eſt? Guilielmus Pariſienſis cognomine, & dignitate Epiſcopus, melius id declarat: *in hoc canit Pater ſeipſum, & omnes creaturas.* Hoc Chriſti ore, quaſi diuino aliquo pſalterio vtitur Pater æternus, ad manifeſtandas magnitudinis ſuæ incomprehenſibiles excellentias, ad oſtendendam immenſitatem ſuæ charitatis, diuinitatis, omniumque theſaurorum. In hoc ſpeculo imperceptibiles alioquin, ſubliminiſſimas infinitæ Maieſtatis ſuæ ſpecies

Lib. de Vict. verbi D.

De Rhet. diu.

oſtendit. Eſt oraculum infinitorum Se-cretorum, & interpres arcanorum, & de-cretorum æternæ eius voluntatis, eſt verbum, eſt cor, eſt ALTER IPSE; ALTER inquam, propter diſtinctionem ſuæ per-ſonæ; IPSE ratione vnius eiuſdemque eſſentiæ. Eſt enim Patri conſubſtantialis, coæternus, coinfinitus ſecundum diui-nitatem. Et ſecundum humanitatem, eſt is, qui portat omnes Dei theſauros. E-heu! quis non amaret amore quaſi infi-nito obiectum tam amabile, vt nullus a-mor humanus, ſit quantuſcunque velit, ſufficere poſſit ad eum dignè aman-dum?

S. Greg. P.P. IV. Quid dicere intendat S. Grego-rius Papa, dum ait: *Chriſtus eſt excellentia Dei Patris*, non ſatis aſſequor. Cùm enim eum non fugiat in Patre omnia eſſe æ-qualia, ſapientiam, bonitatem, Maieſta-tem, &c. nec non omnia eſſe infinita, & infinitè vnum, quâ ratione in eo reperiri, poteſt aliqua ſingularis excellentia; id eſt, aliquid quod cætera ſuperet attribu-ta? ſed, ô quam audax eſt amor! Et quàm ſubinde deuotio eſt inſolens, ſed non malitioſè, ſed ſanctè eſt inſolens! Intendit, meo iudicio, dicere quòd ſi ita de

Digitized by Google

de Deo, vt ſolemus de hominibus, loqui eſſet licitum; & ſi in Deo, (quod nullo modo eſt), aliquæ eſſent perfectiones alijs ſublimiores, faciendus eſſet ex ijs omnibus delectus; & quæ deprehenderentur excellentiores, ſimul colligendæ & iungendæ eſſent: atque ſic colligatæ, ac coniunctæ Verbum efficerent incarnatum: quod vocat ipſe *Dei Patris excellentiam.* Et hoc, ad eum fere modum, quo dici conſueuit: Pompeius Magnus vbi triumphaſſet de tribus mundi partibus, delegit rariſſimos ex omnibus lapidibus pretioſis, quos ex toto terrarum orbe in theſauris ſuis habebat repoſitos, & ex ijs ſtatuam ſuam (quæ fuit opus, ſiue pretium, ſiue artificium ſpectes, vel rariſſimum, vel ex rariſſimis quæ vnquam Roma ſpectauit) fieri curauit. Poterat ergo dici: quid eſt id, quo ſic elaboratus conſtat Pompeius? & reſponderi: *eſt delectus & accumulatio pretioſiſſimarum excellentiſſimarumq; rerum, quas vnquam vidit mundus, & produxit natura.* Hoc fortaſſis vult dicere S. Gregorius, accommodans ſe humano loquendi modo, quando dicit, Verbum incarnatum eſſe *excellentiam Dei Patris.* Et ſimili modo philoſophandum

eſt de gloſſa ſuper hunc pſalmi verſiculum facta: *Elevata eſt magnificentia tua ſuper cælos: id eſt Chriſtus, qui eſt magnificentia Dei Patris.* Eſt ergo Chriſtus magnificentia, gloria, excellentia & pretioſiſſimus Dei Patris theſaurus; in quo ſcientiam ſuam, ſapientiam, bonitatem & innumeras alias collocauit excellentias. Poſſet hic conceptus ſtabiliri, & fortè etiam locupletari, atque illuſtrari, ſi diceretur cum Clemente: *Chriſtus eſt mamilla Dei Patris.* Conceptus iſte mentis, & multò magis enunciatio, audacior ad ſpeciem poſſet nonnullis videri. Dicere enim intendit, quòd quemadmodum infans ab vberibus matris dependens, extrahit non ſolum eius ſubſtantiam, ſed etiam florem, cremorem, & quicquid delicatius, & purius eſt in eius ſubſtantia; ita illi, qui velut agglutinati eſſe poſſunt Chriſto Domino (qui eſt mamilla, quam Diuus Ioannes vidit in Apocalypſi) certo quodam modo ſugunt lac diuinum, & infinitas Dei perfectiones, ſeipſos alentes ex ipſo Deo; & impinguantes delicijs æternis. *O beata anima, quæ de Deo ſuo ſaginari poteſt!* ſed illud in conceptu hoc potiſſimum ac optimum eſt, quòd beneficio

Tertull. Clem. Alex.

Sal-

Saluatoris, non niſi ſelectiſſimum optimumque ſugatur, nimirum miſericordia, dulcedo, benignitas & charitas Dei, excluſis penitus rigore, cholerâ, iuſtitiâ, & eo omni, quod in Deo, miſero peccatori eſſe poteſt formidabile. An non infinitè nos dulciſſimo Saluatori obligatos agnoſcemus, quo mediante habemus Patrem (qui olim Leonis more agebat, & non niſi tonando & fulminando loquebatur) nunc inſtar agni adeo mitem, vt ipſamet videatur benignitas, dum omne furoris ſui Vinum in Lac admirandæ dulcedinis vertit?

V. Quis è duobus ALEVM directius tangat; ſanctúsne Hieronymus, quando eum vocat *armaturam Dei, & ſagittam Dei Patris*; an verò Tertullianus, quando dicit, quòd ſit *radius Dei Patris, & permeator Vniuerſitatis* non poſſum iudicare. Eſt verè radius, ſed non qualiſcunque: ſed radius emicans ex vero Iuſtitiæ ſole, Patre nimirum æterno; radius qui omnia permeat, radius aureus, qui ſuo attactu omnia efficit aurea, omnia viuificat, & beata fortunataq; reddit vniuerſa. Vel, ſi magis placet, eſt Patris ſapientia, tota quanta aurea, cui præfixa eſt cuſpis per-

Digitized by Google

acuta itidem aurea, quâ, etiam ferociſſimorum hominum, qui terram hanc incolunt, corda ſalubriter transfigit. Et hæc ſunt arma, quibus ſe munit Deus naturam domiturus. Et quidem quandiu olim Deus, vt Dominus ſeuerus, & non vt clemens Pater egit, tonando, terrendo, minando, choleræ indulgendo, omnes fugabat, omnes latebras adeò quærere cogebat, vt vix vllus eius aſpectum videre, aut vocem audire ſuſtineret, ſed omnes vno ore clamabant: *Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur, loquere tu nobis Moyſes.* Quia tu ipſamet videris bonitas, at Deus (ſi ita tamen illi videtur) non niſi per te nobis loquatur, quia loquendo ita nos exterret, vt præ timore mortuis ſimiles exalbeſcamus. Verùm poſtquam in mundum venit Meſſias, & cœpit conuerſari Deus vt homo inter homines, tanti eius conuerſatio fuit apud illos, vt quot ab eius ore procederent verba, tot miſericordiæ ſagittis animos ſuos tranſuerberari ac vulnerari omnes crederent. Et quod mireris, tantùm abeſt, vt iacula huiuſmodi refugerent, & à ſe auertere conarentur, vt etiam læti ijs obuiam procederent:

Md. Polus Ep.

Beata

Beata Vrbs, in qua omnes optabant à Cæſare ſagittari! dicebatur olim de Mediolano, vigente regimine optimi Imperatoris ſui: dico ego fortunata illa ciuitas, in qua omnes flagrantibus animis optant, & gaudent publicè diuinis ſagittis Imperatoris totius vniuerſi transfodi!

VI. Si propriorum emolumentorum rationem habere vellemus, negari non poſſet, quin Abbas Rupertus è primis eſſet vnus, qui victoriam reportare videretur: *Chriſtus, inquit, eſt clypeus omnium fortium. & liber prædeſtinationis.* Quotquot fortitudinis dono fuêre præditi, quotquot virili & generoſo pectore pugnârunt, & violento brachio expugnârunt regnum cælorum, (quod non niſi violẽtiâ capitur) iuxta dictum Euangelicum: *Regnum cælorum vim patitur:* quotquot nomina ſua in aureum prædeſtinationis librum, (qui eſt complementum omnis noſtræ felicitatis) referri ardentibus votis exoptarunt, fortitudinem ſuam, & deſideria, accepta referre debent *Verbo incarnato.* Eſt membrana Virginea, in qua omnium prædeſtinatorum nomina conſcripta aſſeruantur; Eſt ſcutum, quo imminentia nobis è cælo flagella repelluntur.

eſt Chriſtus, & non aliud. Cautè & ſapiẽter tractanda eſt hæc propoſitio, & inductio animi, ne nimia deuotio creet aliquam hæreſim. Quamuis enim D. Thomas dicat Vnionem & dignitatem Verbi incarnati eſſe infinitam, nihilominus, poſito quòd gratia in anima Chriſti creata fuerit finita; & quòd Dei omnipotentia poſſit creare maiorem, intra tamen terminos, quibus ſtatuit Deus ſe communicare creaturis, adhibuit vltimos conatus ſuæ potentiæ, ſapientiæ, & amoris, vt ſupremum GLORIÆ APICEM Chriſti conferret humanitati: ſupra quam omnino nihil eſt præter diuinitatem; quicquid autem aliud eſt, ſub illa totum eſt. Si autem Pater, Filius, & Spiritus ſanctus certatim agant, (ſi ita more humano licet loqui,) etſi illis volupe eſt, dictam humanitatem adeo extollere, & infinitis propemodum eminentijs ac prærogatiuis donare, eheu! Ecquis intellectus valeat ſatis talis operationis exceſsùs comprehendere! ecquis etiam animus tantæ, & tam diuinæ pulchritudinis ornamenta ſufficienter amare, & dignis laudum encomijs deprædicare?

XV. Quid

XV. Quid ſibi vult D. Chryſoſtomus quando dicit? *Chriſtus eſt obſes a Deo Patre nobis datus.* eſt pignus, quod Deus Pater nobis dat in teſtimonium ſui amoris, æquale ſuo amori, dignum ſuo amore. Eſt idem; *Chriſtus radix noſtræ pacis.* nam *donando filium, nónne cum illo omnia nobis donauit?* Vt loquitur Doctor gentium. Certè donando filium dedit cor ſuum, dedit omnia, dedit perſonam ſuæ æqualem, dedit & Deum infinitè infinitum. Et poſt hæc quid poteſt nobis recuſare? Ecquis æſtimet iſtius pignoris valorem, Rom. 8. 32.
ſiquidem quoad diuinitatem æquale eſt Patri ęterno, & quoad humanitatē prorſus res eſt ineffabilis? ſi verba inueſtiges, quæ declarant quid ſit hic diuiniſſimus Saluator, quære apud magnum illum Doctorē, & eximium S. Dionyſium: *Chriſtus, inquit, eſt ineffabilis compoſitio ex ſuis, & ex noſtris.* Ineffabilis ergo cùm ſit, exſuperat omnium ingeniorum, tum Angelorum, tum hominum captum. *Audiui arcana quæ non licet homini loqui.* Vult dicere S. Doctor, raptus vſque ad tertium cælum: ad meas aures peruenerunt res tam ineffabiles, & tam eminentes, vt excedant omnem intellectum, & eloquentiam huma-

manam. vnde quicquid dixiſti, vel dicere potuiſti, hoc non eſt Chriſtus, quia linguâ humanâ efferre potuiſti; An autē eloquentiſſimus & ſcientiſſimus quiſpiam Seraphinorum dignè eloqui poſſit; neſcio, Deus ſcit. Vnde denominatur *obumbratio Spiritûs Sancti.* quaſi diceretur eſt caligo quædam, eſt obſcuritas, & velut nox aliqua, in qua creatura nihil penitus videt, ſed in eâ caligine Spiritus ſanctus facit opera infinito ſuo amore digna. ſunt autem talia, vt efferri à nemine poſſint, niſi ab eo, qui illa patrauit. alius autem quiuis, caligine offuſus, emergendi non habens poteſtatem, peſſum iret. *vas admirabile, opus excelſi, vide arcum, & benedic eum, qui fecit eum, mirabilis enim eſt valde.* Contemplare arcum iſtū, & Dei Patris iaculum: eſt enim opus altiſſimi. Ergo eius adora factorem, ſed ſimul caueto, ne prȩſumas, volens dicere quid illud ſit. Eſt enim abyſſus multa, ex qua, ſi quid dicere attentâris, procul omni dubio, non emerges ad lucem.

Viuat ergo Græcia, quæ, quicquid dici potuit, dixit; viuant lucidiſſima orientis ſidera, viuant mundi oracula, viuant & ora aurea; Super omnes autem, viuat

IESVS

IESVS TER BENEDICTVS; omnis eum mundus adoret, omne cor eum amet: & ita amet, vt præter illum infinitè amabilem, nihil aliud amet. Cor mihi dictat Græciam viciſſe. quid enim adferre poteſt Eccleſia Latina, quod per Cherubinos & Seraphicos illos Doctores, & Patres allatum non ſit? Paucis, ſed definitiuè: Occidens Orienti, Latini Græcis cedant, palmámque omni iure ijs debitam & adiudicatam concedant oportet.

CAPVT XV.

Affectûs & ſublimes conceptûs Patrum Eccleſiæ Latinæ.

I. §. HIC, Lector, tibi renouanda eſt attentio, mens, aureſq; erigendæ; nec vllus inauditus, à te debet condemnari. Non ſemper priores ſermone, priores etiam ſunt bonitate. quandoquidem dictum eſt, Chriſtum tam longè lateque patenſeſſe ſubiectum, vt quò plura de illo dicuntur, eò plura ſemper dicenda & ſuſpi-

cienda occurrant; Videndum igitur eſt, an Latini tantum ingenij & animi non habeant, vt eo freti, manûs conſerere, in arenam, in certamen cum Græcis deſcendere audeant. Ego certè videor præuidere habituros nos homines eo ingenij acumine præditos, qui, ſi victoriam non referant de Græcis, eos certè vrgebunt pugnando, & prement egregiè. Chriſtus ita affixus eſt cruci, vt ad orientem dorſum, ad occidentem haberet faciem. An fortè ideo id fieri voluerit, quòd futurum præuiderit ſe ab illâ mundi plagâ melius cognitum & cultum iri, quàm ab alijs, non habeo dicere. ſed Latinos noſtros iam producere in medium, & audire quid dicant, incipiamus.

II. Qui loquendi facit initium, homo eſt facie horridâ, ingenio feroci, & qui non loquitur niſi feriendo & tonando, neſcius cedere, neque Græco, neque Latino. Eſt autem Tertullianus, qui inchoandæ pugnæ tale dat ſignum: *quid eſt Chriſtus? eſt caro portans Deum.* Non eſt Atlas portans humeris ſuis mundum, non Angelus gyrans cælos: ſed homo potens portare præpotentem Deum: qui & ita digne

dignè portat, vt eius, & Dei natura, vn câ tantùm ſubſiſtant perſonâ. Et hæ perſona portat hanc diuinitatem, hanc humanitatem. Equidem vt dica tur dignè & werè homo Deus, illum o mnino oportet eſſe Deum. Græci parti culatim & minutim quædam adferuu de Chriſto; ego quicquid de eo dici po teſt, vnó verbo effero, & proferens omni ex aſſe & in ſolidum vnâ vice, non habe quod verear, ne quiſpiam me ſuperet, & ſublimius de Chriſti dignitate loquatur, quàm ego.

III. Nemo negauerit dictum Ruperti Abbatis, Tertulliani verbis pulcherrimè ſubſeruire, quibus ait: *Chriſtus eſt pſalte-rium, & cythara Dei Patris.* Ecquid hoc eſt? Guilielmus Pariſienſis cognomine, & dignitate Epiſcopus, melius id declarat: *in hoc canit Pater ſeipſum, & omnes creaturas.* Hoc Chriſti ore, quaſi diuino aliquo pſalterio vtitur Pater æternus, ad mani-feſtandas magnitudinis ſuæ incompre-henſibiles excellentias, ad oſtendendam immenſitatem ſuæ charitatis, diuinita-tis, omniumque theſaurorum. In hoc ſpeculo imperceptibiles alioquin, ſubli-miſſimas infinitæ Maieſtatis ſuæ ſpecies

oſtendit. Eſt oraculum infinitorum Se-cretorum, & interpres arcanorum, & decretorum æternæ eius voluntatis, eſt verbum, eſt cor, eſt ALTER IPSE; ALTER inquam, propter diſtinctionem ſuæ perſonæ; IPSE ratione vnius eiuſdemque eſſentiæ. Eſt enim Patri conſubſtantialis, coæternus, coinfinitus ſecundum diuinitatem. Et ſecundum humanitatem, eſt is, qui portat omnes Dei theſauros. Eheu! quis non amaret amore quaſi infinito obiectum tam amabile, vt nullus amor humanus, ſit quantuſcunque velit, ſufficere poſſit ad eum dignè amandum?

S. Greg. P.P. IV. Quid dicere intendat S. Gregorius Papa, dum ait: *Chriſtus eſt excellentia Dei Patris*, non ſatis aſſequor. Cùm enim eum non fugiat in Patre omnia eſſe æqualia, ſapientiam, bonitatem, Maieſtatem, &c. nec non omnia eſſe infinita, & infinitè vnum, quâ ratione in eo reperiri, poteſt aliqua ſingularis excellentia; id eſt, aliquid quod cætera ſuperet attributa? ſed, ô quam audax eſt amor! Et quàm ſubinde deuotio eſt inſolens, ſed non malitioſè, ſed ſanctè eſt inſolens! Intendit, meo iudicio, dicere quòd ſi ita

de

Digitized by Google

de Deo, vt ſolemus de hominibus, loqui eſſet licitum; & ſi in Deo, (quod nullo modo eſt), aliquæ eſſent perfectiones alijs ſublimiores, faciendus eſſet ex ijs omnibus delectus; & quæ deprehenderentur excellentiores, ſimul colligendæ & iungendæ eſſent: atque ſic colligatæ, ac coniunctæ Verbum efficerent incarnatum: quod vocat ipſe *Dei Patris excellentiam.* Et hoc, ad eum fere modum, quo dici conſueuit: Pompeius Magnus vbi triumphaſſet de tribus mundi partibus, delegit rariſſimos ex omnibus lapidibus pretioſis, quos ex toto terrarum orbe in theſauris ſuis habebat repoſitos, & ex ijs ſtatuam ſuam (quæ fuit opus, ſiue pretium, ſiue artificium ſpectes, vel rariſſimum, vel ex rariſſimis quæ vnquam Roma ſpectauit) fieri curauit. Poterat ergo dici: quid eſt id, quo ſic elaboratus conſtat Pompeius? & reſponderi: *eſt delectus & accumulatio pretioſiſſimarum excellentiſſimarumq; rerum, quas vnquam vidit mundus, & produxit natura.* Hoc fortaſſis vult dicere S. Gregorius, accommodans ſe humano loquendi modo, quando dicit, Verbum incarnatum eſſe *excellentiam Dei Patris.* Et ſimili modo philoſophandum

 eſt

eſt de gloſſa ſuper hunc pſalmi verſiculum facta: *Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos: id eſt Chriſtus, qui eſt magnificentia Dei Patris.* Eſt ergo Chriſtus magnificentia, gloria, excellentia & pretioſiſſimus Dei Patris theſaurus; in quo ſcientiam ſuam, ſapientiam, bonitatem & innumeras alias collocauit excellentias. Poſſet hic conceptus ſtabiliri, & fortè etiam locupletari, atque illuſtrari, ſi diceretur cum Clemente: *Chriſtus eſt mamilla Dei Patris.* Conceptus iſte mentis, & multò magis enunciatio, audacior ad ſpeciem poſſet nonnullis videri. Dicere enim intendit, quòd quemadmodum infans ab vberibus matris dependens, extrahit non ſolum eius ſubſtantiam, ſed etiam florem, cremorem, & quicquid delicatius, & purius eſt in eius ſubſtantia; ita illi, qui velut agglutinati eſſe poſſunt Chriſto Domino (qui eſt mamilla, quam Diuus Ioannes vidit in Apocalypſi) certo quodam modo ſugunt lac diuinum, & infinitas Dei perfectiones, ſeipſos alentes ex ipſo Deo; & impinguantes delicijs æternis. *O beata anima, quæ de Deo ſuo ſaginari poteſt!* ſed illud in conceptu hoc potiſſimum ac optimum eſt, quòd beneficio

Tertull. Clem. Alex.

Sal-

Saluatoris, non niſi ſelectiſſimum optimumque ſugatur, nimirum miſericordia, dulcedo, benignitas & charitas Dei, excluſis penitus rigore, cholerâ, iuſtitiâ, & eo omni, quod in Deo, miſero peccatori eſſe poteſt formidabile. An non infinitè nos dulciſſimo Saluatori obligatos agnoſcemus, quo mediante habemus Patrem (qui olim Leonis more agebat, & non niſi tonando & fulminando loquebatur) nunc inſtar agni adeo mitem, vt ipſamet videatur benignitas, dum omne furoris ſui Vinum in Lac admirandæ dulcedinis vertit?

V. Quis è duobus ALBVM directius tangat; ſanctúsne Hieronymus, quando eum vocat *armaturam Dei, & ſagittam Dei Patris*; an verò Tertullianus, quando dicit, quòd ſit *radius Dei Patris, & permeator Vniuerſitatis* non poſſum iudicare. Eſt verè radius, ſed non qualiſcunque: ſed radius emicans ex vero Iuſtitiæ ſole, Patre nimirum æterno; radius qui omnia permeat, radius aureus, qui ſuo attactu omnia efficit aurea, omnia viuificat, & beata fortunataq; reddit vniuerſa. Vel, ſi magis placet, eſt Patris ſapientia, tota quanta aurea, cui præfixa eſt cuſpis per-

 acu-

acuta itidem aurea, quâ, etiam ferociſſimorum hominum, qui terram hanc incolunt, corda ſalubriter transfigit. Et hæc ſunt arma, quibus ſe munit Deus naturam domiturus. Et quidem quandiu olim Deus, vt Dominus ſeuerus, & non vt clemens Pater egit, tonando, terrendo, minando, choleræ indulgendo, omnes fugabat, omnes latebras adeò quærere cogebat, vt vix vllus eius aſpe-ctum videre, aut vocem audire ſuſtineret, ſed omnes vno ore clamabant: *Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur, loquere tu nobis Moyſes.* Quia tu ipſamet videris bonitas, at Deus (ſi ita tamen illi videtur) non niſi per te nobis loquatur, quia loquendo ita nos exterret, vt præ timore mortuis ſimiles exalbeſcamus. Verum poſtquam in mundum venit Meſſias, & cœpit conuerſari Deus vt homo inter homines, tanti eius conuerſatio fuit apud illos, vt quot ab eius ore procederent verba, tot miſericordiæ ſagittis animos ſuos tranſuerberari ac vulnerari omnes crederent. Et quod mireris, tantùm abeſt, vt iacula huiuſmodi refugerent, & à ſe auertere conarentur, vt etiam læti ijs obuiam procederent:

Md. Polus Ep.

Beata

Beata Vrbs, in qua omnes optabant à Cæſare ſagittari! dicebatur olim de Mediolano, vigente regimine optimi Imperatoris ſui: dico ego fortunata illa ciuitas, in qua omnes flagrantibus animis optant, & gaudent publicè diuinis ſagittis Imperatoris totius vniuerſi transfodi!

VI. Si propriorum emolumentorum rationem habere vellemus, negari non poſſet, quin Abbas Rupertus è primis eſſet vnus, qui victoriam reportare videretur: *Chriſtus, inquit, eſt clypeus omnium fortium. & liber prædeſtinationis.* Quotquot fortitudinis dono fuêre præditi, quotquot virili & generoſo pectore pugnârunt, & violento brachio expugnârunt regnum cælorum, (quod non niſi violētiâ capitur) iuxta dictum Euangelicum: *Regnum cælorum vim patitur:* quotquot nomina ſua in aureum prædeſtinationis librum, (qui eſt complementum omnis noſtræ felicitatis) referri ardentibus votis exoptarunt, fortitudinem ſuam, & deſideria, accepta referre debent *Verbo incarnato.* Eſt membrana Virginea, in qua omnium prædeſtinatorum nomina conſcripta aſſeruantur; Eſt ſcutum, quo imminentia nobis è cælo flagella repellun-

tur: Vereor ne cor è meo ſe eripiat corpore, ne penna ſcribendo exſiccetur, &, ne dum nimium alta petit volando, peſſum eat. Verùm quid eſt, quod timeam, ſiquidem dulcis IESV amor mihi binas ſuas alas accommodat, pharetram ſcilicet, & ſagittas ad pugnandum pro Deo, contra Deum? *Saulus pro Deo contra Deum pugnabat*, inquit D. Chryſoſtomus. pulchrum illud, quòd Deus diſſimulando ſinat ſe vinci: quin & ligari, dum clamat: *Dimitte me Moyſes, dimitte me.* Et hoc, quando volebat nos damnare, & delere de libro Vitæ. Faciamus, quod dicit S. Auguſtinus: *ſi non traheris, inquit, ora vt traharis.* id eſt, ſi non trahat te in funibus Adæ, ora, inſta oportunè, importunè, vt trahat, vtere violentiâ, eum adige, ſi ita licet loqui. Clama cum Patriarcha Iacob, & dic: *non dimittam te, niſi benedixeris mihi.* Clama & cum Sancto Ambroſio: *quiſquis violentior eſt, ille Chriſto eſt charior.* te immitte in latus apertum, & in cor dulcis IESV, & dic Domine, non iam clamo: *noli me condemnare,* ſed clamo, Domine damna me, ſi ſic ſedet animo, ſed hac conditione, vt me latêre ſinas abſconditum in corde IESV, & ſcriptum in libro Vitæ,

Serm.

tæ, cætera omnia, ne hili quidem facio.

VII. En complures ſimul, qui ferè rem eandem dicunt, nec quis eorum melius dicat, ſatis aſſequor. Vnus dicit *Chriſtus eſt Reſpublica omnium gratiarum*: quod eſt dicere, eſt Reſpublica gratiarum donis, virtutum ornamentis, & omni genere perfectionis cęleſtis refertiſſima. Cor enim IESV eſt ſenatus, eſt curia beatarum mentium, quæ principatum tenent in cæleſti regno, eſt & paradiſus terreſtris, quo vno condecoratur omnis ſuperna pulchritudo. Alius dicit: *Eſt ſtatua omnium virtutum*: ſi compingeres aliquod corpus humanum ex omnibus pulcherrimis & eminentiſſimis perfectionibus, quæ ſunt, vel quæ excogitari poſſunt, illud eſſet corpus Verbi incarnati. Tertius dicit: *vnus eſt, ſed omnia eſt vnus.* Eſt vnus, qui eſt totum, eſt pars magni iſtius TOTIVS, quæ tamen pars maior eſt ipſomet toto. Quæcunque rara & admirabilia ſunt, in eo ſunt coaceruata. Eſt quidam paruus mundus, conſtans partibus longè pulchrioribus & excellentioribus, quàm conſtet vaſtus hic mundus, quem inhabitamus. S. Chryſ.

Quar-

Digitized by Google

Rup. in Cant. Quartus conatur priores omnes aucto pretio & licitatione vincere, dum dicit: *Chriſtus eſt ferculum diuinitatis.* Et hoc ad modum penitus Romanorum, in quorum triumphis inter alia viſebatur currus purè aureus, in quo videndæ exponebantur res maximè raræ, & quæ plurimum admirationis apud ſpectatores habituræ credebantur. Eæ autem erant, quæ, obtentâ victoriâ, ex pretioſiſſimis quibuſque ſpolijs fuerant collectæ, quæque dignæ cenſebantur, vt triumphi die, quâ poterant ſolennitate ad maiorem admirationem, tum apud Deos, tum apud homines, comparandam omnibus ſpectandæ oſtenderentur. Et hic currus ſpolijs iſtis opimis exornatus vocabatur FERCVLVM TRIVMPHI. Dicit etiam Rupertus: *Saluatorem eſſe quendam diuinum abacum, & repoſitorium, in quo diuinitas pretioſiſſimarum rerum, quas in diuinis ſuis theſauris habet repoſitas, ſpecimen exhibet.* Quas niſi cæcus ſis, neceſſe eſt te intueri: deinde ſuſpicere & adamare, ac adamatas vehementer deſiderare, deſideratasq́; magno cũ affectu poſſidere, & tandem poſſeſſis in omnes æternitates ſumma cum animi iucunditate perfrui.

VIII. Quæ

VIII. Quæ tua eſt opinio de Doctore Angelico, qui vti appoſitè vtitur verbo Diui Pauli; *erit omnia in omnibus*, (id eſt, erit omnibus hominibus, & Angelis, & quidem omnibus omnino modis, admirabilis Saluator iſte, quia verè tum his, tum illis eſt omnia in omnibus, & ijs prębet delicias incomprehenſibiles) ita etiam vteretur libenter dicto S. Auguſtini: *Deus eſt ſpeculum voluntarium*, id eſt ſpeculum, in quo quilibet, quod lubet, intuetur. Vin' habere paſtorem, ſponſum, Ducem, Imperatorem, fratrem, cibum, viæ ductorem & ſocium, Magiſtrum, Gubernatorem, viam, lucem, conſolatorem, advocatum, patrem, Matrem? Eſt is hæc omnia, & his longè plura. Paucis: ſexcentas induit formas, vt ad ſe tuum trahat animum, & conciliet amorem. Eheu! quæ iſthæc eſt furioſa rebellio, & infamis à legitimo Domino, ad hoſtes, cordis humani tranſitio, quod ſemper recalcitrat, & nullis catenis, ne aureis quidem, nullo amoris magnete, nullis denique beneficijs (quæ etiam ad loco mouendas inſenſibiles rupes ſufficere videntur) ſe moueri & trahi ſinit? Veniam, ô veniam dulciſſime IESV, iuxta tuum ſolen-

Digitized by Google

ſolenne, reuertenti mihi profugo elargi-re; hanc non ſemel, ſed decies millies tuis aduolutus genibus humillimè peto.

Opuſc. de SS. ſac. IX. Rurſum D. Thomas incitatus magnâ ſpiritûs & deuotionis vehementia, (ſperans ſe, eiaculando non globos, ſed ſententias de Chriſti excellentia, victoriam reportaturum) pergit vocare *verbum incarnatum quendam Dei exceſſum & vltimum diuinitatis conatum*: affirmat inſuper amorē Patris æterni, filium ſuum nobis donantis, adeo fuiſſe illo dignum, adeòque magnum, vt *vltra eum, & ſupra eum non habuerit ipſe, quæ daret*. Ergo Deus dando filium ſuum, filium Vnigenitum ſibi æqualem & conſubſtantialem, & conferendo illi corpus & animam qualem oportebat, rem fecit tanti exceſsûs, vt penitus ea percipi & penetrari non poſſit. Et hoc eſt, quod liberè confitetur Beatiſſima Virgo, dum dicit: *Fecit potentiā in brachio ſuo.* Quod eſt dicere, fecit rem tantæ, & tam immenſæ potentiæ, taleque opus manu propriâ patrauit, vt ille ſolus, qui fecit, etiam ſolus ſit, qui quantum illud ſit, dignè valeat enunciare. Reliqua quæ extant, *dixit & facta ſunt*, at verò in hoc excellenti opere, quod eſt

CA-

CANON omnium eius operum, producendo *fecit potentiam*. Vſus eſt ſcilicet potentiâ omnipotente. Vnde à Diuo Paulo dictus eſt *Chriſtus Dei virtus & ſapientia*. 1.Cor.1.
Quaſi diceret: Virtus & ſapientia Dei conſpirârunt ad diuinam iſtam coagmentationem. Vnde S. Cyprianus inhærens D. Pauli ſententiæ, liberè dicit. Lib. de van. idol.
Chriſtus eſt mixtio Dei cum homine. Mixtio reuera penitus diuina, & incomprehenſibilis. Diuinitas enim & humanitas ineffabili modo inter ſe coniunctæ compoſitionem efficiunt planè ineffabilem, omnique amore, admiratione, & adoratione digniſſimam. Eam Seraphici ſpiritûs attoniti contemplantes exclamant. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens, innixa ſuper dilectum?* Cant. 8. 5.
Quæ eſt iſta humanitas, quæ cooperta eſt, & repleta delicijs inſolitis, & maioribus condecorata ornamentis, quàm nos in ipſo cernimus cælo: quæ & de *deſerto aſcendit innixa ſuper ſuum dilectum*, VERBVM ſcilicet INCARNATVM quo cum vnita eſt perſonaliter?

X. Marius Africanus indignatur, & dicit: Putáſne in tota rerum Vniuerſitate reperiri ingenium, os, calamum, quæ va- Lib. 1.

leant

leant ponderare, dicere, ſcribere excellentiam Iesv Chriſti infinito modo amabilem? Nos eam vno exprimamus verbo, quandoquidem omnis mundi eloquentia rem ineffabilem nequit effari. *quid eſt Chriſtus? Deus in homine, & homo in Deo.* Quod horum eſt admirabilius? Fatua antiquitas, vt vanis laudibus illuſtres quibuſdam factis perſonas extolleret, dicebat Iouem ſedem ſuam fixiſſe in Cæſaris cerebro; Martem in Alexandri brachio; Palladem in mentibus ſapientiorum: & ita de cæteris. Pura, puta quidem erat vanitas: ſed ſic fabulando iudicare volebant homines huiuſmodi ita alijs præſtare, vt ſi Deus corpus animamque voluiſſet aſſumere, futurum fuiſſe, vt nihil decentius, nihil dignius ijs inueniſſet. Hic, hic, inquit præfatus Doctor, hoc habet locum. Quid enim eſt Dominus Iesvs? *Eſt homo plenus Deo.* Dic mihi quid ſit Deus? dic quid poſſit efficere & conſtituere Deum? dic quid eius Maieſtatem, quid pulchritudinem, quid magnitudinem, quid ſapientiam, quid denique potentiam: Et deinde tibi dicam, quid ſit Mundi Saluator: *Eſt paradiſus terreſtris Dei*, inquit Damianus. At

Serm.

vbi

vbi inueſtigandus? quaſi verò poſſet eſſe paradiſus paradiſi, qui eſt ipſe Deus. Alius dicit: *Eſt adamas in manu Dei.* Eſt, inquit, Adamas, flos, honor, & ornamentum theſaurorum æterni Patris. Tertius dicit: *eſt margarita, cui eſt ſimile regnum cælorum.* Eſt margarita orientalis, ſimilis cælorum regno. Et quidem re bene perpensâ; non eſt margarita tam ſimilis margaritæ, neque ſol ſoli, quàm ſit VERBVM PATRI, & SANCTO SPIRITVI. Quod verbum cùm verè ſub nube humanitatis noſtræ latitet, quanti eſt faciendum? Et quanto vituperio digni ſunt illi infelices, qui obiectum tam potens, & tam amabile, ita parum vel omnino nihil amant, & tanto cum animi torpore illi inſeruiunt? S. Hilar.

XI. Poſt tot & tam ſublimes de Chriſti excellentia allatos conceptûs, ſuberubeſco alios producere. Nam ſi EVM, exempli cauſa, SOLEM cum S. Cypriano compellem, cùm SOL luci gratiæ, & gloriæ, quæ in eius anima reſplendet, comparatus, non ſit, niſi vmbra, & nox obſcuriſſima, nimis ſanè humili eum nomine compellare conuincor; nuncupabo eum viuam diuinitatis imaginem? cùm De oratione Dominica.

Digitized by Google

ſit ipſemet Deus (licet velatus noſtrâ humanitate) nimis parum dico. Dicámne eum Dei viui templum? Et hoc nimis eſt humile, niſi tamen Deus ipſe illi eſſet templi loco, iuxta illud: *ſedes tua Deus.* Vbi S. Cyrillus: *thronus tuus eſt Deus ipſe, & eius ſinus eſt tibi templum, & ſanctum ſanctorum.* ſed omnia longe ſunt infra eius magnitudinem. Dicere enim illum *ſanctorum horoſcopum*, in quo omnem felicitatem habeant ſancti reconditam. *amoris decalogum*, diuinæ charitatis Canonem, legem Patris æterni in tenerrima cordis noſtri parte, propria eius manu inſculptam, res eſt nimis exigua; ſed minor adhuc eſt, ſi eum nomines *characterem Dei in nobis*: id eſt, characterem, quo Deus animas noſtras inſigniuit, & beatitudine donauit; ſed & minor adhuc, ſi cum B. Hieronymo eum indigites: *fontem diuinarum ſuauitatum & emanationum in nos.* Et ſi declaratione opus eſt, ſcaturiginem, ex qua profluunt omnes ſuauitatis & miſericordiæ Dei liquores dulciſſimi, omnesque gratiarum fontes vberrimi: quia nimirum, vt loquitur S. Anſelmus: *Chriſtus eſt Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis.* quod eſt dicere,

Pa-

Digitized by Google

Pater omnis bonitatis, & omnis ſolidi cordis lætitia. ſed hæc omnia non ſunt maxima Chriſti encomia; ſi quod tamen æſtimandum eſſet, illud maximè videretur, quod protulit Clemens Alexandrinus: *quid eſt, inquit, Chriſtus? id quod eſt.* is qui eſt, & quid hoc? omne id, quod mente imaginari, lingua efferre, & litteris conſignare potes, totum hoc, & longè plus quàm hoc: repeto centies millies, imò infinities plus eſt Chriſti magnitudo.

XII. Faueto nunc linguæ, Lector, & ſolùm dicito, VIVAT GALLIA: quæ, ob ſingularem ſuam erga Chriſtum pietatem, & amorem, palmam melioris inſtituti ſermonis, & felicioris de eo initi certaminis omnino videtúr reportatura. ſed antequam deciſiua feratur ſententia, audiamus D. Bernardum Galliæ oraculum, & tenerioris deuotionis erga Chriſtum os aureum: *quòd ſola, inquit, Trinitas voluit operari in Virgine, hoc illi ſoli datum eſt noſſe.* Agite mortales, & vos Angeli immortalitate donati, tantúmne de ingenijs veſtris vobis polliceri audebitis, vt dicere attentetis, quid ſit VERBVM INCARNATVM? Multum id, mihi cre- ſerm. de aduentu.

Digitized by Google

credite, eſſet hallucinari. ſcire enim debetis, quòd quemadmodum ſanctiſſima Trinitas, excluſis omnibus alijs, proprijs manibus illud in Virginis vtero formandum; ita & explicandum quid ſit, ſibi vni reſeruauit. Vnde dictum eſt Virgini ab Angelo: *Spiritus obumbrabit.* Hoc fiet in vmbra, in caligine, in nocte ſecreti diuini, quò non pertingunt vllius creaturæ oculi, ſint quantumuis acuti. Nam, ſi quid ſit Chriſtus, explicari poſſet, magnum quid non eſſet. Dum autem eius magnitudinem comprehendere, multò etiam minus edicere, nemo poteſt, magnum & ineffabile quid eſſe fatendum eſt. Quid ergo eſt Dominus IESVS? eſt magnitudo, ad quam nemo valet pertingere; eſt pulchritudo, quam nemo poteſt ſatis amare; eſt bonitas abyſſo quauis profundior; eſt perfectio vſque adeo eminens, vt poſtquam de ea dixeris omnia, quę dici poſſunt, nihil eâ dignum te dixiſſe debeas credere. Nihilominus tamen, non eſt prorſus tacendum: *quid eſt, inquit S. Bernardus, Chriſtus? Eſt altiſſimi filius, ac proinde coaltiſſimus ipſe.* Contemplare accuratè ſalutis tuæ vindicem Chriſtum, qui tam eſt eminens, vt patris alti-

Serm. 1. de aduentu.

altitudini per omnia ſit æqualis. Dic ergo, effare quid ſit Pater æternus, fons ille æternus & ſcaturigo omnium magnarum in diuinitate emanationum, & vbi id dixeris, tibi dicam quid ſit Filius eius vnigenitus, qui hominis aſſumpſit naturam, vt homines ad Patris amorem & participationē diuinitatis, modo prorſus ineffabili attraheret. Sed quæ iſthæc eſt audacia dicere Chriſtum *non eſſe minorem in ſinu Matris, quàm in ſinu Patris?* Credo equidem: idem enim eſt vtrobique, hac ſolùm adueniente differentiâ: quòd in Matris ſinu noſtrâ tectus ſit humanitate. Quæ humanitas ſe habet inſtar vernicis, quâ Apelles inſigniora picturæ ſuæ opera aſpergere ſolebat. Et quidem ea aſperſione quiſpiam artis pictoriæ imperitus dixiſſet, illi conſtitutum eſſe omnia ſua opera defœdare, ac prorſus deſtruere. interim mirum in modum ea illuſtrabat, & coloribus omnibus decus quoddam velut ſolares radios inducebat; ſimili modo hæc ſacra humanitas reddit diuinitatem longè amabiliorem homini, qui antea Deum non niſi cum horrore & puſillanimitate intuebatur.

S. Bernard. diu. ſerm. 61.

XIII. Diuo Bernardo necdum fa-

ctum eſt ſatis, vnde addit: *quid eſt IESVS, cuius nomen oleum effuſum? nempe eſt effuſio diuinitatis.* Deus immortalis, quæ iſthæc eſt verbi incarnati definitio? quis ſermo? & quis mentis conceptus ineffabilis? Dominus IESVS non eſt niſi effuſio diuinitatis, vel cæleſtis quædam influentia imaginabilis theſaurorum Dei, quæ diffuſa ſit ſuper vniuerſam naturam humanam, quæque tantæ ſit capacitatis, *vt in ea inhabitet plenitudo diuinitatis corporaliter.* Amabò, humanáne quæpiam mens, imò & Angelica etiam ex Cherubino ordine altiorem de Chriſto concipere poteſt cogitationem, vel ſublimiorem dignitatis gradum attingere; quàm ſi dicat, Chriſtum eſſe effuſionem ipſiuſmet diuinitatis, & communicationem quandam tranſcendentalem, totalem, & incomprehenſibilem diuinarum perfectionum, & infinitæ Dei magnitudinis? *Qui videt me,* dicebat olim Philippo Chriſtus, *videt & Patrem meum.* quod firmiſſimè credo, quia ille ipſe dixit, qui eſt ipſa veritas, qui & alibi dixit: *Ego & Pater vnum ſumus.* Hoc dum mente voluo & reuoluo; non diffiteor, cor mihi penitus liqueſcit præ amore illius, quem tam admira-

mirabilem, tam amabilem, tam denique adorabilem agnoſco, vt credam omnes creaturas, etiamſi eæ partim in corda humana, partim in flammas flagrantiſſimi amoris commutentur, non ſatis virium habituras, ad dignè eum amandum, & ſtudioſè ſatis inueſtigandum, velut vnicum & ſummũ ſuum theſaurũ.

XIV. At quæ mea eſt, inquit S. Bernardus, ſimplicitas, dum nomen inueſtigo, quo quid ſit Saluator & Dominus meus explicem cùm *ineffabilis ſit, & nomen non habeat?* Eſt ergo is, de quo poſtquam dixeris, quicquid dici poteſt, ſcire debes, nihil te dixiſſe, quod eum vel rudi modo repræſentet: *Quid quæris nomen meum quod eſt ineffabile?* Vnde S. Dionyſius veriſſimè dicit negationes, dum de Dei eſſentia ſermo eſt, præpollere affirmationibus. Quid eſt ergo Saluator? eſt omne id, quod quocunque modo nomen boni, pulchri & omnia tranſcendentis & excellentis habere poteſt. Erro, eſt omne id quod neque homines, neque Angeli concipere, multò minus eloqui poſſunt. ſi tamen aliquod nomen illi attribuendum eſt, quis dubitabit dicere, cæteris omnibus & gratius & ſua-

uius eſſe nomen SPONSI ANIMARVM NOSTRARVM? Alia omnia vel terrore, vel ſtupore me afficiunt, eorum amplitudo horrore me perfundit; fulgor oculos mihi perſtringit, ſublimitas ignorantiam meam ante oculos mihi ponit. At verò SPONSI nomen, magnetis inſtar cor meum, ac omnes animæ vires & potentias ad ſe rapit. *Filius vnigenitus Dei Patris, ſponſus ſit animæ meæ, ô exceſſum ineffabilem! ô dignationem ſuper omnem dignationem!* Ad hoc quod dignetur ſe demittere filius Dei Vnigenitus, vt miſeræ animæ meæ velit fieri SPONSVS, gratia eſt tam ſingularis, vt non niſi ab infinita Dei bonitate poſſit proficiſci. Si enim verum eſt SPONSVM & SPONSAM vnam eandemque eſſe rem, idem habere cor, amorem eundem, domicilium idem, communia omnia; paucis, ea omnia habere SPONSVM, quæ habet SPONSA, & viciſſim hanc habere quæ habet ille: quære, inueſtiga, volue & reuolue codices ſacros, nunquam inuenies nomen magis conueniens Chriſto Domino, quàm SPONSI animæ Deo adhærentis. Omnis amor ſit tantus, quantus vel excogitari poteſt, longè eſt infra SPONSI amorem.

Serm. 7. in Cant.

Digitized by Google

rem. vnde de eo dictum eſt: *Relinquet Patrem & Matrem, & adhærebit Vxori ſuæ.* Verùm equidem eſt, quòd Verbum æternum propter indiuiduam eſſentiæ vnitatem nequeat relinquere Patrem; ſed ſi humano more loquamur, nónne videri poſſet eum reliquiſſe, dum in inferiores terræ partes deſcendit, dum naturam humanam ſibi deſpondit, & deſponſam aſſumpſit, animasque noſtras fortiſſimo nexu ſibi copulauit? Nec ad id probandum alio opus eſt teſtimonio, quàm ipſiuſmet Chriſti: *Exiui, inquit, à Patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Eheu! quæ iſthæc noſtra eſt felicitas, quòd vnigenitus Dei Filius noſtrâ causâ è Patris ſinu in vallem miſeriarum deſcendat, vt ineffabili nexu miſeras noſtras animas, omni prorſus gratiâ & miſericordiâ indignas, ſibi coniungat? Non capio, qui cor humanum conſiderans hanc Chriſti bonitatem & miſericordiæ abyſſum, quæ exſuperat omnem ingenij creati capacitatem, in ſexcentas partes non diffringatur. Vnde cum eò iam abyſſorum deſcenderimus, vt ingenij noſtri infirmitas, profundius deſcendere nequeat, hîc gradum ſiſtamus

mus oportet, ſermonemque inchoatum de re ſublimiore, quàm vt hæc noſtra mortalitas altius eam extollere conetur, abrumpamus. Vix enim ſat longa erit æternitas, vt quæ deberent, & poſſent de Chriſti eminentia dici, in perenni eius duratione dicantur.

XV. Expectas forte, Lector, vt quis victoriam retulerit, coronamque ex tot Sanctiſſimis Sapientiſſimisque Doctoribus, melius de Chriſto loquendo promeruerit, enunciem: haudquaquã tantum mihi attribuere audeo. Vereor enim ne in ſuſpicionem veniam infidi Iudicis: ac proinde (cùm & Gallus ſim, & D. Bernardi cõciuis) ne reijciar. Vnde ſi exclamauero dicens: VIVAT GALLIA, VIVAT S. BERNARDVS, QVIA PALMAM RETVLERVNT, in promptu eſt, vt dicar priuatis ac ſiniſtris affectibus (dum pro Gallia & Sancto Bernardo Zelum aſſumere videor) excœcatus, iudicium penitus amiſiſſe. Amice Lector, huius rei lubens te conſtituo iudicem, lubensque ſapienti tuo iudicio acquieſco. ſi autem quod ea de re ſentio, candidè fatendum eſt, videntur mihi omnes victores, & omnes victi. Chriſtus enim eſt inſtar pretioſi la-

lapi-

pidis dicti OPALI, qui ſi lucenti ſoli ita opponatur, eius vt radijs reuerberetur, mirùm quantum admirationis adferat contemplantibus! nam vni carbunculum, alteri Saphirum, tertio ſmaragdũ, quarto adamantem inſtar fulguris radiantem; & nõnullis margaritas Orientales: denique gemmas omnis generis repræſentat. Omnes verum dicunt, omnes falluntur, omnes rectè iudicant: quia quod omnes dicunt, vident verè; & omnes viciſſim errant: quia apparet tantum, & ſpeciem exhibet, nec tamen in veritate eſt, quod ſpecie tenus oculis exhibet. Tandem omnes obtutum, admirantes, defigunt in hoc naturæ admirando opere, cui ſimile aliud non reperitur: & ex conſequenti omnes illud amant, omnes eo frui, vt pretioſo theſauro deſiderant. Pari modo, quicunque Chriſtum Dominum contemplantur, omnibus quidem ſingularis obijcitur pulchritudo, ſed vni alia, alteri alia, modo diuerſo repræſentata. Vnde quilibet eorum melius videndo, videri poſſet viciſſe, & quilibet perdidiſſe. At verò omnium optimum eſt illum admirari, amare, guſtare, frui, & ita arctè ſe illi vni-

re.

Digitized by Google

re, ac ſi animæ noſtræ eius omnes eſſent, ſponſæ, & ille viciſſim earum ſuauiſſimus eſſet ſponſus. O! eum amarem quantùm eſt amabilis! *Fac, Domine mi, fac omnes vt alij amores in me moriantur, omnia alia deſideria ſuffocentur, omnes aliæ cogitationes euaneſcant: & tota anima mea, totum cor meum, & quicquid in me eſt. & hoc in omnem æternitatem, in plena tua ſint poteſtate, vt nihil amem niſi te ſolum, atque hoc ex totis meis viribus! quin & hoc, ſit velim vltimum vitæ meæ verbum, & donatio inter viuos irreuocabilis. cuius tu teſtes conſtituas, opto,* CÆLVM & TERRAM. *Sed & cor Dei Patris percupio depoſitarium eſſe huius facti teſtamenti: quin & Beatiſſimam Virginem, amantiſſimam tuam matrem peruelim ſi dignaretur, harum promiſſionum mearum eſſe teſtem; tu verò in omnes æternitates velis eſſe Dominus meus, & Deus meus; ego verò gratiâ tuâ ſim humillimus, ſinceriſſimus & conſtantiſſimus tuus ſeruus; cor autem meum integrè ſit ſecundum tuum, inflammatum igne ſacratiſſimi amoris tui, & ſignatum & aduſtum æternâ Auguſtiſſimi nominis tui notâ, nec non ſcriptum litteris purè aureis, & ſignatum adamantibus immortalitatis.*

Amen.

CA-

CAPVT XVI.

Nihil æquè reddit IESVM amabilem animo bene diſpoſito, atque exceſſus amoris exhibiti, & doloris tolerati in ſanctiſſima paſſione.

INITIVM eorum, quæ hoc capite tractaturus ſum, omnium optimè à Diui Bernardi verbis me deſumpturum exiſtimo: qui hunc in modum loquitur: *Domine, omnes diuinas & præeminentes tuas actiones & opera conſideraui, ſed ſuper omnia conſideratio ſacratiſſimæ tuæ paſſionis cor meum pupugit. Eſt enim ſummè doloroſa & ſimul amoroſa. Vnde ita punctus & compunctus ſtatui, poſthac neque cor, neque linguam ad alia adhibere, quàm ad te amandum, quàm ad gratias tibi agendum, quàm ad amori tuo ſanctiſſimo, quicquid in me rationem boni habere poteſt, ex aſſe tibi conſecrandum.* Serm. de paſſ.

I. Immittere ſe in immenſum totius paſſioins oceanum, conſiderando ſingulos in quolibet ſupplicio exceſsus amoris ac doloris, eſſet deſcendere in tam profun-

fundam abyſſum, ex qua nullus daretur exitus. Mihi autem cùm ſolùm decretum ſit ob oculos ponere, quàm Chriſtus ſuâ ſe paſſione mundo amabilem reddiderit, in genere tantùm loquar de eius cruciatibus, & ponderabo motiua, quæ & potentiſſima, & maximè admirabilia ſunt. Domine IESV inſpira cordi meo, amoris ac doloris ſuſpiria, accende animam meam igni infinitæ tuæ charitatis, vt ex oculis cadentes lacrymæ ſupra id, quod manus mea de tuis pœnis exarat, abluant peccata, quæ ſunt cauſa tam horribilium tibi illatorum tormentorum.

S. Hieron. S. Bonau. Bloſ. c. 5.

Suppono primò id, quod eminentiſſimi quiq; ſanctiſſimiq; Doctores dicunt, neminem nimirum hominum huc vſque extitiſſe, neque ante extremum iudicij diem extiturum, qui magnitudinem tormentorum, & circumſtantias dolorum, quos Chriſtus in ineffabili ſua paſſione ſuſtinuit, animo comprehenderit, aut comprehenſurus ſit. Et quanquam ij dolores in corpore & magni & prope innumeri fuerint, tamen in corde & in interiori homine adhuc maiores & plures fuiſſe, non eſt dubitandum.

Sup-

Suppono ſecundò, quòd, etſi ſacroſancto ſuo ore ſemel elatâ voce extenſus in ara crucis, dixerit SITIO, corde tamen igne charitatis accenſo tacitè in ſingulis tormentis ei illatis idem verbum protulerit. Et hoc quidem vbi dolor ad ſummum peruenerat, & erat vehementiſſimus, iterabat SITIO, SITIO. Quaſi diceret: dolor hic non extinguit ſitim, neque deſideria plura patiendi, tum ob amorem, quo Patrem complector, tum ob cupiditatem, quâ flagro ſaluandi humanum genus. Hoc Lector, tanti eſt momenti, vt ſi animo bene perpendas, animaduerſurus ſis talem in Chriſto bonitatis exceſſum, qui exſuperet omnes tuas cogitationes, quique te ad amorem illius, qui prius te miſerabilem creaturam (cui non niſi infernus debebatur) incomprehenſibili amore eſt proſecutus, ſit inflammaturus.

Rei huius principium deſumamus ex crudelitate dolorum, qui innocentiſſimo huic agno tolerandi fuêre, poſtquam pro nobis vadem ſe dedit æterno Patri, qui iuſtiſſima ira accenſus erat contra magnitudinem, multitudinem ac enormitatem non tolerandorum peccatorũ,

qui-

quibus vniuerſus mundus ſe contaminârat. ſi tamen rudi aliquo modo velis ſcire, quæ & quanta fuerint Chriſti tormenta, quæ ſequuntur conſidera.

S. Tho. 3. par. q. de paſſ.

Et I. quidem, illa, quæ Angelicus Doctor dicit de iis, non accipienda eſſe quaſi more concionatorio, & ex deuotionis affectu protulerit, ſed iuxta Theologiæ ſeueritatem & conſuetam viri maturitatem: *quandoquidem*, *inquit*, *Verbum incarnatum voluit ſecundum rigorem pro nobis Læſæ Patris Iuſtitiæ ſatisfacere, tantum eum pati oportuit, quantum totius mundi peccata merebantur.* Eheu! ad primam iſtam vocem animo pene deficio: nam dum conſidero Dei iuſtitiam, ſiue in inferno, ſiue in purgatorio, ſiue etiam in hac vita punientem peccata, tam horrendam animaduerto ſeueritatem, vt vel ſola eius imaginatio ſufficiat ad inducendum animi deliquium, cùm tamen iuxta placitum Theologorum *Deus ſemper punire ſoleat citra demeritum.* Eheu! totus mihi horrore contremiſcit animus, dum apud me tacitè perpendo, quòd quandoquidem tantæ ob exigua peccata hominibus infligantur pœnæ, quantæ iuxta Diui Thomæ propoſitionem & veritatẽ, infli-

inflictæ fuerunt in paſſione Chriſto Domino, dicit enim *tantum tormentorum, tantum pœnarum, tantum denique dolorum voluit ſuſtinere, & quidem ſolus in proprio corpore, quantum ſi ipſe omnia peccata mundi feciſſet.*

II. Miraberis haud dubie Lector, quòd nonnulli haudquaquam contenti deſcriptis à D. Thoma ſupplicijs, dum dicit: *tantum voluit doloris ſuſtinere, quantum ſi ipſe omnia peccata mundi feciſſet,* ijs addant maiora. Hæc autem D. Thomæ propoſitio hunc habet ſenſum: Chriſtus Dominus Agnus immaculatus & ipsâ innocentiâ innocentior ſeipſum condemnare, & ſufferre voluit tantos cruciatus, quantos ſi ſolus ipſe omnium hominum, qui ſunt, fuerunt, & vſque ad conſummationem ſæculi futuri ſunt, peccata commiſiſſet. Quorſum, amice Lector, quorſum hoc tendit? O quàm longè lateque ardens Domini deſiderium ſuas flammas expandit! Et quàm innumerabiles ingens iſtud animi ſaluatoris decretum ab infinito & ineffabili in humanum genus amore inſpiratum, dolores inuoluit! D. Bonau. D. Bern. Ilof.

III. Nullúſne pœnis imponetur finis? Mi Deus, quàm vehementer ſubinde de-

uotio vrget emiſſionem, & emiſſa quàm procul, neſcia vllis terminis contineri, progreditur! En alius, qui addens auctarium dicit: non ſat fuiſſe, quòd præcisè pertulerit id omne, quòd omnia mundi crimina promeruerant, ſed quòd diuina eius perſona ex amoris, quo flagrabat, abundantia, longè plura pati debuerit, quàm requirebantur ex iuſtitia ad abſtergendas omnium hominum ex peccatis contractas animi maculas: *tantam aſſumpſit pœnam, vt præponderaret totius mundi delictis.* Libenter verba ipſa à magnis illis viris conſcripta in medium profero; habent enim vim & energiam maiorem, quàm ſi eorum ſenſus tantum adferretur. Fateor in conſideratione altiſſimarum iſtarum propoſitionum, quæ (niſi veriſſima ijs ineſſet veritas) videri poſſint nonnihil audaciores, me ipſum propemodum perdo. Cùm enim veriſſimum
Serm. 4. 7. ſit, quod dicit Damianus, vnicam nimirum eius *ſanguinis guttam* (quia erat infiniti valoris ac meriti) ſufficientiſſimam fuiſſe ad mundorum milliones redimendos, cur eum fundere voluit vſque ad extremam guttulam? In promptu cauſa eſt: *vt virtus diligentis ex doni redundatione clareſcat.*

ſcat. Illi, inquit, volupe erat, vt quotieſcunque corpus aliquas ſangninis guttas emitteret pro hominum ſalute; toties etiam cor ipſius diluuium ignis flagrantiſsimi amoris, quem anima incluſum gerebat, profunderet. O perfide, & digne cui Hyrcanæ tigres admouerint vbera, quem amabis, quem inquam amabis, ſi Chriſtum, qui ex nimio amore pro te vitam dedit, non amabis?

IV. Non parum moleſtiæ parit, quòd aliquibus enormia iſta Chriſti tormenta, quæ ne imaginatione quidem vlli mortales comprehendere valent, non videantur ſufficere. quare hanc addunt circumſtantiam *omnia ferre voluit, quæ ſalua vitâ ferre potuit.* hoc docent & ſentiunt non pauci. Tanta & tam diuturna voluit perpeti ſuplicia, quanta in ſacratiſſimo ſuo corpore, vitâ ſuperſtite, valuit ſuſtinere. Vnde calicem, ne guttulâ quidem in eo relictâ, penitus, non obſtante vllâ amaritudine, exhauſit. Dices, cur in primis ſtatim cruciatibus animam Patri non reddidit? Dolor equidem abundè erat ſufficiens ad mortem ſtatim inferendam, ſed vt eum adaugeret, ſupplicia prolongauit & multiplicauit. Quod vi-

S. Bonau.
Bloſ.
S. Anſelm.

uit, alia de cauſa non viuit, niſi vt in ſingulis moriatur momentis; quod ſuæ ad tempus parcit vitæ, eſt vt eam poſtea prodigat, & vt in vna vita, mille vitas inueniat, quas omnes oblationem mundam offerat in gratiam & redemptionem vitarum noſtrarum. O cor perfidiæ ac perduellionis pleniſſimum, cui amabò, tuos reſeruas amores, animique affectiones, ſi non Chriſto Domino, qui amorem infinitorum cordium, ſi eſſent, promeretur? O IESV mi, amor cordis mei, haberem vtinam hominum Angelorumque omnium corda, vt te ſolum ego ſolus tanto proſequerer amore, quanto omnes ſimul creaturæ!

V. O cælites, quò tandem altitudinis pertingemus, ſi allata de infinitis Chriſti doloribus adhuc tranſcendamus, & corollaria iiſdem adiungamus? Et tamen en Cherubin vnus, atque Seraphin alter, qui adhuc altius ſuo volatu pertingunt, dum alter eorum dicit, *dolorem aſſumpſit in ſummo, & confuſionem in ſummo*. ſi vbi ad altiſſimũ, quò poſſibile eſt in hoc mundo, pertigerit dolor, & ad profundiſſimum, quod in hominis imaginationem cadere poteſt centrum deſcenderit confuſio

S. Thom. opuſc. S. Bonau. Bloſ. l. c. de Paſſ.

fuſio, ea inter ſe hoc interuallo diſſita coniunxeris, & ſic coniuncta Chriſti in corde ſimul colligaueris, duobus in verbis epitomen ſacratiſſimæ Chriſti paſſionis, & volumen maximorum eius dolorum confeciſti. Qnomodo hæc accuratè conſideranti cor non crepet, non ſatis intelligo, aliud quod cogitem non habeo, quàm quòd Deus pro infinita ſua bonitate priuet nos iſta cognitione, futurum alioquin, vt homini cuilibet in mille partes cor diſſiliret, nec non confuſione & commiſeratione exſpiraret. Hæc vnus, alterum nunc audiamus, *decuit eſſe opera eius talia, vltra quæ, & ſupra quæ, quò extenderet ſe, non haberet.* Quaſi diceret, oportebat Chriſtum in ſacratiſſima ſua paſſione eò amoris peruenire, vt vlterius, neque dicendo, neque patiendo, imò nec imaginando quiſquam poſſet pertingere. Adeóne enormis & deteſtabilis exiſtebat noſtra malitia, vt ad eum dolorem & horrorem ſuppliciorum oportuerit deuenire, quo vlteriorem non eſt inuenire? Dicamus potius hoc modo: amor dulcis IESV eóne vſque pertigerat, vt nullo modo vlterius poſſet peruenire abſque iactura innumera-

 bi-

Digitized by Google

Eph. 2. v. 4. bilium vitarum? Perbellè nunc intelli-
go, quare Apoſtolus dicat: *Propter nimiam*
Hebr 12. 2. *charitatem, quâ dilexit nos, cum gaudio ſuſtinuit*
crucem, contemptâ confuſione. Intelligo etiam
quare ſponſa dicat in Canticis: *adoleſcen-*
tulæ dilexerunt te nimis. Quis modus con-
tinendi amoris vim nimiam aduerſus
eum, qui nos vltra quàm vel cogitare
potuiſſemus, vel ſperare auſi fuiſſemus,
nos amauit? Sed eheu! quanto pudore
digni ſumus, quòd non maiori teneritu-
dinis amore tam bonum Dominum pro-
ſequamur, ob cuius amorem ipſæ rupes,
resque aliæ omni ſenſu carentes, emolliri
poſſint ad teſtificandum ſenſum, quem
ex eius cruciatibus præter rerum ordi-
nem percipiunt.

VI. Ad carnifices nunc & eorum in
Chriſtum diram crudelitatem atrocita-
temque perpendendam nos conuerta-
mus: perſpectis enim tormentis, quæ
noſtri causâ patitur, facilius perſpicie-
mus, quantopere ei obſtricti ſimus. Vni-
co illo verbo, poſſum omnes, quæ in ho-
minis imaginationem cadere poſſunt,
calamitates exprimere, quo verbo Chri-
Matt. 17. ſtus (inter reliqua, quæ de Iudæorum
perfidia dixit) barbariem eorundem ad-
uerſus

uerſus Ioannem Baptiſtam expreſſit, *Non cognouerunt.* Quod eſt dicere: *iſtius hominis cæleſtis merita, & vitæ ſanctitas eos fugit*: idcirco quæcunque atrocitas plus quàm feralis ijs ſuggeſſit, in eum deſignârunt. PRIMÒ autem illa atrocitas mentis oculos ijs eripuit, ne *forte viderent æquitatem*; deinde malignum ac infelix eorum cor toxico infecit, vt agere quicquam boni nollent. & ſtatim addens de ſe, ait: *ſic & filius hominis paſſus eſt ab ijs.* Id eſt, non humanius tractabant filium hominis: leuabunt enim manum contra illum, & quæcunque inſpirabit rabies turbatiſſimæ affectionis animi aduerſus eum, patrabunt. Imaginare tibi, ſi potes, Lector, illud *paſſurus ab ijs*, ſcilicet à maligno illo Iudæorum populo, de quo tam bene erat meritus; à Legione illa Romanorum militum; ab hominibus, quorum quot ſunt, tot ſunt carnifices, imò tot tigres, tot immanes Dracones; imaginare inquam, ſi vales, quantùm mitiſſimus ille Agnus paſſus ſit, qui tamen *non aperuit os ſuum*, vt vel minimum emitteret doloris ſignum. ita ardebat deſiderio teſtificandi aduerſus nos charitatis ſuæ abundantiam: quam heu dolor! nec promeriti ha-

Digitized by Google

hactenus ſumus, nec in poſterum vnquam promerituri.

VII. Dum Chriſti carnifices voco tigrides & Dracones furioſos, nimis molli vtor vocabulo. S. enim Chryſoſtomus credit pleroſque illorum obſeſſos fuiſſe à dæmonibus, & ſi non ſemper, minimùm durante Paſſione. O Deus, quæ iſthæc eſt cogitatio! & quæ odij plus quàm barbarici acerbitas! Eheu! quid non agerent homines dæmoniaci, qui imperio infernalium poteſtatum volentes ac lubentes ſeſe ſubiecerunt? Et ipſe Lucifer, Dux & inſtigator malorum omnium, quid non ageret, videns hunc ipſum eſſe Dei filium, à quo è Paradiſo eſt eiectus, & à quo breui poſt tempore etiam è terra eijciendus ſit, & imperio ſpoliandus? Conceſſas haud dubiè ad vindictam ſumendam viginti quatuor horas non ſiuit fruſtrà elabi: ſed aſſumptis *non ſeptem*, ſed innumeris *ſpiritibus ſe nequioribus*, poſſibilia & impoſſibilia adhibuit machinamenta, ad perdendam Chriſti humanitatem, quem mortalem & immortalem ſuum hoſtem nouerat. *Hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum*; Aduênit, inquit Chriſtus, aduênit

Digitized by Google

pit hora veſtra, & hora, quâ tenebræ iſtæ odium ſuum in me expleant, & quicquid Patris iuſtitia illis permiſerit, exerceant. Fateor tibi, Lector optime, hæc eſſe ſupra ingenij mei capacitatem, impoſſibile mihi proinde eſſe, vim iſtorum verborum calamo exprimere, & ob oculos ponere, quantùm doloris & pudoris crudeliſſimi & atrociſſimi iſti Tyranni, innocentiſſimo ac pudentiſſimo Chriſto Domino intulerint. Et ad omnia hæc, quæ eius querelæ, qui gemitûs, quæ lamenta ex ſacro eius ore exaudiuntur? hæc: *modo intelligat homo ſe à me amari, ſuam ſalutem mihi vnicè cordi eſſe, nunquam de vllis querar pœnis, nunquam vlla detractabo ſupplicia, ſed omnia volens ac lubens ſubibo.*

VIII. Adhuc alia adiungenda eſt circumſtantia, quæ Chriſti paſſionem plurimùm aggrauat: Eam D. Bonauentura deſcribit his verbis: *tam tortoribus, quam ſpectatoribus fatigatis, tandem IESVS iuſſus eſt abire*: vbi defatigaſſent brachia eum verberādo, obtudiſſent oculos aſpiciendo, rabiem expleſſent eum ſputis petendo, & omnem, quam infernus & hominum malitia ſuggerere nôrat, & excogitare poterat, in eum exercuiſſent Medit. de paſſ.

 bar-

barbariem, cùm nihil amplius ſupereſſet crudelitatis, eum abire, volentes, nolentes ſinere debuerunt. Ecquando corda vel amore, vel dolore crepabunt, ſi non crepent, dum verba iſta perpendunt? Homines iſti cacodæmone obſeſſi nil poſſunt vltrà, vires ſuas exhauſerunt percutiendo, & excarnificando terræ cælique Dominum. Qui tamen Dominus ne iſtis quidem ſatiatus eſt opprobrijs & verberibus, corpus eius necdum ſatis labefactatum eſt, necdum ſatis apertum eſt cor ad introſpiciendam eius amoris magnitudinem aduerſus humanum genus, quod optimus Chriſtus amat vltrà, quàm ab vllo mortalium explicari poſſit. Mihi proinde quàm maximè probatur, nouus vt infernus creetur, ad caſtigandã ingratiſſimi cordis humani proteruitatem. quia cum Chriſtus illud incomparabili amore proſequatur, adeo remiſſum eſt in amore & ſeruitio ſui Creatoris ac Redemptoris, adeoque parum conatur par pari referre, & amorem amore compenſare, vt noui inferni digniſſimum videatur mancipium.

IX. Ecquis in hiſce dolorum abyſſis ſe non perderet, ecquodnam tam fœcun-

cunduminueniri poſſet ingenium, quod præter iam dicta poſſet aliquid excogitare? Et tamen veriſſimum eſt adhuc ea adferri poſſe, quæ melius ob oculos ponant magnitudinem eius patientiæ, & immenſitatem eius amoris. Nec tamen ea patientiſſimus & benigniſſimus Dominus proprio, ſed Dauidis ore declarare voluit: *afflictus ſum & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.* Pſal. 37 v. 9. Quaſi diceret, vſque adeo vehementes ſingultûs elicuit cordis mei gemitus, vt audire mihi videar rugitûs Leonis. Ore autem Ieremiæ Prophetæ ſic ait: *Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs.* Tho. 3. 30. Quod eſt dicere, Virginales genas ſuas percuſſoribus ſuis exhibebit, vt malignis eas pugnis ad libitum onerent, cumq; opprobrijs adeo ſaturent, vt vltrà vix quicquam perferre valeat. Et vt oſtendat verba iſta de ſe digitis Spiritûs ſancti exarata eſſe, ore proprio ea repetit in ara crucis, iam iam animam in manûs Patris commendaturus. *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Vide ſ 23 l. 13. Patientia equidem nunquam fit impatientia, ſed modus iſte loquendi nónne oſtendit, quòd ſi aliquando id fieri poſſet, nunc factum eſſe?

In-

Digitized by Google

Incredibili quidem patiendi tenebatur ſtudio, vehementi amore & inconcuſsâ conſtantiâ dolores & ſupplicia exoptabat, tamen cùm cruciatuum vehementia, & Iudæorum furor ita excreuiſſent, vt nullum amplius recipere poſſent incrementum, voluit benignus Dominus iſtis verbis teſtificari tantos eſſe dolores, vt ijs alius quilibet fuiſſet ſuccubiturus. Quandoquidem dulcis IESVS queritur, conſtare nobis debet eius tormenta eò acerbitatis deueniſſe, vt vlterius non poſſent.

X. Age Lector, quomodo conciliabis iſtas duas res oppidò ſibi contrarias, imò verò penitus contradictorias? Vna enim ex parte ſemel in ara crucis dixit, SE SITI EXCRVCIARI; adde nos ſupra dixiſſe, quolibet in tormento, quod ſuſtinebat, ſi non ore, certè corde eloqui ſolitum: *ſitio*. Et hoc ad oſtendendum amorem ſuum omnibus pœnis eſſe ſuperiorem; ex altera autem parte queritur ſe nimis affligi, nimis humiliari, & abundè ſaturatum opprobrijs? ſi nouas pœnas, noua opprobria appetit, cur nimia dicit eſſe, quæ patitur? En in quo bonus IESVS vnâ ex parte doloris grauitate

pre-

premebatur, ex altera amoris vehementiâ ad plura patiendum ſtimulabatur. Quando dolor videtur ſummum attigiſſe, amor victoriæ auidus, vno altius aſcendit gradu, quò enim plus patitur, plus pati deſiderat. Quomodo ergo, ô infelix homo, hæc in conceptum potes admittere tuum, & viuere? vel ad minus non reſolui in aliquam animi teneritudinem? vel minimum aliquod filiale amoris deſiderium erga tuum Patrem ac Saluatorem non concipere?

XI. Hæc res augebitur in infinitum, ſi eius SITI non ſolùm propter amorem aduerſus homines, ſed aduerſus Patrem augmenta adieceris. *quantus fuit amor eius erga Patrem, tanta debuit eſſe paſſio illius*, dicit quædam perilluſtris perſona. Et hoc non ſolùm eſt incredibile, ſed prorſus impoſſibile; modus enim, quo Verbum æternum amabat Patrem æternum & infinitum, amore infinito, iubere poterat humanitatem pati tormenta infinita. Cuius incomprehenſibilis amoris magnitudo erga Patrē efficiebat, vt omnes cruciatûs nihili æſtimaret. Quin imò in Canticis diem triſtiſſimam acerbiſſimæ ſuæ Paſſionis, vocari voluit *diem deſponſationis*

Bonau. B. oſ.

v. 11.

tionis ſuæ, & diem lætitiæ cordis ſui. Et hoc præ magnitudine deſiderij, quo ſtatuerat ſingulare aliquid facere ob Patris amorem. Adde, quòd conſtitutum illi erat ſatisfacere ex ſummo rigore iuſtitiæ diuiuæ, quæ ex aſſe ſibi volebat ſolui quicquid vnquam homines debitorum contraxiſſent. Deus bone, quantâ ſummâ opus erat ad diſſoluenda tanta debita? Et quæ tormentorum ac ſuppliciorum magnitudo & acerbitas non erat ſubeunda, vt & Patri offenſo fieret ſatis, & maculæ omnium peccatorum ſanguine agni immaculati abluerentur?

Bloſ. XII. Quid ſibi vult is, qui ſic loquitur: *ſinguli articuli Paſſionis Chriſti, ſunt acerbi inſtar mortis.* Quot ſupplicia, tot mortes. *ſudor ſanguinis, flagellatio, & alius quilibet Paſſionis articulus tam erat acerbus, vt morti inferendæ eſſet ſufficientiſſimus.* Verùm amor egreſſum animæ impediebat, vt innumeris propè vicibus moreretur dolore, antequam anima ſepararetur à corpore. *Triſtis eſt,* inquit, *anima mea vſque ad mortem.* Millies id Paſſionis tempore potuit reiterare, adeo multa ſuſtinuit ſupplicia! Et tu interim, amice Lector, tuam non deplorabis ingratitudinem,

Digitized by Google

& cordis tui nequitiam, quod filius Dei ob tui amorem ad tantas redactus ſit anguſtias?

XIII. Rémne è principibus vnam, & maximi momenti obliuioni trademus? *Adeo delicatus erat, vt quilibet ictus cor eius penetraret.* delicatus verè, quia præcipuũ Spiritûs ſancti opus, coagmentatum ex puriſſimo B. Virginis ſanguine. Vnde naturaliter adeo erat tener, adeo ſenſibilis, vt minima in corpore afflictio cor illi ſummè exagitaret, ac propemodum transfigeret. Hinc ſuppoſitâ vna ex parte dictâ teneritudine, & ex altera grandine ictuum, multitudine plagarum, puncturis ſpinarum, grauitate alaparum, protruſionibus pedum, fixuris clauorum, & omni genere contumeliarum, quàm acerba, quàm ineffabilia ſupplicia oportuit pertuliſſe Chriſtum benedictum, dum malleatus & contuſus eſt omni ex parte, omni momento & omni crudelitate. Quam ob rem innocentiſſimus Agnus, neſciens, ne quidem, quid eſſet queri, tamen ore ſui ſerui hanc emiſit vocem. TORCVLAR CALCAVI SOLVS. preſſus ſum ſub torculari, quin imo me ipſum omnium pedibus ibi proculcandum

S. Thom.
S. Bern.
S. Bonau.
Bloſi.

Digitized by Google

dum & comprimendum dedi, amore ſtimulante. qui, vſque ad vltimam guttam, ſanguinem meum è venis extraxit, & ingenuam hanc vocem elicuit.

O vos omnes attendite & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus! menſura amoris mei, eſt ipſe dolor meus. Quare vt amor hic meus alium amorem ſibi parem non habet; ita nec dolor meus ſimiles ſibi habet dolores: ſed omnes quotquot ſunt, fuerunt, atque adhuc futuri ſunt, longè ſunt inferiores. Quod bene ex-
53. v. 3. preſſit Iſaias, quando *virum dolorum, & ſcientem infirmitatem* me nominauit. *Iſtud eſt imperium, quod mihi amor in homines peperit; iſtud eſt diadema regium, & corona pungentibus ſpinis contexta; iſtud ſceptrum non aureum, ſed arundineum, quod exornant non orientales gemmæ, ſed è meo corpore ſanguinis defluentes vndæ; curiales & aulici mei, eſt turba carnificum; regni mei dominium tam latè ſe extendit, quàm crucis lignum, cui affixus*
3. Reg. 10. 20. *ſum; thronus meus infame eſt patibulum. Regnauit à ligno Deus.* Eſt & ille thronus, quē ſolium Salomonis figurabat, de quo iure maiori dici poteſt, quòd ei *ſimile opus factum non ſit in vniuerſis regnis.*

XIV. Quod maxime in Chriſti Paſ-

ſione

ſione cor, etiam renitens, commouere poteſt, eſt profundè in animum demittere, quòd Chriſtus præuidebat admodum paucos ex ſua morte emolumentum relaturos; imò eam pluribus occaſionem futuram blaſphemandi, & cauillandi; maximam item mortalium partem adeo immemorem beneficij, ingratam ac inhumanam ſeſe exhibituram, vt ne gratias quidem ageret; quòd incendium ingentis amoris, quo propter hominum ſalutem flagrabat, non tantam vim habiturum, vt eorum corda accenderet; imò nec minimam reciproci amoris ſcintillam ex ijs (ita induruêre) valeret excutere; quòd perpauci ex ea eſſent fructum decerpturi; ſi qui autem eſſent, qui aliquem decerperent, eum fore oppidò tenuem ac ieiunum. His non obſtantibus, Chriſtus, cuius bonitas eſt infinita, omnes Paſſionis æſtûs fluctusque, qui velut diluuium quoddam eum vndique obruebant, inſtar firmiſſimæ rupis eos excipiendo & ſuſtinendo, tanto cum amore & alacritate ſuperauit, vt permirum mihi videatur, quòd vel deſperatiſſima & languidiſſima quæque hominum corda ad tantum

Digitized by Google

amatorem redamandum non erigantur & excitentur.

XV. Eorum mihi probatur opinio, qui dicunt, quòd qualiaçunque amabiliſſimum eius corpus perpeſſum fuerit tormenta, cor longè maiora ſuſtinuiſſe; & maximum dolorem, quem in corde ſenſit, profectum fuiſſe ab enormitate peccatorum, quæ comprimis offendebant Patris bonitatem. Itaque peccata principales eius tortores extiterunt, quę primò & principaliter diuiniſsimam ac innocentiſsimam eius animam afflixerunt. Quando Cæſar in pleno ſenatu vidit ſenatores, manibus tenentes nudos pugiones ad ſe confodiendum, & cor ſibi aperiendum, concidens animo, cooperuit faciem, & cadens in terram, ſiuit ſe ab ijs confodi. Quis neget eum maiorem è corde dolorem, quàm è vulneribus corpori inflictis, ſenſiſſe? Cogita quid Chriſtus ſenſerit, videns ſe omni ex parte totius mundi circundatum peccatis, quæ eius animæ repræſentabantur, non ſecus atque Dracones, tigrides ac leopardi quidam rabie perciti, atque
Pſal. 21. 13. inhiantes prædæ. *Circumdederunt me*, inquit, *Vituli multi, tauri pingues obſederunt me.*

ape-

aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut Leo rapiens & rugiens. tantum dolorem ſuſtinuit, quantum potuit ſine cordis diruptione. Doctoris Seraphici ſunt verba: quæ explicatione non egent, ſed amore & commiſeratione aduerſus eum, qui ſuccumbit ſub onere noſtrorum peccatorum. Bonau.

XVI. Multa quidem, imò innumera ſunt, quæ me obſtupeſcere faciunt, dum perpendo inexhauſtum Chriſti amorem, ſed nihil magis, quàm id, quod D. Paulus omiſſum ab Euangeliſtis ſolus notauit, & litteris conſignatum Eccleſiæ tradidit. Dixit enim; *accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quia Dominus IESVS in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit & dixit: accipite & manducate, hoc eſt corpus meum: quod pro vobis tradetur, &c.* In hoc 1. Cor. 11. 23.
vim immenſi amoris Chriſti ponit Apoſtolus, quòd quo momento ad ignominioſiſsimam mortem erat raptandus, quaſi eam nihil formidans, corpus & ſanguinem ſuum in animarum noſtrarum eſcam reliquerit; luge ex ijs nobis conuiuium præparârit, heredesque ſuos nos fecerit; pignus ſui amoris, & necis acerbiſsimæ, quam iam iam erat ſubiturus, teſtamento nobis conſignârit: cùm

Digitized by Google

potius, ſi vt homines ſolent, agere voluiſſet, euocandus fuiſſet ignis de cælo ad perdendos omnes illos, qui, prô nefas! in eius necem conſpirârant. Atat, ô Dei bonitas! Ecce illis ipſis delicatiſſimum & exquiſitiſsimum, quod in hoc mundo illis ipſe exhibere poteſt, parat conuiuium. in illo ijs ipſis elargiens corpus ſuum, ſanguinem ſuum, animam ſuam, perſonam ſuam. quid multis? ſeipſum. & quidem tanto deſiderio tenetur ſe nobis incorporandi, & vniendi, vt ipſam nobis mortem minetur, & quidem mortem æternam, ſi manducare eius corpus, quod pro nobis tradidit, & bibere ſanguinem, quem in ara crucis pro noſtra ſalute vſque ad vltimam guttam effudit, negligamus.

XVII. Cùm ingens extet cumulus beneficiorum Chriſti in nos, quæ abundè ſatis eſſe videantur, & ad capienda, imò obruenda corda noſtra; & ad animas noſtras amoris flammâ accendendas, quid opus eſt infiniti iſtius amoris alia requirere experimenta? Quorſum ergo alia, & nominatim tria, quæ ſequuntur, eius amoris documenta: quorum quodlibet per ſe poteſt inducere mille

mun-

mundos, ſi tot forent, ad amorem concipiendum, & exercendũ aduerſus tantam benignitatem? I. eſt quòd *ligno crucis* affixus noſtrum ſe *Aduocatum* conſtituerit in cælo ad Patris tribunal: ibi enim continuè noſtras agit cauſas, & iram æterni Patris mitigat, iam ignorantiam noſtram: *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt*; iam infirmitatem & imbecillitatem conditionis humanæ allegando. Ex inſtituto aperta in ſacro ſuo corpore voluit retinere vulnera, vt ijs velut diuinæ Rhetoricæ figuris vteretur ad reddendas noſtras actiones & cauſas ad patris ſubſellia minus odibiles, magis autem fauorabiles. Adde, quòd iungens verborum ſuorum periodos diuiniſsimo ſuo ſanguini omnia ſua Patri offert merita. Breuiter, quid optimus iſte *Aduocatus* nõ tentat, vt Aduerſarij noſtri technis ac tricis nos expediat, cæloque inſerat? II. eſt quòd refert S. Dionyſius, & verbis expreſsis teſtatur eum paratiſsimum eſſe, ad viciſsim patiendum & moriendum (eſto vel vnius ſolùm animæ ſaluandæ gratiâ) ſi ſic animo Patri æterno ſederet, & neceſsitas poſtularet. III. eſt, quòd tanto & tam inuincibili nos amo-

re proſequatur, vt videri poſsit carere non poſſe noſtro conſpectu, cùm tamen innumeris noſtris peccatis à nobis hactenus eum repulerimus, & adhuc in dies repellamus. Ijs tamen non obſtantibus, vult viuere & mori nobiſcum.

Cant. 8. 6. *Pone me*, inquit, *vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.* Et ita arctè me ibi imprimito, vt nec ego à te vnquam ſeparari valeam; nec tu velis, aut cor, aut brachium, aut animam vnquam poſsidere, niſi ea meis inſignibus, & paſsionis meæ ſigillo fuerint obſignata. Quo facto me induces, vt arctis adeo amoris te vinculis mihi deuinciam, nunquam vt ſeiungi poſsis. Et de facto ſic loquitur Patri: Ioan. 17. 21. *rogo pro ijs vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipſi vnum in nobis ſint.* O dignatio! ô amor! ô gratia tam ampla vt dubitem an ſubtiliſsimi quique cæleſtes Spiritûs explicare eam valeant. Ad me quod attinet, dum eam mente agito, non aliter mihi eſt, quàm ſi natandi ignarus immerſus Luc. 14. 12. eſſem ſub vndis vaſtiſsimi alicuius Oceani, carentis fundo & ripa. Et idem mihi euenit, dum recolo Chriſtum ſimilem ſe attonito exhibentem duobus diſcipulis

in

in Emaus proficiſcentibus, ac ei dicentibus: *Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem, & non cognouiſti, quæ facta ſunt in illa his diebus?* Quæ, inquit Chriſtus? quaſi diceret: tantíne vos rem tantillam facitis? Vix amplius memoriâ teneo, quæ vos memorando ſummè admirari videmini: *Nónne hæc oportuit pati Chriſtum,* ad manifeſtandum amorem, quo mundum proſequitur? Tantáne res eſt mortem ſubijſſe Dei amore, & gratiâ ſaluandarum animarum? Ecquid hoc eſt, aut eſſe poteſt, collatione factâ cum charitatis, quam Deo debeo, magnitudine? Hæc audientes boni diſcipuli, cor ſibi intrinſecè igne charitatis inflammari, & ardere ſentiebant. Quæ obſecro incendia, & ſenſuri intus, & viſuri foris non fuiſſent, ſi, quis eſſet qui eis loquebatur diuinos iſtos ſermones, conſtitiſſet? Luc. 24. 26.

XVIII. I nunc, admirare teneritudinem amoris Apoſtolorum aduerſus Chriſtum crucifixum; i obſtupeſce D. Ioannem Euangeliſtam, qui ſacroſanctum IESV nomen, corde, ore, calamo, concipiendo & exprimendo ſatis ſibi facere nunquam poterat. Quidquid ſcribere volebat, erat IESVS; quocunque

ſe vertebant oculi eius amoris, videbant IESVM. Quid multis? ſolæ & vnicæ eius deliciæ erant IESVS. Vnde paucis capitibus, quæ ſcripſit de Chriſto, benedictum nomen IESV, inito numero, inuenitur protuliſſe *trecenties octies*. Et quidem verba iſta eximiè exornata pretioſiſſimo adamante IESV nomine, velut encauſto quodam depicta, ex abundantia eius cordis proficiſcebantur. I iterum, demirare D. Paulum, totam ſuam Theologiam conſtituere in vnico articulo, nempe *IESV crucifixo*. Dicit enim *non iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi IESVM Chriſtum, & hunc crucifixum*. Idem anathemati eos ſubijcit, qui IESVM non amant; qui non ſtudent diuino Pentateuche quinque eius vulnerum; qui ignem amoris non concipiunt ex ignito toto quanto IESV Chriſti corde. Tandem i, obſtupeſce quod Apoſtoli tam ardenter amârint Dominum IESVM, & tantis inceſſerint lætitijs ob eundem reſuſcitatum, ſedatis & ſuperatis omnibus diræ paſsionis tempeſtatibus, vt nimiâ, quâ perfuſi fuêre, conſolatione & lætitia eos priuârit videndi & cognoſcendi poteſtate: *ipſis autem præ gaudio non credentibus*, dicit

1. Cor. 2. 2.

cit ſacer textus: Videbant, & non videbant, vel ſi eum videbant, non eum cognoſcebant. Et ad inſtar D. Mariæ Magdalenæ, quæ eum cernebat ante oculos, coram præſens præſentem alloquebatur, ſacros eius pedes tangebat, & penitus eum non cognoſcebat. abundantia enim amoris diuini & magnitudo charitatis, quæ inſtar ingentis incendij eius oculos ita perſtringebat, vt omnis cognitio, & oculorum ſenſatio penitus abſorberetur, & Eclipſin pateretur. Quo quis intenſius ſolem intuetur, & in eum figit oculos, eò minus eum videt. O IESV optime, vtinam eſſem talis! Quis mihi det, vt tali te amem amore, vt præ illius magnitudine te præſentem intuear, nec tamen, qui ſis, cognoſcam! Quis det cor meum alia non reſpirare aurâ, quàm proueniente ex ſuſpirijs ſacratiſsimæ tuę paſsionis, & omnes animæ meæ potentias igne tuæ charitatis infinitæ abſumi, nec aliam ob cauſam me viuere, niſi ad te amandum, nec mori, niſi amore tui amoris. O dulcis IESV, hanc vnicam elargitor gratiam, & ſatis eſt.

Digitized by Google

CAPVT XVII.

Viſio animalium Prophetæ Ezechielis, & S. Ioannis ſunt ſpeculum amoris IESV Chriſti in venerabili Euchariſtia.

SANCTI Patres multùm ſua torquent ingenia, vt in veritate rei comprehendant quale myſterium lateat in throno Dei, quem vidit
Ezech. 1. 6. Ezechiel Propheta, & Diuus Ioannes Euangeliſta in Apocalypſi. Quæ enim
Apocal. 4. 7. eſt conuenientia, quæ ſimilitudo, quæ relatio Bouis, Leonis, Aquilæ, & hominis dictis animalibus iuncti, ad extruendum thronum regium, & dignum Maieſtate Dei creatoris totius vniuerſi? Nónne potius adunandi erant innumeri ſoles, & ſplendidiſsimæ quæque ſidera; vel certè abſque numero Spiritûs Seraphici & Cherubini ad hunc thronum exædificandum? *Qui ſedes ſuper Cherubin appare.* Quòd ſi Deo ſtatutum erat eò vſque ſe demittere; vt ſibi tribunal è rebus terrenis fabricaret, nónne magis conueniens

niens videbatur, vt eximium aliquod opus elaboraretur ad inſtar throni Salomonis, de quo dictum eſt: *non fuit inuentum tale opus in vniuerſa terra*? Vel viciſsim ſimile ſolio Regis Chinarum, aut ſicuti fuêre in veteri lege SANCTA SANCTORVM, in quibus tot pretioſiſsimi, & clariſsimè lucentes incluſi erant lapides, vt nocte media æquè omnia clarè conſpicerentur, atque in meridie clariſsimæ cuiuſcunque diei? Hoc ſi ita factum fuiſſet, aliquantula fuiſſet ſimilitudo ad ſupremam Dei Maieſtatem: ſed ſedere velle inter quatuor animalia (quorum omnium peſsimus eſt homo, & beſtialis magis, quàm ipſæ beſtiæ) quis tantum & tam ineffabile poterit comprehendere myſterium?

I. Quod vetus olim teſtamentum potuit admirari, ſed non aſſequi, nunc Chriſti beneficio velut meridies clarum eſt in nouo; nam quotieſcunque pretioſum ſuum corpus in Venerabili Euchariſtia nobis exhibet, ingrediens ſedem cordium noſtrorum, vt ibi adaptet ſibi thronum, toties in memoriam nobis reuocat, quod vidit Ezechiel. Poſsidet homo animam, quatuor potentijs conſtan-

matum 250. millibus aureorum, quem Cleopatra Ægypti Regina, modico ſubactum aceto, dum de præſtantia conuiuij inter illam & Antonium eſſet certamen, hauſit. Alij dicunt fuiſſe, quem guloſus ille Imperator vno prandio vel abſumpſit, vel abſumpſiſſe illi perſuaſum fuit, nempe integrum Phœnicem. Aliqui volunt cineres demortui Mauſôli Cariæ Regis, quos eius vxor Artemiſia incredibili amore Maritum proſequens, vino comiſtos ebibit. Quo facto melius cæteris omnibus mortalibus verum oſtendit illud: *erunt duo in carne vna.* Nec deſunt, qui contendant fuiſſe eſum pomi, de quo edit Adamus, cui inerat ſcientia boni & mali. Breuiter, arbitrantur aliqui fuiſſe cibum illum dictum Dodecathæon, in quo quicquid in cælorum penarijs delicatiſſimum reperiri potuit, percipiebatur. Tandem putant non pauci fuiſſe manna, Angelorum cibum apprimè delicatum. ſed omnia iſta aut fabulæ ſunt, aut figuræ repræſentantes eximium cibum, quem Chriſtus Dominus ex immodico amore & incomprehenſibili miſericordia nobis donauit. Moyſes quidem in deſertis Ægypti cum po-

Tacit. Plin. Maiol. Plin. Sueton.

Digitized by Google

culis & ludibrio infinitorum hominum, quibus certamen erat de palma impietatis & crudelitatis obtinenda. Ad me quod attinet, non inquiro rationes, quibus impellantur ad hoc arbitrandum: verùm in eorum pedibus, manibusque eo ſententiam, qui opinantur eum in Euchariſtia maximè & profundiſſimè ſe humiliare, admirandosque iſtius virtutis actûs aſſiduè exhibere. In primis enim eo tempore, quo patiebatur, habebat corpus paſſibile, & capax humiliationis, quæ ei inferebatur; erat in vita, quam elegerat ad exhibenda ſanctæ humiliationis exempla. Adde quòd ſemper aliqua fulgebat, & condecorabatur gloriâ; ſancta ei aderat Mater, aderant Angeli, Reges, aderant & innocentes, Paſtores, Ioſephus, & cæleſtis muſica. Deinde in cruce confeſſio conuerſi latronis, inauditæ eclipſes, mortui è ſepulchris reſurgentes, & ſexcentæ notæ ac indicia eius magnitudinis & potentiæ. Eheu! hìc in Euchariſtia quàm miſero excipitur perſæpe hoſpitio? Eheu! quanto iure illi dici poſſet, *Adam vbi es?* Eum conſidera, & tremebundus intuere in exiguo pegmate, ſeu tabernaculo ex

lignis

lignis compacto, forte à vermibus corroſo reclusus in ciborio plumbeo & fortaſſis olido, ſub conopæo lacero & à gliribus ſemicomeſto. Et hoc maximè in templis ruinâ & excidio labefactatis. in quibus nulla prorſus ſunt ornamenta, niſi quæ araneæ contexerunt, & pulueres hinc inde volitantes procrearunt. Eum ibi, ô anima Christiana, tali apparatu exceptum & exornatum; nec non in ſummè deteſtabilium, & maximè infamium peccatorum hominum pectore abditum contemplare. Nonne hoc verè eſt in medio Aſinorum, Boum, Leopardorum, & Draconum eſſe conſtitutum? Ecquæ amabò vis amoris ei ineſſe debet aduerſus homines, cui talibus in locis inhabitare, talibusque ſocijs circundari, eſt volupe? Et tamen *verbum incarnatum* quotidiè, imò innumeris vicibus in die è Patris ſinu deſcendit in terram, & talibus volens & lubens cohabitat.

IV. Si conſtitutum habebat dare ſe nobis, & nobiſcum manere, eheu! quomodo dandi ſe & manendi nobiſcum modum auguſtiorem digniorem q; non elegit? nónne poterat ſeſe diſtillare in

minu-

minutiſſimum manna, vel rorem aureũ? nónne inſtar igniculi, inſtar vnionis, inſtar alicuius ſplendentis aſtri, vel parui alicuius ſolis venire? Nónne cæleſtibus Seraphinorum manibus potius, quàm ſqualidis nonnullorum malorum ſacerdotum, forte etiam Simoniacorum, tractari & circumferri conueniens fuiſſet? Credebamus fore, vt eius tabernaculũ eſſet ſol, vti affirmârat Propheta: *in ſole poſuit tabernaculum ſuum.* Prædictum etiam erat eius thronum futurum *ex ebore & auro fuluo nimis;* quin & *quòd inueniendum non eſſet tale opus in vniuerſis terris.* Promiſerat quoque ſponſa futurum, vt reſideret in palatio, *cuius columnæ eſſent argenteæ, reclinatorium aureum, aſcenſus purpureus, & pauimentum conſtratum mediâ charitate.* Quaſi charitas ipſa in opus vermiculatum ſe totam quantam conuertiſſet & formaſſet, effeciſſetque, vt omnia auro, argento, minio, cæteriſque pulcherrimis coloribus immiſto reſplenderent, & quodammodo riderent. Et interim ſub panis ſpeciebus abditum & quaſi ſepultum, nec non velo albo ad inſtar niuis tectum, & velut abſorptum in ſtomacho, & corde hominis perſæpe peccatoris oculis

Pſal. 18.

2. Reg. 10. 18. & 20.

Cant. 3. 9.

mentis intuemur. Eheu! quò vis amoris tranſportauit benigniſſimum Domi-num, vt tam incommodo, tam indecente excipi & vti velit hoſpitio? Eum crederes Ionam in ventre ceti; Suſannam inter duos illos nefarios ſenes, qui Draconum potius, quàm hominum nomen merentur; innocentem Danielem in lacu leonum; tres pueros in fornace Babylonica, quaſi in anima quadam, quæ vnico & ſolo voluptatis igne vritur, conſtitutos. Quicunque dixit, *verum amorem carere oculis*, ſapienter dixit, dignumque ſe fecit, qui dum plura dicit, audiatur. nam ſi Chriſtus Dominus vellet examinare conſtitutionem locorum, in quibus commoratur, quî vnquam in animum induceret ſuum, vt animas tam deteſtabiles ingrederetur?

V. Quid cogitare, quid dicere debent Angeli, Archangeli, Cherubim, atque Seraphim, dum eum, quem tremebundi adorant, ſub cuius pedes humiliter ſe proſternunt, contrectari tenerique vident manibus, ore, corde, & penetralibus animæ abominabilis peccatoris? Et quid, quando conſiderant eſſe in poteſtate ſacerdotis, quinque breuiſſimas pro-

proferentis voces, *Verbum æternum* conſtituere in ſacra hoſtia, vt perpetuò in medio noſtri habitet? In quas non abripiuntur ecſtaſes, videntes poteſtatem, quam Deus dedit hominibus: quæ eſt vt quemadmodum ſemel Chriſtus in ventre ſacratiſſimæ Virginis, Spiritus ſancti operâ conceptus, & conſtitutus fuit, ita quotidiè innumeris vicibus in ventre hoſtiæ, *dum panis ſubſtantia in veriſſimum Chriſti viuentis corpus mutatur*, conſtituatur: nec non cùm ſummus cæli terræque ſit theſaurus, in ſinu pauperrimi hominis recondatur? Petrus Damianus dicit procul à ſe ſuum peregrinari ſpiritum, quando verbis Chriſti conſiderandis eum vult applicare. vna enim ex parte dicit: *imò beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud*; & ex altera: *qui fecerit voluntatem Patris mei, ille frater meus, & ſoror, & Mater eſt.* Videtur, inquit, hominem facere ſuam matrem, vel etiam plus quàm matrem, dum dicit: *imò beati, qui audiunt verbum Dei*, &c. Quod eſt apertè dicere, beatus eſt ille, non qui eſt ſicut mater mea, ſed qui ea facit, quæ ego, Paterque meus facienda præcipimus. Præcipit autem Chriſtus: *Hoc facite in meam*

Digitized by Google

commemorationem. HOC FACITE. Ecquid? recipite corpus meum in corda veſtra. Hoc dum facimus, nonne quodammodo Dei Filium in medio cordis noſtri concipimus, remque ineffabili incarnationi ſimilem facimus? nam ibi, accedente Virginis intemeratæ verbo, FIAT, Deus factus eſt homo, & in vtero eiuſdem Virginis glorioſæ velut in hoſpitio ſibi gratiſſimo nouem menſibus requieuit; hîc autem ſinu, abiectiſſimi terræ vermiculi excipitur. O mortales, vbi veſter, vbi eſt intellectus, ſi infinitam, quam tantæ bonitati debetis, obligationem grato animo non colitis?

VI. Libenter, ſi auderem, cogitationi Petri Damiani aliquid adderem, & id conforme in primis veritati: nempe videri mihi id, quod fit in hoſtia, admirabilius eſſe, quàm quod in conceptione Chriſti factum eſt in vtero ſanctiſſimæ Virginis. Illa enim erat innocentiſſima, candidior niue, clarior ſole, ſanctior Angelis, & poſt Deum ſecunda totius naturæ perſona. Vnde Verbum incarnatum longè meliore & digniore apud illam excipiebatur hoſpitio, quàm excipiatur in hoſtia. Hinc optimè potuit dicere

cere D.Bernardinus, *poſt patris æterni ſinum, in quo Dei Filius ſecundum æternam generationem æternaliter reſidet, nullo digniore loco à Spiritu ſancto eum collocari potuiſſe, quàm in ſanctiſſimæ Matris vtero Virginali.* Quòd autem inhabitet putida hominum ſacrilegorum & deteſtabilium peccatorum corda, infinitus eius amor aduerſum genus humanum maximè agnoſci & adorari debet. Quando amici Iob ad eum conſolandi gratiâ venerunt, & in fimeto vlceribus doloribusque plenum ſedentem deprehenderunt, adeo horrore ſimul & commiſeratione correpti ac commori ſunt, vt *eorum nemo ſeptem integris diebus ei verbum loqueretur.* Tam vehemens fuit ſtupor, vt ijs penitus loquelam eripuerit. Deus immortalis, ſi homines mortales feriò perpenderent Chriſtum Dominum commorantem in ſtomacho longè fœtidiore Iobi fimeto, nónne magna exclamarent voce dicentes, *gloriam tuam in puluerem deducis!* Quod eſt dicere eheu! Saluator dulciſſime, ita flocci pendis & conculcandam hominibus tuam propinas Maieſtatem, vt deteriori eam conſtituas loco, quàm in abiecto puluere & turpi fimeto? His piam adiunge Serm. 41. Iob. 2. 13.

cogitationem, quæ eſt, multos mortalium pretioſum Chriſti corpus diutius corde ſuo geſtaſſe, quàm Beata Virgo in vtero Virginali Chriſtum Dominum geſtârit. ſi enim rem ad calculos reuoces, deprehendes ſpatio nouem menſium, quo Chriſtus in Virginis vtero delituit, effluxiſſe ſolùm dies 275. qui efficiunt 6600.horas; in eo autem, qui ſacrificium miſſæ quotidiè celebraſſet, exempli causâ, per quadraginta annos, 14600. dies: & hoc interim ex ſuppoſitione, quòd nimirum ſumpti corporis & ſanguinis Chriſti ſpecies ſolùm intra horam conſumantur; maneret (numeratum eſt) quatuordecim millibus & ſexcentis horis. Si tertiam addidero rationem, vereor ne deuotione longius adhuc dicendo deuehar. Addam tamen: Beatæ Virgini tantùm conceſſum eſt videre ſemel verbum æternum in vtero ſuo fieri hominem: neque vnquam ei permiſſum eſt conſecrare, aut dictam actionem reiterare; at verò ſacerdoti conceditur quotidiè vt reiteret. Et quidem diebus nonnullis terna vice. Quid multis? poteſt quotieſcunque libuerit, *non quæro iam, an fas illi ſit, ſed an poßit* hoc tremen-

dum

dum myſterium, quod perquam ſimile eſt myſterio incarnationis, repetere conſecrando, & in effectum deducere.

Addo, quòd illa hoc ſanctiſſimum filij ſui corpus & ſanguinem nunquam recipiebat, niſi dependenter à ſacerdote, qui in ſacra communione illud ei porrigebat; illa autem nulli vnquam porrexit; ſacerdos illud conficit, illud ſumit ipſe, & cui placuerit, elargitur. Deus ſiquidem & ſacrum ſuum verbum, & potentiam obligauit, eamque manibus impreſſit ſacerdotis, vt quandocunq; libitum eſt, Deum hominem factum, in manibus habere poſſit. Dum hæc ſcribo, cor totum quantum mihi ſuffuſo nimio pudore contremiſcit, quòd eius in homines amor, prô dolor! tam tepidè agnoſcatur, tamque parui pendatur! ſed IESV benigniſſime, iuxta tuum ſolenne ignoſcito, tum mihi comprimis in te reo, tum vniuerſo hominum generi, qui nec amore, nec re aliâ infinitæ tuæ aduerſus ſe miſericordiæ reſpondent. Equidem non parua me tenet admiratio, quòd, cùm ſis ignis omnia vorans, & ſæpe ſæpius intra cordium noſtrorum penetralia commorans, ea in amoris flammas

Digitized by Google

Exod. 3. 3. non conuertas, ſed, velut ſi eſſent rubus, in cuius medio ad inſtar flammæ commoraris, non accenduntur, multò minus comburuntur, imò glaciei inſtar frigida remanent.

VII. Nónne longè maiori iure poſſemus, & verò deberemus dicere hæc verba dulciſſima, quàm Rex Dauid? *Domine audiui opera tua, & expaui*: quod eſt dicere: Domine verba tua auribus percepi, opera conſideraui, & ea conſiderans corde penitus euanui. Non tanta me caperet admiratio, ſi ſacroſanctum corpus tuum & ſanguinem ſanctis tantùm, & animabus à peccatoribus ſegregatis, & hoc ſemel durante eorum vita, vel etiam intra vnum annum vice vnâ; at quòd dederis irreuocabiliter vſque ad mundi finem; quòd malis æquè ac bonis: quin imò longè pluribus malis, quàm bonis, & compluribus ſummè ſceleratis & deteſtabilibus ſæpius, quàm perſonis ſanctimoniâ conſpicuis. Et hoc permulti quotidiè, imò verò tribus vicibus vno die, & quauis vice bis: ſemel ſub ſpecie panis, & ſemel ſub ſpecie vini in ſacerdotum communione. ſi vel mica luminis cæleſtis cordibus noſtris prælucerer, nónne

Digitized by Google

nónne ea ſatis eſſe deberet, vt animo deficeremus, & præ ſtupore penitus euaneſceremus, videntes quanta charitas animis noſtris, quantaque amicitiæ viciſſitudo ad redamandum Saluatorem, qui ipſa incarnata eſt bonitas, ineſſe conueniret? Et hæc quidem benigniſſimum Dominum præſtitiſſe ac præcepiſſe, non ita obſtupeſcerem, ſi ignoraſſet ipſe quibus & à quibus in eſcam ſpiritualem eſſet aliquando porrigendus, & ſumendus; ſed cùm perſpectiſſimum illi eſſet, quòd ab hominibus, qui Draconibus, Leonibus, brutis, ac feris animalibus, quin & dæmonibus ipſis nequiores eſſent, manducandus foret, nec tamen, propter eorum ſcelera & ſacrilegia, bonos hâc ſpirituali eſcâ iudicauerit priuandos, imò illis communem cum malis eſſe voluerit, hoc ſuperat omnem ſenſum, & me id conſiderantem ſummo correptum ſtupore pene ad portas mortis deducit. O Deus immortalis, qualis & quanta eſſe debet Chriſti filij tui bonitas, qui non obſtantibus noſtris aduerſus eum demeritis, & iniurijs olim diuinæ eius humanitati à nobis inferendis, tanto nos beare voluit beneficio, vt cor-

Digitized by Google

pus ſuum nobis ad manducandum, & ſanguinem ad potandum dare voluerit. Futurum ſciebat, vt Iudæi innumeris pugionum mucronibus diuinā hoſtiam pungerent. Hugunoti ſacrilegis pedibus conculcarent; Donatiſtæ canibus proijcerent; glires quandoque deuorarent; in Germania aliqui prorſus impij & ſacrilegi in aërem iacerent dicentes: *Si Deus eſt, volet ad cælum*; in aquam nonnulli proijcerent; alij in feruens oleum demitterent; & iuxta D. Thomam, quod dictu horrendum eſt, Venefici & Veneficæ eam ad diabolicas incantationes conficiendas adhiberent; in Synagogis malignantium aſſimilatione inimicâ, ac ioculatoriâ ſacroſancti ſacrificij Miſſæ, blaſphemijs horribilioribus, quàm ingenium humanum imaginari poſſit, irrideretur; vt innumeri parricidæ iteratâ ſæpius ſacrâ ſynaxeos ſumptione deteſtabilia ſua ſcelera occultarent; vt ſacra hoſtia ad veneno tollendos è medio Papas, & mundi Monarchas intoxicaretur, quatenus illa, quæ eſt antidotum noſtrorum peccatorum, veneno infecta ſeruiret ad mortem inferendam mundi Potentibus; Vt iterum imò ſæpiſſimè

ſacro-

ſacroſanctum Chriſti corpus Diabolus vel peior Diabolo ſacerdos manibus contrectaret,& portaret,non vt olim ad pinnaculum templi . ſed ad ſummam templi aram. Fateor candidè in hac conſideratione me mente peregrinari, nulloque modo me meum intellectum poſſe quietum reddere, tantâ abripitur admiratione, quòd vel Deus, præuidens tot iniurias ſibi illatum iri, voluerit nihilominus in ſacra hoſtia, in remedium noſtrarum animarum latitare; vel quòd Angeli non perdant eos, qui tam malignè hoc diuino abutantur myſterio; quòd leonina iſta, & viperea corda non tandem aliquando mutentur in humana, aut Angelica, aut prorſus etiam in diuina, nihil aliud, quàm diuinos ignes & flammas ſpirantia. *O ineffabilis bonitas fidelis Domini IESV, velle tot incantationibus ſubiacere, vt inuenire animam vnam poſſet quam conſolaretur,* inquit D. Thomas. Opuſc.de SS.Sanctos

VIII. Perappoſitè circumſtantiam, (quæ eſt ſummi in homines amoris indicium) quam prætererierunt Euangeliſtæ, notauit D. Paulus: Ea autem eſt, quòd *eâdem nocte, in qua tradebatur, accepit panẽ,*&c. EADEM NOCTE, non diuerſâ, non quando

do, omnes eum adorabant, non quando eum Regem facere volebant, ſed eâdem horâ, eodem momento, quo numeratâ vendebatur pecuniâ; quo ei mente præparabantur ſupplicia; is, inquam beniguiſſimus Dominus, cùm nihil eorum, quæ contra illum machinabantur Iudæi, illum lateret, vrgentibus quàm maximè mortis imminentis vndique anguſtijs: tunc tunc ad oſtendendum immenſum amoris ſui ardorem hoc Venerabile inſtituit Sacramentum, nihil aliud animo voluens, quàm vt nos maximis afficeret beneficijs, quando maxima & crudeliſſima ad eum è medio tollendum excogitabantur & præparabantur tormẽta. O quàm efficax eſt hæc meditatio, ſed hominibus erga Chriſtum bene animatis, & amoris igne in eundem inflammatis! Amoris enim argumentum tale nullum retrò tranſactis ſæculis vnquam viſum eſt. O benignissime Saluator, ſi tu nòn eſſes Deus, & in mea eſſet poteſtate Deum te facere, Deus bone, quàm volupe eſſet animæ meæ id facere? eſto nullum aliud haberet argumentum & motiuum, quam quòd ex ineffabili bonitate, eo tempore, quo maximè mortis ſenten-

tentiam merebamur, pretioſo tuo corpore & ſanguine beare volueris. Verùm cùm id in meam non cadat poteſtatem, ſine amabò, vt magno perfundar gaudio, quòd id tibi præſtiterit Pater æternus, æternaliter te generans, & diuinam ac æqualem cum ſua tibi communicans eſſentiam.

IX. Deſino iam mirari theologos mouentes quæſtionem, an Deus modò aliquo plus conferat ſacerdotibus in terris, quàm beatis in cælis? Sancti equidem in cælis ſunt beatiores, ſecuriores, & profundiori ſuauiorique rapiuntur admiratione, videntes Deum facie ad faciem. quid multis? ita firmi ſunt hæredes cæli, vt ab ea hæreditate nunquam poſſint excidere, Deum vident ſummâ cum animi voluptate; Omni bonorum genere, & quidem perpetuorum, ſunt cumulati. Hoc verum eſt, negari non poteſt, at verum etiam eſt, quòd in hac mundi turba & colluuione ſimus miſerabiles & priuati pro tempore omnibus bonis, quibus beati in concilio ac cætu iuſtorum recepti perfruuntur. Adde, omnibus illis animabus, abſterſis iam omnibus peccati maculis, conceſſum

eſſe,

eſſe, vt Chriſtum coram præſentes intueantur; ſed minimè, vt prolatis certis vocibus in hoſtia præſentem conſtituant; alijs eum porrigant, in cordium ſuorum domicilia recipiant; neque eam poteſtatem habeant, quam habent ſacerdotes, vt quando pronunciant præſcripta à Chriſto verba, eum tam verè conſtituant in hoſtia, quàm verè poſt aſſenſum virginis in eius vtero Virginali, operâ ſpiritûs ſancti eſt conſtitutus. Hîc tamen meliore conditione eſt in ſacrâ hoſtia, quàm in vtero, quia nimirum in ea eſt cum corpore glorioſo, impaſſibili, omni cum ſua magnitudine, abbreuiatus tamen ſummo miraculo; in vtero autem Virginis erat veluti tener puſio, paſſibilis, & humilis. Mille corda arctiſſimè inter ſe coniuncta, ne media quidem ex parte ſufficerent ad dignè amandum Dominum tam excellenter bonum, &
4. Reg 4. 34. qui, velut olim Propheta Eliſæus reſuſcitans puerum, incuruauit & poſuit ſe ſuper corda noſtra, vt ea præ nimio languentis amoris frigore enecta ſuſcitaret. O res mira! Deus dicit, *fiat*, Et ecce in momento factus eſt mundus, & homo in eo conſtitutus, virtute & enunciatione

vnius

Digitized by Google

vnius vocis FIAT vel dicendo *hoc eſt corpus meum* facit vt Deus incarnatus, ſit in paruulo & rotundulo hoſtiæ mundo. Quæ res prorſus eſt ineffabilis. Et ex eo maximè quòd non ſemel tantum fit, vt factus eſt ſemel mundus in prima ſui creatione, & permanet; ſed quotidie innumeris vicibus: & hoc vſque ad finem mundi. Vnúmne fortaſſis ex ijs verbis, quę ſanctus Paulus *raptus ad tertium cælum* didicit, quando edoctus eſt MYSTERIVM SANCTISSIMÆ EVCHARISTIÆ? Quando Chriſtus pauculas fudit lacrymas ſuper Lazari ſepulchrum, quotquot ibi aderant, exclamârunt dicentes: *Ecce quam amabat eum*: quando vident Angeli, quòd ſanguinem ſuum vſque ad vltimam guttam fundat, quòd corpus, quòd cor, quòd animam, quòd omnia ſua merita, quin & vniuerſam diuinitatem nobis pleniſſimè elargitur, quid dicunt, aut dicere debent? & quomodo facti Ecſtatici non millies centies dicunt, SANCTVS SANCTVS, SANCTVS, &c.

X. En hîc longè alia tranſfigurationis forma, quàm fuerit in monte Thabor; hîc, hîc D. Petrus vnà cum totius mundi hominibus meritiſſimo iure po-

teſt

commemorationem. HOC FACITE. Ecquid? recipite corpus meum in corda veſtra. Hoc dum facimus, nonne quodammodo Dei Filium in medio cordis noſtri concipimus, remque ineffabili incarnationi ſimilem facimus? nam ibi, accedente Virginis intemeratæ verbo, FIAT, Deus factus eſt homo, & in vtero eiuſdem Virginis glorioſæ velut in hoſpitio ſibi gratiſſimo nouem menſibus requieuit; hîc autem ſinu, abiectiſſimi terræ vermiculi excipitur. O mortales, vbi veſter, vbi eſt intellectus, ſi infinitam, quam tantæ bonitati debetis, obligationem grato animo non colitis?

VI. Libenter, ſi auderem, cogitationi Petri Damiani aliquid adderem, & id conforme in primis veritati: nempe videri mihi id, quod fit in hoſtia, admirabilius eſſe, quàm quod in conceptione Chriſti factum eſt in vtero ſanctiſſimæ Virginis. Illa enim erat innocentiſſima, candidior niue, clarior ſole, ſanctior Angelis, & poſt Deum ſecunda totius naturæ perſonã. Vnde Verbum incarnatum longè meliore & digniore apud illam excipiebatur hoſpitio, quàm excipiatur in hoſtia. Hinc optimè potuit dicere

cere D.Bernardinus, *poſt patris æterni ſinum, in quo Dei Filius ſecundum æternam generationem æternaliter reſidet, nullo digniore loco à Spiritu ſancto eum collocari potuiſſe, quàm in ſanctiſſimæ Matris vtero Virginali.* Quòd autem inhabitet putida hominum ſacrilegorum & deteſtabilium peccatorum corda, infinitus eius amor aduerſum genus humanum maximè agnoſci & adorari debet. Quando amici Iob ad eum conſolandi gratiâ venerunt, & in fimeto vlceribus doloribusq́ue plenum ſedentem deprehenderúnt, adeo horrore ſimul & commiſeratione correpti ac commoti ſunt, vt *eorum nemo ſeptem integris diebus ei verbum loqueretur.* Tam vehemens fuit ſtupor, vt ijs penitus loquelam eripuerit. Deus immortalis, ſi homines mortales ſeriò perpenderent Chriſtum Dominum commorantem in ſtomacho longè fœtidiore Iobi fimeto, nónne magna exclamarent voce dicentes, *gloriam tuam in puluerem deducis!* Quod eſt dicere eheu! Saluator dulciſſime, ita flocci pendis & conculcandam hominibus tuam propinas Maieſtatem, vt deteriori eam conſtituas loco, quàm in abiecto puluere & turpi fimeto? His piam adiunge

Serm. 61.

Iob. 2. 13.

cogitationem, quæ eſt, multos mortalium pretioſum Chriſti corpus diutius corde ſuo geſtaſſe, quàm Beata Virgo in vtero Virginali Chriſtum Dominum geſtârit. ſi enim rem ad calculos reuoces, deprehendes ſpatio nouem menſium, quo Chriſtus in Virginis vtero delituit, effluxiſſe ſolùm dies 275. qui efficiunt 6600. horas; in eo autem, qui ſacrificium miſſæ quotidiè celebraſſet, exempli causâ, per quadraginta annos, 14600. dies: & hoc interim ex ſuppoſitione, quòd nimirum ſumpti corporis & ſanguinis Chriſti ſpecies ſolùm intra horam conſumantur; maneret (numeratum eſt) quatuordecim millibus & ſexcentis horis. Si tertiam addidero rationem, vereor ne deuotione longius adhuc dicendo deuehar. Addam tamen: Beatæ Virgini tantùm conceſſum eſt videre ſemel verbum æternum in vtero ſuo fieri hominem: neque vnquam ei permiſſum eſt conſecrare, aut dictam actionem reiterare; at verò ſacerdoti conceditur quotidiè vt reiteret. Et quidem diebus nonnullis terna vice. Quid multis? poteſt quotieſcunque libuerit, *non quæro iam, an fas illi ſit, ſed an poſſit* hoc tremendum

dum myſterium, quod perquam ſimile eſt myſterio incarnationis, repetere conſecrando, & in effectum deducere.

Addo, quòd illa hoc ſanctiſſimum filij ſui corpus & ſanguinem nunquam recipiebat, niſi dependenter à ſacerdote, qui in ſacra communione illud ei porrigebat; illa autem nulli vnquam porrexit; ſacerdos illud conficit, illud ſumit ipſe, & cui placuerit, elargitur. Deus ſiquidem & ſacrum ſuum verbum, & potentiam obligauit, eamque manibus impreſſit ſacerdotis, vt quandocunq; libitum eſt, Deum hominem factum, in manibus habere poſſit. Dum hæc ſcribo, cor totum quantum mihi ſuffuſo nimio pudore contremiſcit, quòd eius in homines amor, prô dolor! tam tepidè agnoſcatur, tamque parui pendatur! ſed IESV benigniſſime, iuxta tuum ſolenne ignoſcito, tum mihi comprimis in te reo, tum vniuerſo hominum generi, qui nec amore, nec re aliâ infinitæ tuæ aduerſus ſe miſericordiæ reſpondent. Equidem non parua me tenet admiratio, quòd, cùm ſis ignis omnia vorans, & ſæpe ſæpius intra cordium noſtrorum penetralia commorans, ea in amoris flammas

Exod. 3. non conuertas, ſed, velut ſi eſſent rubus, in cuius medio ad inſtar flammæ commoraris, non accenduntur, multò minus comburuntur, imò glaciei inſtar frigida remanent.

VII. Nónne longè maiori iure poſſemus, & verò deberemus dicere hæc verba dulciſſima, quàm Rex Dauid? *Domine audiui opera tua, & expaui*: quod eſt dicere: Domine verba tua auribus percepi, opera conſideraui, & ea conſiderans corde penitus euanui. Non tanta me caperet admiratio, ſi ſacroſanctum corpus tuum & ſanguinem ſanctis tantùm, & animabus à peccatoribus ſegregatis, & hoc ſemel durante eorum vita, vel etiam intra vnum annum vice vnâ; at quòd dederis irreuocabiliter vſque ad mundi finem; quòd malis æquè ac bonis: quin imò longè pluribus malis, quàm bonis, & compluribus ſummè ſceleratis & deteſtabilibus ſæpius, quàm perſonis ſanctimoniâ conſpicuis. Et hoc permulti quotidiè, imò verò tribus vicibus vno die, & quauis vice bis: ſemel ſub ſpecie panis, & ſemel ſub ſpecie vini in ſacerdotum communione. ſi vel mica luminis cæleſtis cordibus noſtris præluceret, nónne

nonne ea ſatis eſſe deberet, vt animo deficeremus, & præ ſtupore penitus euaneſceremus, videntes quanta charitas animis noſtris, quantaque amicitiæ viciſſitudo ad redamandum Saluatorem, qui ipſa incarnata eſt bonitas, ineſſe conueniret? Et hæc quidem benigniſſimum Dominum præſtitiſſe ac præcepiſſe, non ita obſtupeſcerem, ſi ignoraſſet ipſe quibus & à quibus in eſcam ſpiritualem eſſet aliquando porrigendus, & ſumendus; ſed cùm perſpectiſſimum illi eſſet, quòd ab hominibus, qui Draconibus, Leonibus, brutis, ac feris animalibus, quin & dæmonibus ipſis nequiores eſſent, manducandus foret, nec tamen, propter eorum ſcelera & ſacrilegia, bonos hâc ſpirituali eſcâ iudicauerit priuandos, imò illis communem cum malis eſſe voluerit, hoc ſuperat omnem ſenſum, & me id conſiderantem ſummo correptum ſtupore pene ad portas mortis deducit. O Deus immortalis, qualis & quanta eſſe debet Chriſti filij tui bonitas, qui non obſtantibus noſtris aduerſus eum demeritis, & iniurijs olim diuinæ eius humanitati à nobis inferendis, tanto nos beare voluit beneficio, vt cor-

Digitized by Google

pus ſuum nobis ad manducandum, & ſanguinem ad potandum dare voluerit. Futurum ſciebat, vt Iudæi innumeris pugionum mucronibus diuinã hoſtiam pungerent. Hugunoti ſacrilegis pedibus conculcarent; Donatiſtæ canibus proijcerent; glires quandoque deuorarent; in Germania aliqui prorſus impij & ſacrilegi in aërem iacerent dicentes: *Si Deus eſt, volet ad cælum*; in aquam nonnulli proijcerent; alij in feruens oleum demitterent; & iuxta D. Thomam, quod dictu horrendum eſt, Venefici & Veneficæ eam ad diabolicas incantationes conficiendas adhiberent; in Synagogis malignantium aſſimilatione inimicâ, ac ioculatoriâ ſacroſancti ſacrificij Miſſæ, blaſphemijs horribilioribus, quàm ingenium humanum imaginari poſſit, irrideretur; vt innumeri parricidæ iteratâ ſæpius ſacrâ ſynaxeos ſumptione deteſtabilia ſua ſcelera occultarent; vt ſacra hoſtia ad veneno tollendos è medio Papas, & mundi Monarchas intoxicaretur, quatenus illa, quæ eſt antidotum noſtrorum peccatorum, veneno infecta ſeruiret ad mortem inferendam mundi Potentibus; Vt iterum imò ſæpiſſimè
ſacro-

ſacroſanctum Chriſti corpus Diabolus vel peior Diabolo ſacerdos manibus contrectaret,& portaret,non vt olim ad pinnaculum templi . ſed ad ſummam templi aram. Fateor candidè in hac conſideratione me mente peregrinari, nulloque modo me meum intellectum poſſe quietum reddere, tantâ abripitur admiratione, quòd vel Deus, præuidens tot iniurias ſibi illatum iri, voluerit nihilominus in ſacra hoſtia, in remedium noſtrarum animarum latitare; vel quòd Angeli non perdant eos, qui tam malignè hoc diuino abutantur myſterio; quòd leonina iſta, & viperea corda non tandem aliquando mutentur in humana, aut Angelica, aut prorſus etiam in diuina, nihil aliud, quàm diuinos ignes & flammas ſpirantia. *O ineffabilis bonitas fidelis Domini IESV, velle tot incantationibus ſubiacere, vt inuenire animam vnam poſſet quam conſolaretur,* inquit D. Thomas. Opuſc.de SS.Sanctos

VIII. Perappoſitè circumſtantiam, (quæ eſt ſummi in homines amoris indicium) quam præterierunt Euangeliſtæ, notauit D. Paulus: Ea autem eſt, quòd *eâdem nocte, in qua tradebatur, accepit panẽ,&c.* EADEM NOCTE, non diuerſâ, non quando

do omnes eum adorabant, non quando eum Regem facere volebant, ſed eâdem horâ, eodem momento, quo numeratâ vendebatur pecuniâ; quo ei mente præparabantur ſupplicia; is, inquam benigniſſimus Dominus, cùm nihil eorum, quæ contra illum machinabantur Iudæi, illum lateret, vrgentibus quàm maximè mortis imminentis vndique anguſtijs: tunc tunc ad oſtendendum immenſum amoris ſui ardorem hoc Venerabile inſtituit Sacramentum, nihil aliud animo voluens, quàm vt nos maximis afficeret beneficijs, quando maxima & crudeliſſima ad eum è medio tollendum excogitabantur & præparabantur tormẽta. O quàm efficax eſt hæc meditatio, ſed hominibus erga Chriſtum bene animatis, & amoris igne in eundem inflammatis! Amoris enim argumentum tale nullum retrò tranſactis ſæculis vnquam viſum eſt. O benignisſime Saluator, ſi tu nòn eſſes Deus, & in mea eſſet poteſtate Deum te facere, Deus bone, quàm volupe eſſet animæ meæ id facere? eſto nullum aliud haberet argumentum & motiuum, quam quòd ex ineffabili bonitate, eo tempore, quo maximè mortis ſen-
ten-

rentiam merebamur, pretioſo tuo corpore & ſanguine beare volueris. Verùm cùm id in meam non cadat poteſtatem, ſine amabò, vt magno perfundar gaudio, quòd id tibi præſtiterit Pater æternus, æternaliter te generans, & diuinam ac æqualem cum ſua tibi communicans eſſentiam.

IX. Deſino iam mirari theologos mouentes quæſtionem, an Deus modò aliquo plus conferat ſacerdotibus in terris, quàm beatis in cælis? Sancti equidem in cælis ſunt beatiores, ſecuriores, & profundiori ſuauiorique rapiuntur admiratione, videntes Deum facie ad faciem. quid multis? ita firmi ſunt hæredes cæli, vt ab ea hæreditate nunquam poſſint excidere, Deum vident ſummâ cum animi voluptate; Omni bonorum genere, & quidem perpetuorum, ſunt cumulati. Hoc verum eſt, negari non poteſt, at verum etiam eſt, quòd in hac mundi turba & colluuione ſimus miſerabiles & priuati pro tempore omnibus bonis, quibus beati in concilio ac cætu iuſtorum recepti perfruuntur. Adde, omnibus illis animabus, abſterſis iam omnibus peccati maculis, conceſſum

eſſe,

vnius vocis FIAT vel dicendo *hoc eſt corpus meum* facit vt Deus incarnatus, ſit in paruulo & rotundulo hoſtiæ mundo. Quæ res prorſus eſt ineffabilis. Et ex eo maximè quòd non ſemel tantum fit, vt factus eſt ſemel mundus in prima ſui creatione, & permanet; ſed quotidie innumeris vicibus: & hoc vſque ad finem mundi. Vnúmne fortaſſis ex ijs verbis, quę ſanctus Paulus *raptus ad tertium cælum* didicit, quando edoctus eſt MYSTERIVM SANCTISSIMÆ EVCHARISTIÆ? Quando Chriſtus pauculas fudit lacrymas ſuper Lazari ſepulchrum, quotquot ibi aderant, exclamârunt dicentes: *Ecce quam amabat eum*: quando vident Angeli, quòd ſanguinem ſuum vſque ad vltimam guttam fundat, quòd corpus, quòd cor, quòd animam, quòd omnia ſua merita, quin & vniuerſam diuinitatem nobis pleniſſimè elargitur, quid dicunt, aut dicere debent? & quomodo facti Ecſtatici non millies centies dicunt, SANCTVS SANCTVS, SANCTVS, &c.

X. En hîc longè alia tranſfigurationis forma, quàm fuerit in monte Thabor; hîc, hîc D. Petrus vnà cum totius mundi hominibus meritiſſimo iure poteſt

teſt & debet totis viribus exclamare: *bonum eſt nos hic eſſe, faciamus* non iam tria, ſed tria millia tabernaculorum ex auro puriſſimo, quibus è Patris dextera Chriſtus Dei filius adueniens ad vocem ſacerdotis excipiatur. Ibi adhuc paſſibilis exiſtens, aliquos diuinitatis ſuæ radios oſtendit, ſeque nube velut niue candidiſſimâ, atque ad inſtar ſolis orientis amiciuit; hic autem etiam in nube, candida quidem, ſed admodum exiguâ, diuinitatis ſuæ radios & glorioſi corporis Maieſtatem occulit, quò omni exterioris dignitatis ſpecie amotâ & abditâ, intret in corda noſtra, cœnetq; nobiſcum, & comeſtus à nobis animas noſtras delicijs diuinitatis ſuæ ſaginet. *Anima, inquit Tertullianus, Deo ſaginatur.* Et alter: *cum Deo Deum cœnant.* Fatuæ matres Ægyptiacæ beatos ſuos exiſtimabant liberos, quando à Crocodilo, quem pro Deo ſuo habebant, deuorabantur. Si earum liberi ipſum comediſſent Crocodilum, tunc aliquam cauſam, vt eos fortunatos crederent, habuiſſe videri poſſent. Quàm ergo fortunatos nos fas eſt exiſtimare, qui verè Deum comedimus! *Qui manducat meam carnem, in me manet, & ego in eo*, in-

quit

quit Chriſtus. Et ita quidem ille in manducante manet, & manducans in Deo, vt ſit cor Dei, in corde hominis eum manducantis, & viciſſim cor & anima, ipſeq; homo in corde & in anima Dei; Deusq; ſibi incorporet hominẽ, & homo Deum. *Qui enim adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo.* Eheu! dulciſſime IESV, quibus erga te officijs promeruimus, vt tantâ nos & tam ſuaui amoris teneritudine complectaris? Et quomodo nos præ nimio pudore non cõtabeſcimus, dum in te redamando tam frigidos nos deprehẽdimus?

XI. Bono Domino obijciebatur olim & ridiculè dicebatur: *cum peccatoribus manducat.* Hem! quid dicerent homines illi, qui mirabantur eum cùm peccatoribus manducare, ſi eundem à peccatoribus viderent manducari? & aſſiduè inter eoſdem homines efferos inſtar boũ, Leonumque habitare? quin & iubere, vt ſe manducent, niſi perpetuæ damnationis pœnas ſubire malint. O bonitatem Dei, nõnne eius amori ſat eſſe debuerat, quòd à nobis ſibi inſeruiri, ſe adorari & conſpici, omiſsâ omni tactûs cogitatione, permittebat? Aut certè ſi ad ſui attactum nos admittere conſtituerat, nõnne

Digitized by Google

pedum oſcula ſatis ſuperque erant ad flammam amoris manifeſtandam? nam petere eum ad manducandum quis tantæ eſſet impudentiæ, & tam effrænatæ libertatis, vt id vel in cogitationem admittere auderet? Sed id velle, id iubere, vt fiat, ſolius Chriſti Domini opus eſt: & hoc quidem nobis prorſus impenetrabile. ſi quis eius obtemperet mandato, & ſe iuxta D. Paulum diiudicet, & confidenter eius pretioſum corpus manducet, tam id ei charum, & acceptum eſt, vt ei ob id vitam promittat ſempiternam: non ſecus, atque ſi illi ſingulare aliquod ab eo exhibitum eſſet obſequium. Vbi vnquam vel viſa vel audita eſt talis benignitas, quæ cùm nos ſuis obruerit beneficijs, gratias nobis agat, & pro compenſatione vitam æternam exhibeat? *qui manducat*, inquit, *hunc panem viuet in æternum.* Et rurſum: *niſi manducaueritis, non habebitis vitam in vobis:* Equidem dum ſcrutor abyſſos miſericordiæ Saluatoris, vix me apud me inuenio. O vos igitur cæleſtes ſpiritus, de ardente veſtro mihi elargiamini amore, ne ingratus deprehendar aduerſus tantum amorem, & tam eximium amatorem. Dicitur prouerbio,

magnes

magnes amoris eſt amor: quod eſt dicere: qui amat velut vi quâdam adhibitâ attrahit ad ſe cor amati, & quidem inuiſibili, ſed inuincibili & ineuitabili modo & ratione. *Hoc maximè mihi cordolium eſt, inquit S. Bonauentura, quòd cùm totus amore & igne circumdatus ſim, non amem, nec ardeam totus.* Quaſi diceret: plenus ſum igne, plenus & amore, poſitus in ardente fornace charitatis VERBI INCARNATI, & tamen infelix cor meum glaciei inſtar, manet frigidum.

XII. Quàm fatuì ſunt Poëtæ, dum dicunt Deum ſuum cùm non valeret vincere inuincibile cor caſtæ Principis, infudiſſe ſeſe in eius ſinum ad inſtar roris aurei, & tandem durum Principis cor inſtar adamantis, emolliuiſſe, & liquefeciſſe; ac tunc eius amorem ſibi conciliaſſe. Iſthæc ſunt fabulæ, vel potius furta. Nam verbum æternum ſe indigitat pluuiam voluntariam, id eſt, rorem Patris æterni longè pretioſiorem auro, & quibuſuis adamantibus. *Ego ros, & Iſraël ſicut lilium*: Et quidem talis ros, qui fluat è corde æterni Patris: *Ros Patris æterni Chriſtus eſt.* quaſi dicere vellet, quòd Deus Pater guttatim diſtillet ſubſtantiâ ſuam Cornel. in oſe.

 in

Digitized by Google

in corda noſtra, dum nobis elargitur filium ſuum. *Nónne*, inquit D. Paulus, *cum illo omnia nobis donauit?* Cùm Pater nobis donet filium ſuum, & filius ſeipſum; & Spiritus ſanctus impellat tum Patrem, tum Filium ad diſtillandum pretioſum hunc rorem, inuenietúrne tam rebelle & peruerſum cor, quod non libentiſſimè ſubijciat ſeſe Deo, & nutui diuinæ eius voluntatis obtemperet quàm promptiſſimè?

XIII. Poſitis ob mentis oculos ijs, quæ iam dicturùs ſum, totis artubus cõtremiſco: quis enim animo concipere poteſt magnitudinem iſtius gratiæ? PATER verbum vnicum loquens generat Filium, VERBVM ÆTERNVM ſibi conſubſtantiale. Et hoc quidem tum PATRE, tum FILIO dignum eſt opus, ſed quod abiectus homuncio, & humilis ſacerdos prolatis, quæ Chriſtus præſcripſit, verbis, eundem Dei Filium, idem Verbum, quotidie ſibi præſens ſiſtat, & in ſuo id ſinu conſtituat, hoſpitemque tantum corde excipiat, eoque iucundiſſimo velut conuiuio perfruatur, res eſt, quæ omnem prorſus exſuperat admirationem. Quòd autem Dominus IESVS in-

inceſſanter voluerit obedire voci, non Patris æterni, ſed terræ vermiculi, *obediente Deo voci hominis*, & ſtare facere ſolem diuinæ eius perſonæ, in exiguo hoc firmamento, & tenui nube hoſtiæ, hoc ſi quis explicârit, eum non hominem, ſed hominum omnium miraculum dicam. Quàm benè & verè dicebat Iſaias, quando Dominum IESVM nominabat *Deum verè abſconditum*. Atque vtinam eius charitas, & ignis diuini illius amoris ita accenſus eſſet in animis noſtris, atque precioſum eius corpus, mediante diuino hoc ſacramento, abditur in cordibus noſtris! Dicitur quòd quando ſol directè iacit radium aliquem efficacem in ardens quodpiam ſpeculum, quòd ſpeculum illud, quicquid obijci ei contigerit, in ignem conuertat, quin & ipſa metalla liquefaciat: Qui fit ergo, quòd Chriſtus Benedictus ingrediens animas noſtras, eas non accendat, & totas quantas in ignes & incendia non conuertat? ſiquidem indigitatur *ſpeculum ardens & viuum, imò ſpiculum & vera effigies bonitatis*: vel potius pharetra, ex qua mille egrediuntur ſpicula, mille emittuntur radij, & maximè quando Pater æternus Filium

Digitized by Google

ſuum in noſtris intuetur pectoribus, & infinita in eadem iacit ſpicula radiorum infinities infiniti ſui amoris.

XIV. Neſcio quare D. Petrus, dum ei Dominus lauare vellet pedes, inferbuerit; & dixerit: *non lauabis mihi pedes in æternum*; & dum idem Dominus pretioſum ſuum corpus porrigeret, ne verbum quidem dixerit. Ita optimus iſte ſanctus in ſtuporem & admirationem raptus fuit, vt quid diceret, non inueniret, ſed ſolum cor, in quo diuinum hoc ſacramentum collocaret, repererit. Plúsne erat eum videre ad pedes abiectum, quàm in manibus, in ore, in corde; & quidem perſæpe in corde omni genere abominationum refertiſſimo? Vnde in tale cor venire, & ad infernum deſcendere, non magno inter ſe diſtant interuallo. Quotidie apud nos eſt Paſcha, quotidie Pentecoſtes, quotidie Paradiſi nobis adſunt deliciæ, dum quotidie in animas noſtras deſcendit. *Paradiſus concluſus ſoror mea ſponſa, paradiſus concluſus.* vel vt dicit D. Auguſtinus, *Paradiſus Paradiſorum.* annon omni iure clamat Moyſes & dicit: *non eſt natio tam grãdis ſub ſole, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt nobis*, &

quidem ita adeſt, vt penetret vſque ad fundum & centrum animarum noſtrarum.

XV. Quanta cum ſuauitate influit in audientium animos Diuus Gregorius Nyſſenus, quando dicit, *Chriſtum Dominum eſſe inauratam ſagittam Patris æterni, quâ ipſe transfodit corda mortalium. Poſui te vt ſagittam electam.* Beata ſagitta, quæ ſimul adducit ſagittarium! Deus Pater Filium ſuum iacit in corda noſtra, & vbi per eum facta eſt via, ipſe Pater ſeipſum in ea vibrat, filius vt ſagitta inuolat, Spiritus ſanctus inſtar fulguris in ijs omnia concutit, omnia comminuit, omnia permiſcet. vnde non immeritò miſera anima tota quanta ſaucia clamat cũ ſpõſa: *Vulnerata charitate ego ſum, fulcite me floribus.* Quod eſt dicere, corroborate me vndique roſis lapſam in animi deliquium, me ex eo erigite ac eripite quibuſcunque paradiſi odoribus. Verè enim amor dulcis IESV me transfixit, & quo inſtanti mihi corpus porrexit ſuum, eodem cor mihi eripuit meum. adeo vt nunc corde videar carere: & prorſus ita rem ſe habere crederem, niſi corpus ipſius, mei cordis vices ſubiret, meque animaret.

 O Deus

O Deus optime maxime, hanc mihi ſeruo tuo præſta gratiam & hanc fac miſericordiam, vt verè dicere poſſim: *Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus.* Is, is, Chriſtus nempe, viuit in me, vita meæ vitæ, & cor cordis mei.

CAPVT XVIII.

Teſtamentum IESV Chriſti, & vltima ante paſsionem verba, ineffabili teneritudine referta, & prolata.

FEROCISSIMI quique homines, & qui etiam omnem naturam humanã exuiſſe videri poſſint, quando in vltimo mortis articulo parentes ſuos audiunt poſtrema proferentes verba, & valefacientes eos, qui ſibi aſſiſtunt, non temperant ſibi à lacrymis. Qui incomparabilem Chriſti teneritudinem animi vult cognoſcere, vltima eius verba, velut teſtamentum condentis, & Apoſtolos valefacientis audiat oportet. Incredibili diligentiâ & ſolicitudine ea omnia, quæ dixit, fecitque Chriſtus

ſtus in illo articulo, D. Ioannes Euangeliſta nobis patefecit. Ad me quod attinet, nullum ex omnibus eius ſermonibus & colloquijs, quæ totis continentur Euangelijs, ſuauiorem, efficaciorem, aptioremque cordibus hominum conterendis, noui, atque ille eſt. Taceant igitur omnes, dum VERBVM ÆTERNVM, cuius ſolius eſt loqui, ſermocinatur.

I. Filioli mei, cùm Iudas ad me tradendum Iudæis à vobis exierit, ac proinde paſſionis meæ tempus ſit præ foribus, *modicum vobiſcum ſum, me* quidem *quæretis, ſed quò vado vos non poteſtis venire.* Et ex hoc cõtriſtabimini. *mandatũ autem nouum,* antequam à vobis prorſus ſeparer, *do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. In hoc cognoſcent omnes, quòd diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.* Chriſti ſermonem interrumpens Petrus, dixit: *quare non poſſum te ſequi modò? animam pro te ponam.* IESVS autem ſuauiter eius inordinatum feruorem & præſumptionem reprimens, dicit futurum vt intra paucas horas ter ſe neget. Quod & Petrum, & cæteros Apoſtolos maximo afficit dolore. Pergit autem Chriſtus ſuum condere teſtamentum, & vltimam (adhibitâ pro tempore

Digitized by Google

Ioan. 14. v. 1. & 28. aptâ ad Apoſtolos conſolatione) ſuam declarare voluntatem : *non turbetur*, inquit, *cor veſtrum, neque formidet* ob ea, quæ circa meam paſſionem viſuri eſtis. Præeo, vos ſequemini, loco & tempore conſtituto. Præeo autem vt *vobis parem locum*, *veniam* verò ſuo tempore, *& accipiam vos ad me ipſum*, nempe *ad domum Patris mei*, *in qua manſiones ſunt multæ*. Vt ibi mecum beato & æterno æuo fruamini.

II. *Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos. Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet.* Et hoc ideo, *quia vado ad Patrem*. Et eum rogabo, vt per vos patret miracula maiora, quàm per me patrârit. Nulla vos afficiat triſtitiâ, quòd nunc relinquens mundum vadam ad Patrem. Nam præterquam quod Paraclitum ad vos ſim miſſurus, ſcire certò debetis, *me facturum omnia, quæcunque petieritis Patrem in nomine meo*.

III. Video vos non paruo affici mœrore ex meo diſceſſu, & arbitrari vos omni conſolatione deſtituendos : ſed ſi rem, vt eſt, perpendatis, gaudij potius, quàm mœſtitiæ cauſam habetis : *rogabo enim Patrem, vt alium Paraclitum mittat vobis*, qui eſt Spiritus veritatis, *qui manebit vobiſcum*

eum in æternum. Mundus quidem eum non cognouit: ſed eum bellè vos cognoſcitis, & melius adhuc cognoſcetis, quando ſteterit in medio veſtri, & diuino animas veſtras replêrit lumine, & perenni recreârit conſolatione. Ne dubitetis, non relinquam vos orphanos, nunquam vos tradam obliuioni. Veniam identidem ad vos, & apud *vos manſionem faciam. In illo die cognoſcetis, quòd ego ſim in Patre, & Pater in me.* quin & vos in me, & ego in vobis. Aliquódne amoris pignus pretioſius hoc deſideratis? *Amen, dico vobis, quia quicunque me amauerit, amabo & ego illum.* ſed & Pater meus propter me illum vnicè amabit. Quid illud? Quod & ego & Pater deſcenſuri ſimus ad vos, & cœnaturi vobiſcum ita familiariter, vt ne vos quidem vel ſperare vel petere auderetis?

IV. S. Iudas hîc interrumpens Domini ſermonem, dixit: *Domine, quid eſt, quod manifeſtaturus es nobis te ipſum, & non mundo?* Ioan. 14. v. 22. Huic interrogationi peramanter reſpôdens Dominus dixit: *ſi quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & apud eum manſionem faciemus. Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Et ſermo quem audiſtis, non eſt meus,*

ſed

ſed eius qui miſit me Patris. Qui pater, eos qui me amant, amat amore prorſus ſingulari; mundus autem hoc non facit, quia me non cognoſcit: proindè nec amat, multò minus obſequia mihi debita exhibet. Vos autem, quia cognoſcitis me, quia amatis me, quia mandatis meis obtemperatis, mittam vobis ſpiritum paraclitum. *Ille docebit vos omnia, & ſuggeret vobis omnia, quacunque dixero vobis.* ille partes accuratiſſimi Magiſtri aget; ille veſtros intellectûs tali perfundet lumine, vt omnia quæ vobis nunc dico, clariſſimè perſpiciatis. Ita tenerè vos amo, vt nolim, nec poſſim vel meâ, vel mei æqualis Spiritûs ſancti vos vnquam priuare præſentiâ. Quid ſit orphanum eſſe vos quidem ſcitis, ſed ego quid ſit eſſe Patrem, melius quàm vos, ſcio. Quod poſtremũ vt intelligatis, dum meum, à vobis abiturus ad patrem, condo teſtamentum, ſummi pretij vobis relinquo theſaurum, nempe pacem meam, nec qualem dat mundus, quæ nimirum ſimilior eſt bello, quàm paci, quæ plus tempeſtatis, quàm ſolidæ tranquillitatis habet; ſed pacem intimam, cordis pacem, ſolidam pacem, conſtantem pacem, diuinam pacem,

Deo

Deo dignam pacem, denique quæ animos in omnimoda quiete conſtituat. Hæc eos, qui me amant adeo fortificat, vt etiamſi orbis vniuerſus pauore trepidaret, elementa inter ſe infeſta concurrerent, inter proſpera tamen & aduerſa permanſuri ſint, inſtar cautis Marpeſiæ, inconcuſſi. ſcio, & indicijs è cordium veſtrorum penetralibus foras prodeuntibus colligo animos veſtros varijs triſtitiæ fluctibus agitari, propter meum à vobis receſſum; Verùm ſi eo modo me amaretis, quo ego vos, *gauderetis vtique*, quia terram relinquo & *vado ad Patrem.* mihi credite, ſi meminiſtis ſermonis quē dixi vobis, comprimis vobis expedit, vt ego vadam ad Patrem. Cæterùm, vt *cognoſcat mundus quia amo Patrem*, & illum ſimul propter Patris amorem, expedit me abitum maturare, & ea quæ ad eum ſpectant apparare. vnde, amabò, ad eum vos quam poteſtis accuratiſſimè diſponite. Iam iam, paucis prolatis verbis, hinc diſceſſuri ſumus: amor, quo vos complector, nullo collato vobiſcum ſatiatur alloquio, nulla ei ſat eſt, quantacunque ea ſit conſolatio.

V. Veſter in me amor eſt cauſa, vt ſum-

ſummè abitum meum à vobis reformidetis: verùm, malo iſti accuratè prouidi: *manete in me, vt ego maneo in vobis.* Iam iam corpus meũ ex aſſe vobis elargitus ſum, vt ſtabilem ſedem in animis veſtris figerem: vos par pari refertote, & in corde meo ſimiliter fixam manſionem inſtituitote. Palmes viti, vua palmiti non magis inhæret & coniuncta eſt, quàm corda veſtra cordi meo. Et quidem quamdiu tali mihi glutine vniti fueritis, pretioſũ feretis fructum: *ſine me enim nihil poteſtis facere. In hoc clarificabitur Pater meus, ſi in dilectione mea manentis, & fructum plurimum afferatis.* Hæc verba diligenter ſeruate, & profundè in cordium veſtrorum penetralia demittite. Vt Pater me diligit, ita ego vos diligo. Maiúsne & effiicacius hoc amoris ſignum exigitis? *Hæc loquutus ſum vobis, vt gaudium in vobis ſit,* & ita copioſè ſit, vt omnis animarum veſtrarum capacitas, omnes potentiæ ad ſummum vſque impleantur. *Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos.* Eſtote igitur *amici mei ſinceri, cor meum & viſcera mea.* Præcepta mea ſeruate, in dilectione mea manete, *vt in Patris mei dilectione maneo, & facio eius voluntatem ſemper.* Cæterùm, quæcunque audiero à

Pa-

Digitized by Google

Patre, nota faciam vobis: iam enim non eſtis ſerui, ſed amici: & ex hoc id colligetis *quia ſeruus neſcit quæ faciat Dominus eius. Ego autem omnia nota feci vobis, quæ à Patre audiui,*

VI. Veræ amicitiæ, ſi forſan ignoratis, legum princeps illa eſt: quando quis ponit vitam pro amicis ſuis. Summus enim charitatis apex is eſt, vt pro ijs, quos ſincerè amatis, vitam ponatis. Quod me facturum, breui interiectâ morâ, videbitis. Idem vos facitote, & inde conſequemini, vt quæcunque à Patre petieritis, obtineatis, & hoc propter me. Præuideo futurum, & hoc ipſum vobis prædico, præmoneo, ac præmunio, *odio eritis omnibus hominibus propter nomen meũ:* ſed ſcire debetis, quòd *priorem me odio habuerunt.* & poſt me, & propter me vos odio immortali proſequentur. Et hoc, quod pro conſolatione veſtra dico, euidens vobis ſignum eſſe debet, quòd in libro amicorum Dei Patris mei adcripti ſitis. *Si ex mundo eſſetis, mundus quod ſuum eſt, amaret. Sed quia vos mundum contemnitis,* ille viciſſim vos contemnit, quia apud eum ſic in more pſitum eſt. Quod vos malè & præter omne veſtrum demeritum

ritum tractet mundus, querine audebitis, quando Dominum eo modo tractat & excipit, quem iam iam viſuri eſtis. Summus honor, quo excipi poteſtis à mundo, eſt ſummum dedecus & ſumma ignominia, quam vobis inferre poteſt ipſe mundus. Inter Deum & mundum (ſicut nec inter ſolem & denſiſſimas tenebras) nulla vnquam fuit, nec eſſe poteſt concordia. *Si ego opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius vnquam fecit*, fors peccatum non haberent, vel ſi quod haberent, facili negotio ijs condonari poſſet: ſed cùm viderint & experti ſint, nec odiſſe tamen ceſſent: verùm ex inſtituto me & patrem oderint, excuſationem nullam omnino habent. Vbi *venerit Paraclitus quem mittet Pater in nomine meo*, teſtimonium ita clarum & euidens *perhibebit veritati*, vt etiam non videntes illud videant, & non intelligentes intelligant. Sed & vos ipſi liberâ, potente, intrepidâ, ac elatâ voce, omnibus palam verborum meorum veritati, ac amoris ſinceritati teſtimonium perhibebitis.

VII. Hæc autem ego dico vobis, vt, cùm mundus vos peius cane & angue oderit, eorum reminiſcamini. Erit enim

tem-

tempus, cùm *credet ſe obſequiũ præſtare Deo*, vos odio proſequendo; nomen veſtrum tanquam malum eijciendo; vos velut homines infames & maleficos proſcribendo. Hæc verba dubio procul replent corda veſtra triſtitiâ, maximè dum intelligitis me à vobis diſceſſum maturare. *Sed filioli mei, expedit vobis, vt ego vadam. Si enim non abiero, Spiritus ſanctus non veniet ad vos, ſi autem abiero mittam eum ad vos.* Is interiori influxu perfectè, efficaciter, & clarè omnia vos edocebit. Quæcunque enim vobis expedient, quæcunque audiet, tum à Patre, tum à me, docebit vos.

Diſcite ergo ſemel doctrinam & lectionem cæleſtem, quam iterum atque iterum vobis ingero & inculco. Mundus gaudebit, vos verò & in anima triſtitiam habebitis, & in corpore propè infinitos cruciatus tolerabitis. Sed pro certo habetote me venturum ad vos, & omnem veſtram triſtitiam in vſque adeo ſolidum & conſtans gaudium mutaturum, vt nulla potentia creata eam valeat vobis eripere. Addo, nihil impoſſibile vobis futurum (eſto cauſam veſtram apud Patrem non agerem; deſideria & preces veſtras non proponerem) Pater enim ipſe

vnicè amat vos. vnde cauſam veſtram abſque vllo aduocato ipſe ſponte ſuâ promouebit; deſideria adimplebit; ſupplicationibus locum dabit. ille enim, repeto, vos amat motus amore, quo me amatis. Ecquid ergo eſt quod formidetis muniti fortiſſimo velut impenetrabili ſcuto tum Patris, tum filij amore?

VIII. *Exiui à Patre, & veni in mundum; iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Denuo Chriſti ſermonem omnes pariter diſcipuli interrumpunt: neque enim ea quæ de ſua ipſis ſeparatione iterum ac ſæpius ingerebat, digerere poterant. Vnde ſimul dixerunt: Eheu! non amplius in parabolis, ſed palàm loqueris: ſed, amabò, cur nos deſolatos deſeris? nunc demum Vnigenitum te æterni Patris filium eſſe perfectè intelligimus, ac firmâ fide credimus. *Modo*, inquit Chriſtus, *creditis? Ecce venit hora, & iam venit, vt diſpergamini vnusquiſque in propria, & me ſolum relinquatis: Et non ſum ſolus, quia Pater mecum eſt. In illo die*, quæ nunc dico vobis melius intelligetis. Hæc autem vobis prædico, vt omnem veſtram ſpem & pacem in me vno collocetis; à mundo autem nihil præter vexationem & preſſuram expectetis: ſed iterum dico vobis, *in me confidi-*

te,

Digitized by Google

te, quia vici mundum. vos cum tempore, verborum (quæ nunc vobis loquor) ſoliditatem intelligetis. At nunc ad vos ſatis verborum; ſinite nunc alloquar Patrem; & quæ ei debeo; condito teſtamento; & vltimâ voluntate declaratâ, ſinite eidem legem.

IX. Lector, faueto linguæ, Dei filius, Deus ipſe cum Deo loquitur: nemo præſumat interrumpere ſermonem. *Pater, venit* deſiderata ſæpius vltima vitæ meæ hora, in ea rogo; *clarifica filium tuũ, vt filius te clarificet; vt & mundus te verum Deum, & quem miſiſti filium tuum cognoſcat*, cognitumque adoret. *Opus quod dediſti mihi, conſummaui.* Vltima ſolùm, ſed præcipua ſupereſt eius operis pars conſummanda *o Pater in ea me clarifica eâ claritate, quam habui apud te priuſquam mundus eſſet. Quos dediſti mihi de mundo, tui erant & mihi eos dediſti.* Et ſermonem tuum ſeruauerunt; meque amore ſincero amârunt. Et quæcunque dediſti mihi; dedi & ego ijs. quia tui ſunt; & mandatis tuis obediuerunt. *Non pro mundo rogo*, ſed pro ijs, quos inſtar cordis & viſcerum meorum amo *Pater Sancte, ſerua eos in nomine tuo*, quos dediſti mihi; vt ſint vnum ſicut & nos. Cùm eſſem cum ijs, Ioan. 17. v. 1. & ſeqq.

ſeruabam eos in nomine tuo, nunc autem cùm relinquam mundum, eos quoque corporali ſpecie derelinquere cogor. eos proinde tibi reſigno, & conſeruandos, velut pignus aliquod pretioſiſſimum committo. *Ex ijs nemo perijt, niſi filius perditionis. Pater ſancte ſanctifica eos in veritate,* eoſdemque muni aduerſus omnes poteſtates mundi, & diaboli: Hoc ſi feceris, nil eſt, quod ijs poſſit obſiſtere. omnibus, quæ habeo, libenter exſpolior, illis vt eos veſtiam. Ego eo modo eos mitto, quo, tu Pater, me miſiſti: Ego quæcunque mihi dediſti, ijs do. Sed & antequam eos derelinquam, & condendo meo teſtamento finem imponam, eſt quod in gratiam eorum *pro complemento amoris mei aduerſus eos te rogem Pater.* Eam petitionem quam velut vltimam in hoc mundo exiſtens inſtituo, obſecro ne deneges mihi.

X. Siquidem proprium charitatis eſt animos inter ſe vnire, hoc à te peto, ô Pater, vt eos vnũ inter ſe efficias, vt ego & tu, dum tu in me, & ego in te, vnũ ſumus; ita & illi in nobis ſint vniti, conſummati, & veluti identificati. Et hoc ideo, vt mundus intelligat, quouſque meus aduerſus eos amor proceſſerit:

Cla-

Claritatem quam mihi dediſti, ijſdem dedi; Verba, quæ mihi conſignaſti, illa ipſa ijs conſignaui; ſecreta, quæ mihi concrediſti, eadem illis concredidi. Paucis: ſicuti me miſiſti, ita & ego eos miſi. Vltima ſolùm reſtat gratia, quam non poſſum non iterare: in ea enim ſupremus amoris mei erga illos apex eſt poſitus. Ea autem eſt, vt à te impetrem, ô Pater, vt quemadmodum tu in me es, & ego in te per ineffabilem & impenetrabilem vnionem, & vnitatē, quæ creaturæ communicari non poteſt, ita & ipſi optimo, quò fieri poteſt modo, vniti & conſummati ſint inter ſe. Ita vt ex te, Pater, ex me filio, & ex illis tam arcta fiat vnio, vt nos & illi res vna fiamus per charitatem, quæ fieri nequit per naturam. Hoc ſingulare meum eſt votum, vt *Vbi ſum ego, ſint & illi*. Vt ego eos videam ſemper, & ipſi claritatem, & gloriæ ſplendorem, quam dediſti mihi ante mundi conſtitutionem, cognoſcant: intelligant etiam quo ego, & tu Pater, eos amore proſequamur; itē quantoperè illi obligati ſint, ad redamandum talē amorem. Paululùm vltrà adhuc progredi liceat, & vnum ſolùm adiungere verbum,

vt meo penitus ſatisfaciam amori. Pater ſancte, hoc omnino poſtremũ eſt, quod à te peto: vt dilectio nimirum, quâ vnicè me diligis, ſit in ijs, & vt eadem dilectio ſit amicum amoris mei aduerſus eos donum, & pignus, vt eorum omnium, quæ mihi liberaliter dediſti, illos, quo fieri poteſt modo, participes efficiam. In amore, etiam maximo, qualis eſt meus, vix vlterior inueniri poteſt progreſſus: ijs enim communico, do, attribuo quicquid creaturæ rationali communicari, dari, attribui poteſt. Et hoc, vt diſcat mundus, quid poſſit & ſoleat amor diuinus præſtare ijs, quos ille amat, quosq́; ſtatuit exaltare. Poſt hæc, Pater æterne, quod dicam, petámue non habeo, niſi vt eos diuinæ tuæ protectioni, vt filios chariſſimos, dum calicem paſſionis meæ bibo, & vitam pro ijs, & vniuerſo humano genere pono, committam. His dictis *altum factum eſt ſilentium, tum ex parte Chriſti, tum Apoſtolorum.* Hic videre erat Apoſtolos ſacro quodam horrore attonitos, terrore proſtratos, ſed & tali amore, lætitiâ & ſimul ingenti amaritudine præoccupatos, & tantis animorum ac myſteriorum impenetrabilium inter ſe confligenti-

gentibus iactatos fluctibus, vt nullus eorum loqui potuerit vllum verbum, quo,(poſt tot amoris flammas in eorum corda immiſſas, poſt tam amabilem & efficacem ſermonem ad eos habitum, vt eo amabiliorem & efficaciorem vix vnquam Chriſtus habuerit) vel gratiarum actionem, vel aliquem animi ſenſum teſtaretur.

XI. Amice Lector, vbi gentium ſim neſcio: cor me meum deſeruit, & anima in admirandis Chriſti ſermonibus penitus euanuit,& quidnî? in ijs euanuerit? quando tales eſſe deprehenduntur, vt vel ipſas Petras valeant emollire; ferociſſimas beſtias ad ſe trahere; quin & animas comprimis rebelles, Pacis ſtudiodioſiſſimas reddere. O decem, decem milliones cordiū haberemus! ad amandum amorem adeo efficacem, adeo potentem, vt credam non facile inuentum iri hominem, qui vel mediocriter deguſtârit dulcedinem eius diuinorum ſermonum,&non totus igne amoris liqueſcat. D. Ioannes Chryſoſtomus dicit Seraphin ſex alarum facies ſuas abſcondere præ verecundia,quòd tam tenuiter ament obiectum adeo amabile, vt totum

quantum conſtet ex amore. Et tamen veriſſimum eſt, eos amare tantùm, quantùm eorum vires & potentia Seraphica ſeſe poteſt exerere. Sed totum quod poſſunt, quaſi nihil ijs videtur, comparatione amoris, qui Saluatori debetur ob infinita ſua merita. Et de hoc plurimùm eos amo, ijsque congratulor, quòd ratione comprimis conſentaneè operentur. Ea enim amoris eſt natura, vt iuxta eius incrementa, creſcant & amantis deſideria. Idem amor veriſſimus eſt amoris fomes, & ſancta quædam paſſio, quæ nunquam ſatiatur, niſi ſe penitus exhauſerit amando eum, qui propter amorem ſe prorſus exinaniuit. Sed, ô ſuperi! ſi duæ alæ requiruntur ad tegendam faciem vnius Seraphin, vltra mille mihi ſunt neceſſariæ ad cooperiendam meam confuſionem, quâ ſuffundor, tum propter magnitudinem eius in me amoris, tum propter vehementiam & vim verborum iam iam ab eo prolatorum, quibus me penitus transfoſſum ſentio. Et cùm ita me fateri neceſſe ſit, tamen in amore aduerſus eum adeo me frigidum deprehendo, vt mori poſſim præ pudore.

XII. Cùm

XII. Cùm regina Saba conſpexiſſet, & apud ſe tacita perpendiſſet ſapientiam & magnificentiam Regis Salomonis, *præ ſtupore non erat vltra in ea Spiritus.* Idem euênit Reginæ Eſter, videnti & audienti Regem Aſſuerum. Daniel ſimiliter & D. Ioannes videntes Dei Angelum, adeo fuerunt exterriti, vt nihil certius expectarent morte. Quin & ſponſa proteſtatur, ſe amore languere ad vnicum ſponſi ſui verbum. Eheu! Deus loquutus eſt non vnum verbum, ſed ſermonem contexuit longiſſimum, & ſimul præſtantiſſimum omnium, quos vnquam in vita ſua habuit. nam licet omnia eius *verba ſpiritus & vita ſint*, quæ tamen hoc ſermone coràm præſens dixit Apoſtolis, & per eos nobis, tantę efficaciæ, tantę dulcedinis & virtutis ſunt, vt ea niſi durities ex parte noſtra obſtaret, corda noſtra conterere, vel inflammare, & prorſus amoris igne comburere deberent. Fatendum eſt, vel nos non credere diuinis eius verbis, vel ea, vt deceret, non ponderare, nec deguſtare; vel certè animos noſtros adeo ſiniſtro liquore imbutos, & velut chalybe ita obduratos, vt nec igne amoris emolliri, nec à circumſtantibus flammis Paralip. 9 5.

charitatis accendi poſſint. Roma olim admirata eſt cor Germani Imperatoris, quòd quacunque ignis vi adhibitâ nunquam comburi potuit, vnde aliud de eo iudicium ferri non potuit, quàm quòd maligno quopiam infectũ eſſet veneno. Quid ni dicamus corda noſtra peſſimo veneno intoxicata, quandoquidem poſita in medio flammarum cæleſtis ignis, nunquã incaleſcunt? ſed quod ſequitur caput, melius nos edocebit, quid Saluatori debeamus, quidque ei præſtare teneamur.

CAPVT XIX.

Quo, qualique amore à nobis amandum ſit Verbum Incarnatum.

GLORIOSVS Princeps ſanctus Michaël Archangelus, & quilibet è ſpiritibus ſeraphicis longè melius me rem poſſet enunciare, vel ad minus nos ſibi deuincire, inſpirando quid eſſet dicendum. Quanquam Sanctus Bernardus omnium loco paucis, ſed aptiſſimis verbis id nobis indicat, dum ait:

ait: *modus amandi eum eſt amare ſine modo*, quaſi diceret: ſciréne deſideras quantus, & qualis debeat eſſe amor, quo Saluator amandus eſt? id aſſignari non poteſt. Sed hoc ſolùm dici; amandus eſt ſupra id omne, quod dici, quod fieri, quod deſiderari aut excogitari poteſt. Et dũ ſic amatur, magnum miraculum patratur, quia vltra vires amatur. Et verò ridiculum eſt velle huic diuino amori præfigere terminum, quandoquidem Deus ſine vllo nos termino amauit. *Propter nimiam charitatem, &c.* inquit S. Paulus: propter charitatem, ſcilicet ſupereminentem, quæ non immeritò videri poteſt eſſe vltra modum, & ſine modo. Sed in materia diuini amoris exceſſus eſt virtus, & virtus eximia.

II. Si vt oportet eum velis amare, ama tantùm, quantùm amabat D. Bonauentura dum hæc, raptus in eum amore ſine modo, dicebat: *Debeo tibi dulcis IESV me totum, pluſquam totum, accipe ergo me totum, & plus quàm totum.* Et cum ita ſit, & ita omnino ſentiam: ſi mille millia mundorum in mea eſſent poteſtate, tibi, qui omnia vides, (vides perſpicuè & legis in corde meo nihil ineſſe fallaciæ,) omnes

omnes offerrem libentiſſimè in ſacrificium ſempiternum: et tamen nil meo in te amore, nil tuis meritis dignum me obtuliſſe exiſtimarem: quin & inſuper à te veniam deprecarer, quòd rem tam exigui momenti præſentarem.

III. Fac vti fecit S. Bernardus, qui videns omne id, quod in ſua erat poteſtate, eſſe admodum exile, imò verius nihil; tamen non dubitabat gloriari ſe tantum dare Deo, quantum de liberali & ſancta Dei manu acceperat: *Deus, inquit, ex ineffabili ſua charitate filium ſuum mihi dedit, puer datus eſt nobis, & filius natus eſt nobis: Quod mihi dedit, meum eſt, quod autem meum eſt, integrè & abſque vlla exceptione meum eſt. Vnde penes me eſt de eo facere, & diſponere vt mihi lubet. Lubet autem mihi Deo Patri reddere filium ſuum IESVM. Et hoc non aliter, quam ſi eum nunquam habuiſſet, ei offero, & datum meum datori meo reddo, tantum pro tanto, IESVM pro IESV, Deum pro Deo. Et quod ineffabile eſt: reddo non par, non æquale ſed eandem rem. quam mihi dedit, reddo numero.* Et vt Chriſtus ipſe ſacro ſuo ore dixit: *omnia quæ dedit mihi Pater, dedi ijs.* Intellige, dum meipſum eis dedi. Et hoc multis modis, ſed præcipuè in Venerabili

Eucha-

Digitized by Google

Eucharistia, ponendo corpus meum, & perſonam meam in medio ac centro cordium illorum. Si hoc ſit, inquit D. Bernardus, vti verè eſt, iam non deſpero de meis debitis diſſoluendis, neque vereor, ne eius amorem meo non expleam amore, eiusque bona in me profecta meis non compenſem bonis: dum ei tantum reddo, quantum ipſe mihi dedit. *corpus IESV meum eſt, & de meo eſt, totum ſuppleo de te Domine IESV, quod minus habeo in me. O ſuauiſsima ſatisfactio!* quaſi diceret: accipio Iesvm, vt Iesvm reddam Iesv; eius cor accipio, vt ſuum ei offeram cor; Eius omnia accipio merita (quia ex ſingulari gratia ea mihi donauit) & ea illi offero loco muneris non leuidenſæ, ſed omnium præſtantiſſimum, quod vnquam ſol vidit. Quo facto amo Iesvm per Iesvm, & Iesv offero Iesvm, amorem infinitum amori infinito. Et inſuper quicquid in mea eſt poteſtate, totum illi offero in perfectiſſimum, quod excogitari poteſt holocauſtum.

IV. Si tam ſublimem reformidas volatum, minimùm quod facias ſit imitari tres Reges eum in ſtabulo adorantes. Non multa quidem dicunt ad teſtificandum

dum latentem in animo ſuo amorem aduerſus paruum Meſſiam, ſed multa faciunt. Aperiunt ſuos theſauros, & ex ijs optima & pretioſiſſima quæque depromunt: humi proſtrati fidem clientelarem promittunt, & obſequium perpetuitatis paruulo iſti Monarchæ deferunt, ei oblato auro, myrrhâ, & thure. Sed nec contenti, plura præſtant. Aperiunt enim theſauros cordium ſuorum producentes thus Fidei, myrrham ſpei, & aurum charitatis, quæ Deus in eorum cordibus abdiderat. Eum honorant vt SVPREMVM DOMINVM, inuocant vt MESSIAM; adorant vt DEVM ac factorem vtriuſque mundi. Ore penitus tacent, ſed manibus & cordibus loquuntur, & ſilentibus illis; amor eorum non ſoluit, ſed loquutus eſt cum IESV, & dixit quicquid poſtea homines & Angeli loquuti ſunt, & dixerunt: *quicquid alij ſermonibus*, inquit *D. Bernardus*, *iſti muneribus confitentur*. quicquid amor alios fecit dicere, id ipſi dicere volebant tacendo, & offerendo ad eius pedes, quicquid in theſauris ſuis habebant pretioſiſſimum, & ſimul cum eo theſauro cordis ſui gazas, nempe tenerrimas animarum ſuarum actiones offerebant.

Serm. 2. de Epiphan.

V. Si

V. Si ad te excuſandum tuam allê-ges paupertatem, & dicas nihil te habe-re, quod paruulo huic, mundi tamen to-tius Monarchæ, offeras, certè amorem habes: eum, ſi aliud non ſuppetat, offer-to cum paupere Magdalenâ: quæ & pau-perior te, & in ſtatu longè magis deplo-rato eſt, quàm tu. Illa moriens amore, ad Chriſti pedes ſe abijcit; illa charitatis ſuæ abundantiâ oris ſui verba ſuffôcat: quin & cordis dolore, & de peccatis pœ-nitudine ipſum cor facit crepare. Abun-dantia lacrymarum, quas ambobus o-culis, velut duobus fontium canalibus profundit, ſatis denotat interioris animi incendium: quod & miſeram eius ani-mam deuorat, & afflictum cor penitus abſumit. Chriſtus perbellè eius ſilentij vocem intelligens, & deſideria interpre-tans, dixit de illa: *quoniam dilexit multùm, dimittuntur ei peccata multa.* Ignis inquit, immenſæ eius charitatis aduerſum me, magnam omnino, & magnorum atque enormium peccatorum cōbuſſit quan-titatem. Sed tali amori quid poteſt de-negari? & vehementiæ talis flammæ ſe-mel excitatæ, taliſque charitatis igni propter me ſuſcitato quis valet reſiſtere?

O quam

O quàm eloquens & potens eſt cor amantis! ſiquidem ipſummet eius ſilentium plus poteſt, quàm copioſiſſimi totius mundi aureæ eloquentiæ torrentes. tamen ſi loqui delectat, loquere cum ſancto Bernardo; ſi facere, fac cum tribus Regibus; ſi tacere, tace cum Magdalena, & Chriſtum amaſti, vt oportet. Si autem eam nactus fueris felicitatem, vt tres iſtos modos coniungas, & velut vnum amoris faſcem efficias, næ tu, Lector egregius, egregiumque gerens cor, vir es; cui Deus tantam elargitus eſt miſericordiam.

VI. Raptus tu, auditis Chriſti ſermonibus, & viſis exceſſibus ineffabilis eius charitatis, rogas me, quo amore ille ſit amandus? Reſpondeo amorem non niſi amore opus habere. & quidem ad ſatiſfaciendum amori infinito, viciſſim opus eſſe infinito: & alium quemuis nimis eſſe breuem & mutilum, nec valentem, attingere, quò oportet. Verùm quantùm deficimus amore non valentes eius amori reſpondere, tantùm abundemus propriâ noſtri ipſorum confuſione, & ſancto pudore, quòd tam exile cor, & tam exiguam facultatem habeamus aman-

amandi talem, & tam eximium amorem. Aliud ſuggero medium: angelis hominibusque corda omnia furemur & ſurripiamus. & ſic ſurrepta vnum in locum congeramus, ac deinde ignem ijs inijciamus: & poſtremo ſacrificium ex ijs in honorem Chriſti Saluatoris ſuper altare animorum noſtrorum offeramus, eum amando omni amore creato, & omnibus mundi cordibus; immolando inſuper eius amori omnem poſſibilem & impoſſibilem amorem. Quo facto miraculum miraculorum patrabimus, dum faciemus, quod fieri non poteſt.

VII. Simus ita feliciter inſolentes, & ita innocenter audaces, atque fuit bonus Latro, qui videns Virgineum Chriſti latus apertum, & per illud oculis nudum patere eiuſdem cor, in illud iniecit cor ſuum, amorem ſuum, ac animam ſuam. ibi autem cum totus eſſet, tentauit amare Deum per cor IESV. Miſcuit itaque cor cordi, amorem amori, & quaſi animam animæ: nec non merita meritis Chriſti infinitis. ac deinde aſſociatus tam felici comitatu, Deum debito, idem infinito amore cœpit amare, eidem inſeruire, ac penitus ſanctiſſimo ſe eius

Digitized by Google

amori immolare. Taliter & nos agamus: in eius vulnera, in eius latus, hians ex recenti plaga, atque adeo in ipſiuſmet Verbi incarnati cor ſummè amabile proijciamus corda noſtra. Deo Patri, & Patris Filio loquamur proprio ipſius filij ore; eoſdem amemus proprijs eorum cordibus: quin & in proprio filij ſacrificio nos ipſos immolemus: eique, audacter quidem, ſed ſimul filialiter dicamus: *Dulcis IESV, ſi poſſem tantùm te amare, quantùm amas teipſum, & tuum Patrem, te non latet, legis enim in corde meo omnium meorum deſideriorum illud eſſe maximum & ardentiſſimum: Eheu! quandoquidem benigniſſimè decreuiſti, quàm ſæpiſſimè in meum ſinum deſcendere; in corde meo cœnare, & mihi per meum proprium os loqui: O, ſine, ego & te amem tuo proprio amore, & vt tibi non ſolùm parem, ſed eandem charitatem deferam, quam tu tibi ipſi defers.* Non dubito, quin in cæli legibus aliqua reperiatur ſimilis legi terræ, in qua dicitur: *qui per alium facit, per ſeipſum cenſetur facere.* O quàm ſolida mihi erit conſolatio, ſi bonum hoc aliquando mihi eueniat!

VIII. Verùm cùm ſemel modeſtiæ fines tranſilierim, licétne iacere aleam peri-

periculoſiorem altera? Dicitur Spiritus ſanctus intra cordium noſtrorum domicilia ſe collocare, *& adiuuare infirmitatem noſtram (quia quid oremus, neſcimus) & orare pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Id eſt, perbellè callens Spiritus ſanctus, nos ignorare ſcientiam & modum orandi, vt oportet, in cordibus noſtris ſuam figit ſedem, & taliter ibi pro nobis loquitur, vt quæ nos dicere deberemus, dicat ille. Et quæcunque ille dicit, & è cordibus noſtris per noſtra elicit ſuſpiria & verba: omnia illa cenſentur noſtra, non aliter atque ſi nos ipſi ſoli dixiſſemus. Me inuadit deſiderium illi dicendi: *glorioſe Spiritus ſancte, neſcimus neque principium, neque modum amandi, vt oportet, & vt meretur Saluator noſter: amabò te. ſuccede pectorum noſtrorum domicilijs, & ibi exiſtens amoris tui igne adure, imò penitus inflamma corda noſtra, perfectè inſtruendo qualiter amandus ſit ſalutis noſtræ auctor & reparator: quin imò quandoquidem dignaris pro nobis orare, digneris & ita amare, vt amor tuus acceptetur pro noſtro: Et ſi ita dici poteſt, vt quantùm amas IESVM. tantùm amemus & nos ipſum. iungendo amorem amori, flammam, flammæ, cor cordi, quin & identificando amorem noſtrum tuo, ſi tamen*

Digitized by Google

men dignaris pro infinita tua benignitate id permittere.

IX. Quando de aliqua Virgine apprimè caſta & verecunda matrimonio elocanda, & de eius eliciendo conſenſu agitur; ſi virginalis pudor puellæ eripit verbum, & Mater reſpondet pro filia, nulla fit mora, pergitur, matrimonium concluditur. Nam dum loquitur Mater, cenſetur loqui filia ore matris, & corde reſpirare. Beata autem virgo, Mater eſt tum IESV, tum noſtra. Sanctus Paulus dicit *ſe animas noſtras velle deſpondere Chriſto, & velut Virginem caſtam eidem exhibere.* Hoc vſqueadeo exſuperat conditionis noſtræ vilitatem, vt reſpondere nequeamus, niſi Mater intemerata verbum ſuum, linguam ſuam, cor ſuum & amorem maternum nobis accommodârit: ita vt Chriſtus eius filius omnia illa ab ea profecta, quaſi à nobis profecta eſſent, accipiat, & boni conſulat ſimplicitatem noſtrarum affectionum immenſitati amoris ſanctiſſimæ Matris ſuæ coniunctarum. Porrò poſſet accidere, vt magni iſtius boni lætitia in tantum exilire nos faceret, vt dicere auderemus: *Vtinam Virgo glorioſiſſima adhuc centies millies magis amaret filium ſuum,*

quàm

quàm nunc amet, vt nos coniuncto noſtro amore illius amori eundem centies millies magis amaremus, quàm nunc amemus.

X. Quàm eſt amor inſigniter importunus, & quàm inſolenter audax, dum rem quampiam menti oblatam non tam aggreditur, quàm arripit! quis vnquam ſibi perſuaderet, eum audere aliquid ſublimius attentare iam dictis? Chriſtus paulò ſupra dicebat *pacem* & *gaudium* ſibi à Patre datum, nobis magni muneris loco dare & relinquere. Hoc amori non ſat eſt: altiora habet vota. O ſi, inquit, idem Pater, vellet nobis dare cor & amorem, quo proſequitur filium Vnigenitum, vel ad minus permittere, vt imbecillitatem noſtrarum affectionum infinitati amoris ſui paterni iungeremus, & ex duobus vnum efficeremus, ſumme Deus, quanta animis noſtris eſſet conſolatio, & quàm abundans & plena ſatisfactio cordibus noſtris, quod tali modo amare poſſent Verbum æternum, vnicum potentiarum noſtræ animæ obiectum! Equidem quicquid infra hoc eſt, nec poteſt animos noſtros, nec voluntates, quæ vſque ad apicem infinitatis vellent aſcendere, ad tribuendum Saluatori, quod ei infi-

Digitized by Google

nitis prope titulis ſe debere agnoſcunt, explere.

XI. Quicquid actitemus, profectò & in vita, & morte ingrati deprehendemur. dum eam charitatem nunquam ſumus aſſecuturi, quam & ipſe Chriſtus meretur, & ei nos debemus. Quid ergo faciendum eſt, vt eo, quo oportet amore, ametur? Deus bone, quantam importunitatis & impatientiæ turbam mihi obijciunt iſtiuſmodi obiectiones iteratæ! ô cælites! nónne ſat eſt, ſi eo modo, eo ſtudio, & conatu ametur, quibus iam dixi eum eſſe amandum? Aſt, ſcito Lector, proprium id eſſe veri amoris, vt nunquam penitus expleatur. Verumenimuero dici poteſt, quòd omnia, quæ relata ſunt de Chriſto amando, aliud in rei veritate non contineant, quàm amorem vnius ſolius cordis. At, inquit S. Bonauentura, quàm parum poteſt cor vnum, & vnica ſcintilla ignis abdita in hoc fruſtulo noſtræ carnis, exertis etiam omnibus ſuis viribus. Nunquam attingam ſtatum pacis & quietis, quem diſcupio pro animæ meæ ſolatio, niſi ad diuos, diuasque omnes effudero cor meum vnà cum precibus; aut niſi ſubleuauero

libe-

liberaueroq́; eandē animam meam deſiderio quodam, quod illi eſt pergraue & moleſtum. Cor vnum, obſecro quid eſt? ô quàm vellé omnes mei partes in pura corda eſſe mutatas! at nimis parum id eſt: vellem habere tot corda, quot cælum Empyreum ſua longitudine, latitudine, altitudine, & profunditate capere poteſt; vellem inſuper omnia illa corda maximo amoris igne inflammata eſſe aduerſus Saluatorem animarum noſtrarum; Demum vellem illa ipſa corda ſic accenſa pro aliquali ſolatio magnitudinis meorum deſideriorum in perfecto & conſummato holocauſto immolare! Sed quid ego? D. Bonauenturam loquentem audiamus: *Si tot corda haberem, quot cælum Empyreum continere poteſt, totum & totaliter tibi tribuerem, & tamen tanto Domino munuſculum hoc paruum aut nihil eſſet.* Stim. Am. p. 2. c. 3.

Eheu! ſi totum hoc nihil eſt, factâ cōparatione cum magnitudine cordis & meritorum Iesv agni immaculati, quid igitur eſſe poteſt illud parum, quod illi offero, contentum vnico corde, & corde tam exiguo, tam frigido, & tam miſero, vt eſt illud, quod continuis trepidationibus agitatur in meo corpore?

XII. Sed quæ iſthæc mea eſt ſimplicitas, dum in varia meum torqueo intellectum, vt modum inueniam amandi Meſſiam, vti oportet! Hem! nónne animaduertere deberem, me actum agere, dum modū inquiro amandi Chriſtum, vt eius merita exigunt, & noſtra obligatio poſtulat? Longè fructuoſius fecero, ingenuè confitendo fragilitatem mearum virium, & imbecillitatem affectionum, quibus curtior eſt ſuppellex, quàm vt pertingant ad immenſitatem, quàm vt ſe commenſurent eminentiſſimæ ac infinitæ magnitudini perfectionum & attributorū Chriſti Saluatoris, atq; ſupremi Monarchę cordium noſtrorum. Nónne rationi conſentaneum eſt, vt Deus de omnibus noſtris potentijs triumphet, & infinito interuallo præeat noſtram infirmitatem & debilitatem? Dic ergo, quis modus eſt amandi eum cum omni ſua magnitudine: eſt credere te indignum eius amore, & prorſus ineptum, qui dignè ad eum pertingas; eſt gaudere, te nequire eum amare, vt meretur, & potius malle te ſuperari ab infinita eius excellentiâ, quàm poſſe amando adæquare eius amoris magnitudinem per-

tui

tui effuſionem, quaſi verò poſſet creatura certare cum creatore. Rurſum & præoptare perfundi pudore, & ſanctâ verecundiâ, quod obiectum tam excellens & pretioſum dignè nequeas diligere; ex quo proſtratus ad eius pedes humiliter veniam rogare debeas. Eſt demum illum amare cordibus omnium ſanctorum; adorare ore omnium Seraphinorum, & ei ex intimis viſceribus cordis dicere, Summe Deus, qui olim dicebas Moyſi: *Ego ero in ore tuo, & in manu tua.* Quod eſt dicere, ero ſuper linguam tuam, vt loquar per os tuum, ero in manibus tuis ad patranda miracula; fac obſecro mihi indigno ſeruo tuo parem gratiam, & dignare mihi dicere: *ego ero in corde tuo, & amabo me pro te, meipſum vibrabo, velut ardentem ſagittam in cor tuum, & docebo te veræ charitatis ſermonem, amabo me pro te, quod ibi mihi dixero, acceptabo velut à te dictum. Ero Iudex, Aduocatus, & pars, ſine tantum me agere, & rem effectui ſuo tempore & loco exactiſſimè dabo.* Et hoc pacto amabimus Chriſtum charitate dignâ eius diuinâ magnitudine, nec aliam vnquam à nobis exiget.

Fiat, fiat.

Digitized by Google

CAPVT XX.

Quot modis amoris cor ſincerum amare debeat IESVM Chriſtum Dominum noſtrum.

RESPONDEO, ſi fieri poſſet, infinitis. ſi enim tot modis amandus eſt, quot tum diuinæ, tum humanæ perfectiones in eo reperiuntur, infinitis procul dubio eſſet opus ad pertingendum, tum ad immenſitatem illius amabilitatis, tum ad eminentiſſimas eius pulchritudinis excellentias. Vnde quæſtionem illam mihi factam, parem, vel etiam difficiliorem, puto his: Quot fontes, vel quot aquæ guttæ requiruntur ad conſtituendum vaſtum oceanum! vel quot radij ad efficiendum ſolem? vel demum, quot arenulæ ad replendum cælum Empyreum? DIXI DIFFICILIOREM, quia horum numerum facilius & citius inierim, quàm ad quæſtionem mihi nunc propoſitam reſponderim.

I. Tamen dicendum eſt aliquid ad glo-

riam optimi noſtri Saluatoris, ſi verum eſt, quod tot doctiſſimi grauiſſimiq́ue Theologi peracutis argumentis aſſerũt, nempe omnes angelos inter ſe non ſolùm numero, ſed etiam ſpecie differre; ita vt quilibet ex quolibet ordine alterius ſit formæ & ſpeciei, quàm alius quiuis cuiuſcunque ordinis. Age ergo, dic ad quem gradum perfectionis & apicem honoris id tandem pertinget? Nam ſi ſeptem milliones vel plures Angelorum, qui principatum ſuum in cælo retinuerunt, amant omnes, & ſinguli noſtræ ſalutis vindicem, communem nobis & illis Dominum, amore ſingulari & diſtincto ab amore alterius cuiuſuis Angeli, eoq́; maiore vel minore iuxta maiorẽ vel minorem illis communicatam intellectûs ſubtilitatem, & voluntatis præſtantiam, quot diuerſa amoris genera in ijs reperire neceſſe eſt? ſed illud eximium & admirabile, quod poſtquam ſic amârint, adhuc ardentiſſimo ſtudio in faciem huius diuini Meſſiæ *deſiderent proſpicere.* Nec tamen vnquam ſibi faciunt ſatis, licet intenſiſſimè eum fuerint contemplati, ſummè admirati, & ardentiſſimo amore proſequuti. Hinc

fit,

fit, vt ita eum ſemper intueri deſiderent, ac ſi nunquam eum vidiſſent. Quidnî ergo dicamus eum amabilem, vel potius amandum mille millionum (id eſt, innumeris) amorum generibus & formis? Nec finis, poſt omnia iſta vna voce ſumma cum admiratione proclamant & dicunt: *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Admiratio iſta, & quaſi ſacer quidam mentis ſtupor in Angelis oritur ex pulchritudinis Chriſti excellentiâ, de qua cùm loqui ſe poſſe deſperent, omnem ſuum ſermonem conuertunt in àdmirationes, quibus virium ſuarum (propter obiecti ineffabilem dignitatem) ingenuè fatentur imbecillitatem.

II. Vna è ſapientiſſimis cogitationibus illa eſt, quòd poſſint homines angelos adæquare, imò & ſuperare in gratia & gloria. quod ſi ita eſt, poſſunt homines æquè magnum, quin & maiorem exercere amorem erga Chriſtum Dominum, atque ipſi Angeli. Eum ergo amabo vnius SERAPHINI amore igneo & excellenti; item amore CHERVBINORVM, qui cùm pleni ſint ſcientiâ, nihil agunt impetuosè, vel inconſideratè; adhibe & THRONORVM charitatem, qui ſunt veluti Dei

ti Dei ſedes, perfectiſſimè vniti diuinæ eius bonitati; accedat & amor POTESTATVM, DOMINATIONVM, & PRINCIPATVVM ad tuum: vtere eorundem potentiâ, profligando, proſternendo, mactandoque innocente mortificationis manu omnes animi tui ſiniſtras affectiones: ac demum eas ad pedes eius altaris piè ac generosè immolando. Sed & VIRTVTVM amorem, remotiſſimum puriſſimumque ab omni proprio commodo, amori tuo iungito; quin & ARCHANGELORVM, qui non niſi ſublimia & digna Chriſto Saluatore inſectantur & amant. Velis & ANGELORVM charitatem, quæ te conſtituet in ſtatu indifferentiæ ad facienda ea omnia, ob eius amorem, quæ ei placuerit in mundo hoc tibi imperare, charitati & amori tuo aduerſus Chriſtum aſſociato. Lubétne coram præſentem, velut oculis vnum è Seraphicis huiuſmodi hominibus intueri, & incendium affectionum animæ Seraphicæ è vicino ſpectare? Intuere, ſpecta, audi D. Bonauenturam: *ô ardor, inquit, cordis mei, ô ſuauitas vitæ meæ, ô claritas oculorum, ô vita vitæ meæ, ô medulla oſſium, ô exultatio mea, ô inſpiratio ſancta, cur ego non ſum conuerſus totus in amo-* S. Bonau. ſtim. part. 2. c. 20.

rem

rem tuum dulciſsime IESV? Hæ ſunt D. Bo-naventuræ amoris flammæ: quæ alijs quidem verbis poſſunt efferri, ſed non efficacioribus ad animos commouendos. placet tamen eas variare: ô flamma dulcis cor meum vrens, ô dulcedo ſuper omnes dulcedines, ô omnes mei amores, ô charum lumen oculorum meorum, ô pretioſa oſſium meorum medulla, ô lætitia & paradiſus animæ meæ, & ſolum & vnicum bonum, in quo velut in proprio centro cor meum conquieſcit. Heu! Eheu! cur non ſum totus conuerſus in flammam charitatis, & in ignem diuini amoris! ô quàm me tædet vitæ in hiſce terris, in quibus, prô dolor, tam parum eſt amoris! Haud equidem inuideo Angelis Seraphicis, quòd tui, ô Domine Iesv, perfruantur delicijs Paradiſi, ſed bene, quòd ardentius me, ament te, ſanctè inuideo.

III. Si non audes adſpirare ad illam ſupereminentem & Seraphicam charitatem, adſpira ad minus ad amandum Dominum amore forti, firmo, conſtanti & inconcuſſo, quali eum omnes amârunt Martyres, qui potius mori elegerunt, & quælibet, quantumuis acerba, pati

pati ſupplicia, quàm vel latum vnguem ab amore & fidelitate aduerſus verbum incarnatum recedere. Amor verus, & qui nomen amoris omni ex parte meretur, eſt mors ipſiuſmet mortis, & infernus inferni. efficit enim vt mors exiſtimetur vita, & infernus commutetur in Paradiſum. *fortis enim eſt, vt mors dilectio, & dura ſicut infernus æmulatio.* Lubétne audire loquentem & quaſi præſentem oculis intueri vnam ex adamantæis iſtis animabus, & generoſis Chriſti Athletis? OCCIDI POSSVM, SEPARARI NON POSSVM. id eſt mori poſſum, & hoc mihi ſtatutum eſt, & quidem centies millies, ſi tot mihi eſſent vitæ, ſed vt abſtrahar, vt ſeparer ab amore dulciſſimi Magiſtri mei Chriſti, nemo ſperare debet. Et S. Paulus: *Certus ſum, quia neque mors, neque vita, neque Angels, &c. neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto IESV Domino noſtro.* Et ſanctus Polycarpus in hunc modum: *octuaginta annis ſeruio Chriſto, & nil vnquam mali mihi intulit, ſed plurimis me beneficijs affecit, & ego tam ingratus eſſem, vt eius amorem vel in minimo læderem, vel ab eo recederem, ſiue ad retinendam vitam meam quotidie morientem, ſiue ad parcendum ſanguini ſenectu-*

Cant. 8. 6.

S. Cypr.

Rom. 8. 38.

nectutis iam frigore concreto? Viuere & amare Christum, mihi vna eademq; res eſt: Hac ſola aura reſpirat cor meum, eò omnia mea tendunt, tanquam ad proprium centrũ, deſideria.

IV. Aſcende adhuc altius in amore erga Saluatorem: & eum amato amore Apoſtolico; id eſt duobus amoribus, iam iam relatis, ſed vide, ſint in vno collecti; amabo inquam, amore Seraphinorum, & Martyrum. Hæc enim duo amoris vincula propria ſunt & debentur cordi Apoſtolico. *In quo quis audet, in inſipientia dico, audeo & ego.* Nota tibi eſt, Lector, vox iſtius Seraphini, qui loquitur, quaſi expreſſis verbis diceret: tanto amore feror in dilectum Magiſtrum meũ Chriſtum, vt credam me ſolum tanta ei obſequia præſtare poſſe, quanta poſſunt omnes angeli ſimul accepti. Dum dico Angelos, nimis parum dico: intendo enim dicere: neque in cælis, neque in terris, neque in toto Vniuerſo rem vllam eſſe, quã prẹſtare non poſſem, adiutus brachio diuini eius amoris. Quid? *nónne omnia poſſum in eo, qui me confortat?* Et quid Pauli ſocius Diuus Petrus? *diuinæ,* inquit, *conſortes naturæ, &c.* Quaſi vellet dicere, imò dicit: *neſcio vbi ſim, neſcio quis ſim, neſcio quam ſuauem*

2. Cor. (margin, beside "di Apoſtolico")

tiam violentiam ſentiam in anima mea, ſed licet quid ea ſit, propriè neſciam: videor tamen mihi factus particeps cuiuſdam diuinitatis, & eſſe velut quidam paruus Deus, cui nihil factu, nil latu ſit difficile, imò nec impoßibile, dum amorem eius recolo, qui omnes meos amores ita violenter, ſed ſimul ſuauiter, ad ſe traxit, vt non iam ego agere videar in anima mea, ſed ab illo agi tanquam ab habente ibi abſolutum Dominium.

V. Quod ſi, amice Lector, necdum ad eam felicitatem pertigeris, vt operantem Seraphicè, & tolerantem Apoſtolicè amorem habeas; minimùm da operam; vt ſacrorum Doctorum ſuauiter fulminantem, & bene dicentem conſequâre. Dici poteſt, & verum eſt, amorem diuinum eſſe oratorem omnibus numeris abſolutum. Ille, ille eſt, qui omnia aureæ Eloquentiæ flumina fundit, qui nectar & Ambroſiam ſubminiſtrat; qui omnes cæleſtis Rhetoricæ figuras & ſchemata callet; qui docet dignè loqui de ſupremis excellentijs Verbi Incarnati, infinitè amabilis. Adhibe ergo omnes ingenij tui neruos, effunde omnes voluntatis affectûs, vel beneficio copiosè fluentis & exercitatæ linguæ, vel ſubli-

mi felicis ac diuitis tuæ pennæ volatu. Tuæ ſint deliciæ, mira quædam loqui de Chriſto Domino. Tua ſit vnica animi cura, tuum vnicum & ſolum intellectûs tui obiectũ, & vnicus, vel ſaltem potiſſimus tuarum cogitationum ſcopus. Ambi, affecta, ſed amore recto, & ſine faſtu de eius excellentijs, & diuinis qualitatibus dicere, quicquid dici poteſt, & quicquid non poteſt. In hoc labyrintho erra felici errore; in hac abyſſo ita profundè ingenium tuum immerge, vt omnes intelligant conatu tui Zeli te abreptum & tranſportatum vltra ſphæram actiuitatis tuarum virium (vt loquuntur Philoſophi) & vltra ingenij tui captum: vbi ſermo tibi inſtituendus erit de hoc DOMINO DOMINORVM, tona, fulmina, filiũ tonitrui te demonſtra; ſis velut iacula ignita è cælo immiſſa ad inflammanda, ad conterenda, etiam ferociſſimorum ac maximè refractariorum hominum corda; ſis item ſuaue, ſed efficax flagellum, quo impellantur omnes ad amandum Chriſtum, eique humero vno ſeruiendum, *captiuantes omnem intellectum in obſequium fidei IESV Chriſti*. ſis denique quaſi quidam paruus Tyrannus, qui ſuaui Eloquen-

loquentiæ tuæ violentiâ velut aureis vinculis conſtringas eorum omnium corda, qui verba tua ſunt audituri, vel lecturi opera calamo tuo conſcripta: quæ nihil aliud innuant ac ſonent, quàm puram putam Chriſti Domini magnitudinem & excellentiam: *Quicquid ſcripſeris, inquit D. Bernardus, quicquid dixeris, nihil ſapit, niſi ſenſero ibi Chriſtum.* Vult dicere mellitus Doctor, ſcribas, dicas quæcunque volueris, & quàm eleganter poteris, nihil vnquam legenti vel audienti ingenerabunt ſuauitatis & ſaporis, niſi linguam tuam & calamum intinxeris in nectare, id eſt in ſanguine & in infinitis meritis diuini Meſſiæ. S. Bern. in Cant.

VI. Si neque vehementem illum erga Chriſtum amorem exercere, neque copioſè & eleganter de eo loqui ſcias; minimùm addiſcito delicatum illum & ſuauem eorum amorem, qui dies ac noctes conſumunt in meditatione vitæ ac mortis Chriſti; qui nihil æquè libenter ac iucundè agunt, atque de eo abſque vlla intermiſſione cogitant; eius excellentias mirantur, Maieſtatem adorant, & perſonam infinitâ refertam bonitate intimè amant. Eum etiam in finem ca-

leſactas in fornace cordis, & ex pharetrà charitatis depromptas ſagittas, ac ſpicula orationum iaculatoriarum, ignita ardentibus flammis deſideriorum atque ſuſpiriorum in eum die ac nocte vibrant. Fac, vt fecit S. Ignatius Martyr, qui cùm Chriſti cor toties in ſuo inſculpſiſſet corde, inuentum eſt poſtea taliter in eo impreſſum, vt neſciretur, an eſſet cor formatum in IESV figuram, an verò IESVS in cordis effigiem effictus. Nec etiam ſatis conſtabat, cuius cor illud eſſet, an IESV, cùm eius nomine eſſet inſignitum, an verò S. Ignatij: ſiquidem illud ipſe in ſinûs medio geſtabat. Innumeri Eremitæ ſanctimoniâ inſignes, & vitæ Religioſæ maximi cultores, hoc genus amoris erga Chriſtum tam auidè arripuerunt, & tam ſtudioſè exercuerunt, vt nunquã habitis de IESV cum IESV colloquijs (vnico animarum ſuarum in hac extrema miſeriarum valle ſolatio) ſatiarentur. Et quid nî? qui enim verè amat, nil aliud mente agitat, quàm rem amatam; nullaque ei arridet cogitatio, quàm ea, quæ directò tendit in Saluatorem, velut in ſcopum totius ſui amoris. D. Antonius vſque adeo iſtiuſmodi contemplationi-

tionibus deditus erat, vt totas perſæpe noctes in ijs tereret; ac permoleſtè ferret, quòd ſol, quem à tergo inchoans contemplationem reliquerat, adhuc eidem contemplationi inhærenti oculos ſibi à fronte (confecto iam ſuo curſu in Antipodum orbe) perſtringeret. Sancto Franciſco idem contingebat. omnes enim horæ citò nimis illi tranſuolare & noctes ita illi decurrere videbantur, vt vix crederet ſe cœpiſſe de Verbo Incarnato cogitare, cùm iam dies ſuperueniens eius eripiebat delicias, cogebatq; ſuauiſſimis cum Chriſto colloquijs finem imponere. Sancto autem Bernardo nunquam bene erat, niſi quando vel inſeruiendum Chriſto, vel loquendum, vel ſcribendum, vel denique cogitandum erat de Chriſto, quem millies magis amabat, quàm propriam vitam.

VII. Si tam felix eſſe potueris, vt eum amore ſponſæ ames, & anima tua digna cenſeatur, quæ caſtiſſimæ & fideliſſimæ ſponſæ nuncupetur nomine, quantam tibi cælitus communicatam gratiam, & quantam factam exiſtimabis miſericordiam? D. Bernardus dicit ſe animo procul à corpore peregrinari, & cor ſibi

Digitized by Google

prorſus liqueſcere, dum cogitat Chriſtum dignantem ſe ſponſum noſtrum, & animas noſtras ſponſas ſuas nuncupare: & quidem hac ſuffultus fiduciâ, ſibi ſumit libertatem vtendi amicè omnibus verbis, & loquendi modis in Canticis Canticorum deſcriptis, nec non familiariſſimè, confidentiſſimè & amiciſſimè cum Chriſto Domino agendi. Qui modus agendi, ſi non eſt beatitudo huius vitæ, quæ ea eſſe poſſit, fateor me ignorare. Audi S. Bonauenturam, mirabiliter quidem, ſed tamen veraciter loquentē: *nolo IESVM Magiſtrum, ſed ſponſum, nolo verba, ſed vt oſculetur me oſculo oris ſui.* IESVM ſupplex adoro, & omnia eius diuina attributa ſummè, vt debeo, veneror, ſed nihil ita mouet atque delectat, ſicut gratiſſimum caſtarum animarum SPONSI NOMEN. Quis valeat eloqui, ſit quantumuis diſertus & copioſus orator, innoxias ſanctarum Virginum delicias & fauores, qui ab eius ſancta charitate & liberalitate proficiſcuntur? Modò enim deſpondet ſibi S. Catharinam, eidemque porrigit annulum fidei, ac ſecuritatis ſui in eam amoris; modò iuuat S. Edmundum reparare cilicium, quo Virgineum

Lib. 7. itin. ætern.

cor-

corpus ſuum affligebat, ac propemodum enecabat; modò ſe confert ad S. Catharinam Senenſem, vt ei in dicendis precibus horarijs ſit auxilio & ſocius fidelis; modò ardente ac ignitâ amoris ſagittâ S. Thereſiam manu potentis Seraphin petit; modò cum fratre Iacopono, cum S. Franciſco, & S. Bernardo ludit, illisq; in forma pulcherrimi & amabiliſſimi pueruli, radiantis inſtar orientis ſolis appâret; modò ſe conijcit inter brachia B. Stanislai, in eiusque Angelico ſinu vult requieſcere; modò ſeſe ponit ſuper librum ſancti Antonij de Padua, dum concioni habendæ ad populum vult ſtudere. Inter hæc Caſta Lilia, & Roſas Virgineas, REX LILIORVM & DELICIARVM CÆLESTIVM ſummè recreatur. Tot & tantos accendit ignes in hiſce niueis Virginitatis candoribus, tam bonum tamque ſolidum aurum ſinceræ charitatis producit in hiſce terris, tam bene & accuratè ſubactis, id eſt in caſtis cordibus; tam familiariter cum his, ſimilibusque ſinceris ſeruis ſuis agit paruus IESVLVS, vt die quodam non dubitârit vnus aliquis, innocens dubio procul, è filijs ſpiritualibus D. Dominici illi minari, niſi

ſe à febri tertiana ſanet, futurum, abſque vlla dubitatione, vt eum apud ſanctiſſimam eius Matrem accuſet propter exiguam charitatem, quam oſtendit erga ſe tam moleſtâ febri laborantem. Refert hiſtoria benigniſſimum Dominum delectatum huius Religioſi innocentiâ, extemplò à ſua infirmitate eum liberaſſe: *Cum ſimplicibus ſermocinatio eius.* Eius conuerſatio, conſuetudo, familiaritas cum alijs non eſt, quàm cum animabus ſanctè ſimplicibus, quàm cum agnis innocentibus, quàm cum electis, & puris ab omni peccati macula mentibus.

Annal. 3. Domin.

VIII. Si fauor iſte diuinus, & gratia ſingularis, quæ paucis conceditur, pro conditione & infirmitate cordis tui, nimis alta videatur, tu Chriſtum Dominum diligito dilectione boni & fidelis ſerui aduerſus Dominũ ſuum. Et quandocunque ſe offert occaſio eum offendendi, dicito cum caſto Ioſeph Patriarcha: *Ecce Dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo ſua nec quicquam eſt, quòd in mea non ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi præter te. Quomodo ergo potero peccare in Dominum meum?* quaſi diceret. Eheu! tantúmne ego ſcelus, omnis rationis obli-

Gen. 39. v. 10.

oblitus, in Dominum meum deſignabo, qui me vt filium ſuum diligit? Diligito eum vt Magiſtrum. eum enim Magiſtrum noſtrum & præceptorem, & nos eius diſcipulos duobus hiſce verbis conſtituit Pater: IPSVM AVDITE: id eſt, vobis ô mortales vnigenitum filium meum præficio Magiſtrum, Summam proinde adhibitote diligentiam, eum vt accuratè audiatis, operamque detis, nullum vt eius verbum ventis ſit ludibrium. cùm etiam Ariſtotelis iudicio, & ſententiâ, Dijs, parentibus, & Præceptoribus nunquam poſſit par gratia referri; multò minus poterit Chriſto: cùm ipſe ſit Magiſter Magiſtrorum, & Doctor totius vniuerſi, cui par nullus reperitur. Eum tamen non ſolùm vt Magiſtrum, ſed vel maximè vt Deum & Patrem amato; tibique exoptato tria corda, vt integrum ei dare poſſis pro quolibet illorum officiorum & qualitatum apprimè eminentium, quas ille erga te diuinè, paternè & magiſtraliter exercet. Si maiorem in te experiris inclinationem & deuotionem, quando vt filius amas eum velut Patrem. perge, iſtum tene modum. Dici enim vix poteſt, quantopere verba

huiuſmodi cor ſoleant dulcorare, ac dilatare, etiam in maximis ſuis compreſſionibus & coarctationibus: Deus, meus eſt Pater; ego eius ſum filius: Chriſtus dignatur me ſuum vocare filiolum, quid non ſperem, quid non exſpectem de liberali manu tam benigni Patris? Quo & quali amore amanda non eſt tam benefica, & pluſquam materna paternitas? Fierine poteſt, vt cor ſuum, viſcera ſua, filiolos ſuos obliuiſcatur? num recuſare poterit aliquid cordi filiali, quod non niſi aurâ eius clementiæ reſpirat, nec ad aliud, quàm ad fruitionem ſanctiſſimæ eius miſericordiæ adſpirat?

IX. Si lubet, eum ama amore tenero, id eſt quali ſolet bonus quiſpiam Orphanus amare ſuum tutorem: qui ei eſt loco Patris, Matris, & omnium. *Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor.* Quod eſt dicere: Domine tu ſolus & vnicus es miſerorum, & pauperum protector; tu ſolus derelictorum Orphanorum ſummus tutor. Vno verbo: tota & ſola mea eſt conſolatio, totum animi leuamen, & omnium actionum mearum, (inter tot aduerſos, & inconſtantes huius infeliciſſimæ vitæ caſûs) columen ſalutis meæ eſt, quòd

quòd Deus meus ſit curator meus. Etſi ita videtur, eum ama in ordine ad propria commoda, verbi gratia, vt MEDICVM; cuius in manibus plenè ſit ius vitæ & mortis, penes quem ſolùm ſit perfectè te ab omni morbo ſanare. *Sanabat eos à quacunque detinerentur infirmitate.* Intuere eum vt CONSOLATOREM; qui omnes turbines (quibus propoſitum videtur animam tuam funditus euertere) poſſit vno momento tranquillare, & omnes inſolentiæ fluctus, qui eandem animam tuam peſſundare intendunt, ſedare. *Quis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei?* Intuere vt ADVOCATVM, qui omnes tuas ita dextrè agit cauſas apud cæleſte tribunal, vt omnes obtineas, perdas nullam; Intuere vt MVNDI SALVATOREM, qui omnia tua exſoluit debita, & ſanguinem ſuum pro te vſque ad vltimam guttam profudit. Intuere, vt FIDE IVSSOREM, qui rem tuam apud Patrem æternum cautam præſtitit, dando corpus pro corpore, vitam pro vita, & totum pro toto. Intuere, vt glorioſorum corporum OBIECTVM ÆTERNÆ BEATITVDINIS, omnium ſanctorum & amicorum Dei: Intuere, inquam, vt EVM SOLVM, qui

ſolus

ſolus dignus eſt omni amore & admiratione. Intuere denique, vt THESAVRARIVM & DISPENSATOREM gratiarum cęleſtium, qui capitibus, ac cordibus noſtris nunquam ceſſat affundere diluuium miſericordiæ diuinæ. Paucis, tot nobis proueniunt emolumenta ex tenero erga hunc dominum amore, vt non immeritò omnia alia obliuiſci, omnia contemnere deberemus, vt hunc vnicum & meminiſſe, & diligere poſſemus. Ille enim ſolus omnem amorem, & omnem omnium cordium, affectionumque etiam ardentiſſimarum meretur adorationes.

X. E modis intimè amandi Chriſtum Dominum, ille maximè fœcundus videtur, qui originem trahit ex iracundia, animatâ quadam non ingratâ deſperatione. Eius autem vſus eſt huiuſmodi. Tota mea cholera non immeritò ſeſe armat, & bellum indicit cordi meo, eò quòd tam ſit infelix ac ſtupidum, vt nequeat vel vnum momenti alicuius medium adinuenire, quo totum quantum feratur in amorem dulciſſimi cæleſtis agni, qui infinitè amabilis eſt. Et quod me maximè facit deſperare, eſt, quòd

neſciam

Digitized by Google

neſciam quid de eo poſſim ſperare. Nam ex mea parte innumera propè video nomina, quibus ſummè eius obligor bonitati; ex illius autem perquam multa, perquam efficacia & præpotentia argumenta, quibus vel etiam renitentes animi affectiones ad amandum trahi poſſint. Adde, quòd perbellè intelligam in tota rerum Vniuerſitate ſimilem animi voluptatem non inueníri ei, quæ ex obiecto omnibus, diuinis excellentijs (quæ excogitari poſſunt) exornato percipitur. Vnde multùm me affligo, multùm laboro, vt illud, nempe Chriſtus Dominus iuxta ſua merita ac dignitatem apud me eo ſit locò, quò debet, illum adorem vt decet, illum amem vt conuenit, atque quæ illi debeo exhibeam obſequia. Et tamen aut nihil aut perparum proficio, dum nihil præſto, quod animum expleat meum, quódque eius diuina Maieſtate poſſit cenſeri dignum, Eheu! Et illud ipſum eſt, quod in deſperationem me inducit. Deus bone, ſempérne mihi dicetur? quòd ſim ingratus cuculus? quòd cor non habeam, vel ſi quod habeam, omni illud amore eſſe vacuum, vel ſi quis ei inſit, illum eſſe abſque vllo feruore, aut

aut ſi quis ſit, ita illum eſſe breuem & momentaneum, vt, cùm vix animum meum adegerim ad exercendum aliquẽ actum charitatis aduerſus illum, eueſtigiò ego ipſe à me ipſo auolem, ita corde meo me prodente, & à me auolante, vt ab eo deſertus, cogar fieri ludibrium meæ imaginationi: quæ quò lubet me iactans, non ſinit plenè exiguam meam deuotionem ad finem perducere. *Ecce amo te, & quia parum eſt, amem te validius Domine IESV.* Tibi Domine IESV perbellè conſtat, te à me amari, ſed (quòd ſummè me facit erubeſcere) vix media ex parte vt deberem. Cùm tamen vnus ſim ex iis, & non poſtremus, qui res tranſitorias, quibus nihil ineſt ſubſtantiæ, ita perditè amem, vt, quicunque ſincero erga Dominum fertur affectu, non poſſit non ſummè deplorare, quod rebus fluxis cor meum, poſthabito Verbo Incarnato, quod nunquam mutatur, & omni dignum eſt amore, addicem.

XI. Rem adhuc melius aggreditor, amato amore impoſſibilitatis, & ſupra captum & virtutem omnium tuarum potentiarum. Imitator Seraphicum S. Franciſcum, qui ſic loquebatur, *nec ſcio*

amare

amare IESVM Dominum meum, vt meretur, neq; debitas ei gratias agere. Tu Pater ſine principio, & tu glorioſe Spiritus ſancte, eum amatote tantùm, quantùm & quomodo vobis placet, & tantùm quantùm, ac quomodo ille amari deſiderat. Quin imò ſi vobis lubet, veſtrum mihi amorem ad eum amandum accommodatote, vt ei gratum acceptumq; ſit quicquid ei dixeritis, & amorem ſimiliter, quo eum amaueritis, acceptet à vobis, tanquam à me profectum. Eodem modo imitandum tibi proponito Comitem ſanctum Elzearem, qui per latus Chriſti apertum, in cor Chriſti intrabat: & ibi conſtitutus amabat ſaluatoris cor ſaluatoris corde, IESVM item per ipſum IESVM. Et tunc ſic ratiocinabatur: *cùm poſuerim cor meum in corde IESV, quicquid cor IESV dixerit ipſi IESV, quid ni me illud ipſum dixiſſe putem?* Sed & hunc in modum alloquebatur IESVM: *Domine, ego te amo amore, quo te tuum amat cor, quia neq; cor, neq; amor ſufficiens mihi eſt ad te digne amandum. Adde quòd nequeam animum meum explere, & quietum reddere, niſi quod mihi impoßibile eſt, efficiam poßibile.* Sume & ſanctam Catharinam Senenſem pro exemplari, & eam ſequutus, cum Chriſto Domino cor corde commuta. ſi cor ſuum loco cordis

tui

tui poſuerit, tu illud loco tui habens, miraculum patrabis; dum homo exiſtens Chriſtum Dominum amabis non corde purè humano, ſed diuino, referesque par pari, corque pro corde, & amorem pro amore, obſtupeſcentibus cæli terræq; incolis, reddes. Imitare & Adoleſcentulas, de quibus ſic dicitur in canticis: *Adoleſcentulæ dilexerunt te nimis.* Imitare & Dauidem Regem & Prophetam. *Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis.* O ter quaterque beatus, qui plus amat IESVM, quàm poſſit! & qui per admirandos conatûs facit plus, quã in eius cadat potentiam! & pertingit ad quoſdam exceſſûs prorſus ineffabiles! Et tamen cùm iſta præſtet, ſemper credit ſe nihil præſtitiſſe.

XII. S. Franciſcus totus ardens & inflammatus igne charitatis confecit canticum, in quo iratus contra diuinum amorem, ad ſpeciem illi dicit iniurias, & in eum velut ex arcu fortiter tenſo ſexcentas immittit ſagittas; quæ videri poſſint querelæ, ſed aliud non ſunt, quàm meræ & ſanctæ exundantis charitatis blanditiæ. Ah! inquit crudelis amor! cur me non occîdis, & cur meum non comburis

Digitized by Google

buris cor vna vice? tibíne volupe eſt lento igne me comburere, & paulatim ad tuum beneplacitum exſiccare? Eheu! cur duas in partes horribili iaculo velut ab homicida quopiam emiſſo, & enſe quaſi à crudeliſſimo Sicario euaginatò cor mihi fidiſti? cur tot & tantis me è cælo ignitis petis ſpiculis, quæ me in Cineres redigunt? Quid hoc rei eſt? morior, eheu! morior nimiâ dulcedine! Et quídni moriar? quis enim modus viuendi ereptò corde? Omnia dedi ego, vt hunc amorem valerem indipiſci, nec pœnitet, imò, ſi vnum millionem mundorum ſolus poſſiderem, lubenti animò omnes darem vel pro vnicò diuini amoris grano. Interim ô crudelis amor, aſſiduè mihi occinis, factâ comparatione cum amore Chriſti, me vacuum eſſe omni amore. Equidem in mundo hoc nihil ſolidè pulchrum, nihil perfectè bonum, nihil ſimpliciter amabile inuenio; ſed & illud ipſum quod inuenio, mihi ſummum parit dolorem; & maximè quòd ad eum amoris gradum nequeam pertingere, quẽ animus deſiderio ſuo terminum præfixit. Me combure, me obrue, me in abyſſum præcipita, me in te, quin& in Iesvm, imò

Digitized by Google

& in Deum ipſum transforma. Atat, ſit venia verbis: quid dicam ignoro, ita mens mea peregrinatur, vt neſciam vbi ſim, quid mihi velim, neque cuius ſit generis incendium, quod me adeo vrit & inflammat, vt ſi duret diutius, vitam penitus mihi crepturum arbitrer. Cordi meo audire, vel nomen AMORIS, vel PARADISI vel DOMINI IESV, & excipere ictum PVGIONIS, vna eademque res eſt. Amice Lector, hinc nos proripiamus, ne nobis contingat quod Reginæ Sabæ,
3.Reg.10 quæ videns ſapientiam Salomonis, & contemplans gloriam & magnificentiam eius, præ admiratione, ſpiritu deſtituta pene exſpirauit. Abrumpamus igitur hos ſermones, & eos remittamus ad beatũ illud tempus, quando paradiſi delicijs perfruemur. Hic enim ſermo non eſt propriè cõmorationis huius perituri mũdi, qui nõ niſi terrena tractat & ſapit.

CAPVT XXI.

De potentia & fortitudine Saluatoris, quæ eum ſupra modum efficit amabilem, figurata per Samſonem viribus fortiſſimum.

I. Po-

Digitized by Google

I. 5. POTENTIA iuncta pari bonitati tantopere dominatur in animos hominum, vt omnes magno affectu ſub eius Imperio ac legibus viuere deſiderēt. Satis eſſet dicere SAMSONEM, alioquin æſtimatū pene omnipotētē, (quippe qui ſolus tot ex ſuis aduerſarijs dabat internecioni, quot poterat vel integer exercitus; leoneſque velut agnellos in partes dilacerabat) vix exiguam fuiſſe VERBI INCARNATI figuram & imaginem; ſatis item in memoriam reducere, quòd ipſemet olim in hiſce terris cum hominibus conuerſans, ſacro ſuo ore dicere dignatus eſt. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.* Quaſi dicere voluiſſet: quæcunq; Pater habet in ſua poteſtate, ea in manu mea poſuit, vt de ijs ad libitum diſponam. Nihil enim continetur, neque cæli, neque terræ ambitu, quod vel verbo vel mandato meo non obtemperet quàm promptiſſimè. Paucis: VELLE & POSSE pariter mihi militant, nec quicquam eſt mihi factu difficile aut impoſſibile. Aliquódne ergo tam alienum ab omni ratione cor poterit inueniri, quod talem & tam abſolutam non amet po-

Digitized by Google

tentiam? maximè cùm potiſſima eius potentiæ pars ſit bonitas infinitè eminens, & omnia, velut magnes ferrum, ad ſe trahens.

II. Præferox ille Abras, natione Græcus, magna antiquitus apud omnes fuit in admiratione, nec abſque cauſa: nam ligato, ita eo volente, dextro brachio, in quo maximam ſuam habebat fortitudinem, ſolo ſiniſtro armatus, quemlibet prouocabat, cum quolibet in certamen deſcendebat, & fortiſſimum quemque virorum proſternebat. Fuit & Samſon qui apprehendens ambas columnas,
Iudic. 16. 29. & 30. quibus innitebatur domus, in qua Philiſthæi eum ludentem ſpectabant, eas ita concuſſit, vt continuò domus vniuerſa ſupra eum, & omnes Principes, cæteramque multitudinem ceciderit, omnesque ruinâ ſuâ oppreſſerit ac interfecerit. Iſti quidem per ſe, & nudè conſiderati, aliqua admiratione digni cenſeri poſſunt; ſed cum Chriſto collati, prorſus nullâ. Hic enim parcens brachio diuinitatis ſuæ, & quaſi illud vinciens, & tantummodo læuo vtens & debiliore, omnes ſupremas mundi poteſtates proſtrauit, & capita Tyrannorum regijs diademati-

tibus

Digitized by Google

tibus redimîta confregit, confractaque in terram deiecit, indomitamq; eorum ſuperbiam pedibus calcauit. In quo illud, quod de eo ſcriptum erat, compleuit: *conquaſſabit capita in terra multorum.* Quis omni amore, omni honore mixto cuidã ſacro horrori eum nõ complecteretur, ac proſequeretur, qui quicquid in rerũ natura eſt, ſit quantumuis ferox, quantũuis robuſtũ, quantumuis potẽs, vno momẽto in ſuam redigit poteſtatẽ? Quæ ei ineſſe debet fortitudo & potentia, qui id ſolus, quod omnes n.. ndi potentes coniunctis viribus, adhibitis infinitis prope legionibus & millionibus militum, tot cõmiſſis prælijs & cædibus horribilibus, efficere nequeunt, adiunctis ſibi ſolummodo duodecim hominibus, nudis à litteris, nudis ab armis: quin imò & hominum omnium fere nouiſſimis, ac ad ſpeciem abiectiſſimis, nullo efficit negotio? ROMANI olim vnam aliquam terræ partem armis ſibi ſubiecerunt; ALEXANDER cognomine MAGNVS aliam; Reges & Principes aliquod etiam nunc in ea obtinent dominium. Dixi ALIQVAM & ALIQVOD, ex quo colligi volo, quàm exiguam quilibet de-

beat habere particulam, quando totius terræ ſpatium toti vniuerſo comparatum, non eſt aliud, quàm punctum aliquod perexiguum. Cuius tamen PVNCTI DOMINIVM ABSOLVTVM nullus hominum vnquam habuit, niſi Adam primo, deinde Chriſtus, qui per Apoſtolos illud ſibi ſubiecit. Reges, inquit Iſaias, Propheta Euangelicus, *Vultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent*. Quin imò, ſi mancipia tanti & tam abſoluti Domini (cuius ſumma bonitas infinitis titulis meretur, vt ſit totius naturæ Monarcha) eſſe poſſent, ſeſe beatos exiſtimarent. Sed nec hoc eſt aliquid collatum eius meritis, ac infinitæ potentiæ. *Et Tyranni*, inquit Propheta,
Iſa. 49. 23. *ridiculi eius erunt*. Id eſt, Principes & Reges, qui maximè videntur formidabiles, & abſoluti aliorum hominum Domini, & ſemidij haberi volunt in terra, ſeruorum & morionum (qui velut in ſcena perſonas efficctas agent ad eius animi relaxationem) loco ei erunt. Tanta enim eſt eius Maieſtatis potentia, vt ſplendor ab eo velut à ſole quopiam erumpens, omnem ſtellis minoribus lucem eripiat. Reges reliquis hominibus comparati,
ma-

magni ſunt, ſed verbo æterno collati, aliud non ſunt, quàm exigui papiliones terræq́ue vermiculi paruuli ac putidi, imò nihil reſpectu ineffabilis magnitudinis Chriſti Domini, Regis cæli & terræ. Ad me quod attinet, inquit ille Dei amicus Rex Dauid, non aliud me exiſtimo, quando me confero Domino, & filio meo Chriſto, quàm *vermem terræ viliſsimum & plebis infimæ abiectionem.* Salomon autẽ ſe nihil aliud eſſe dicit quam quoddam phantaſma, quàm vmbrã momento tranſeuntem, ſi Chriſto vero Salomoni comparetur. Omnes item cæli Reges & ſeniores mittunt coronas & diademata ſua ante pedes & thronum huius REGIS REGVM, & DOMINI DOMINANTIVM. Apoc. 4. 10.

III. *Lapis ille, qui abſciſſus eſt de monte ſine manibus, & percuſsit ſtatuam in pedibus, & comminuit,* eſt Chriſtus Dominus, qui per diuinam ſuam Incarnationem è ſummo cælorum in has deſcendens terras, omnes euertit Monarchias, & ex ijs abſolutum ſibi conſtituit Imperium. nempe *à mari vſque ad mare, & à flumine vſq; ad terminos orbis terrarum.* Eius, inquit Scriptura, Imperium ſumit principium ſuum ab Dan. 2. 34. & 45.

vno polo, & extendit ſe vſque ad alterum: vel, vt verius dicam, totus mundus eius eſt Imperium; vel potius pars eius dominatûs. Nomines licet centies millies nomen *Alexandri, Hannibalis, cæterorumq́; Ducum & Cæſarum ac vniuerſi totius Monarcharum*, nec minima auicula ea de cauſa ex nido ſuo, vel occupato prius loco, ſe mouebit: verumenimuerò ſi dignè pronunciaris ſacroſanctum IESV NOMEN, contremiſcit infernus, contremiſcit terra, contremiſcit & cælum; vniuerſa idola confracta in mille partes concidunt; integri exercitûs in ſeipſos aduerſus ſeipſos conſurgunt, atque ſeipſos proprijs armis conficiunt. Quid multis? vniuerſa idololatria diſſipatur; tyrannis palleſcit & euaneſcit. Omnis magnitudo, omnis excellentia ſeſe deprimit, humiliat, & ſupplex adorat NOMEN hoc omni adoratione dignũ: quod & omnia terret aduerſa; omniaque poteſt, quæ factu poſſibilia ſunt. Agedum, ſi nudum hoc nomen adeo eſt amabile, adeo adorabile, & tantâ præditum potentiâ, quid erit ſapientia Incarnata in propria ſua perſona? qualem potentiam, quantam vim, imò quam omnipoten-

potentiam habere debet & quale, & quàm abſolutum imperium ſibi vendicare in animos, tum hominum, tum Angelorum, quod, vbi, & quando animo ſedet, aſſumit & exercet? Lubétne exemplum aliquod intueri? Die quodam flagellum è funibus contextum, quod forte fortuna ſeſe primo eius oculis obiecit, arripuit, & additis duobus verbis ac impactis, forte duobus ictibus illius flagelli, maiorem ipſi Hieroſolymitanæ ciuitati incuſſit timorem, quàm fortiſſimi copioſiſſimique Cæſarum, Titi & Veſpaſiani exercitûs, quando ipſam ciuitatem expugnarunt. D. Hieronymus dicit magis ſe admirari flagellum hoc in Chriſti manu, quàm omnes iſtorum Imperatorum machinas in expugnatione vaſtiſſimæ vrbis.

IV. Quæ & qualis potentia eſt (nónne omni adoratione digna?) gradi ſupra mare velut ſupra ſolidiſſimum aliquod pauimentum? quæ virtus vocis eius & verborum efficacia eſſe debuit, quando imperans mari & ventis, ſtatim ſequuta eſt *tranquillitas magna*? quæ vis, quæ potentia, dum ad eius Imperium D. Petrus ambulat ſuper Oceanum, velut

ſuper ſolidum littus, aut pratum flori-
bus coopertum? quid? quando verbo v-
no integras dæmonum legiones expulit,
nónne ingens illi ineſſe debuit potentia?
quæ item vis ac efficacia infinita eſſe de-
buit, quæ è mortis viſceribus eduxit vi-
uos, qui in eo latitârant mortui? quæ &
pepulit omnes morbos, omnes infirmi-
tates vel vnico nictu oculi? quæ etiam
valeat omnium hominum corda trahe-
re, nullo obſtaculo remorante, quocun-
que libuerit? Et quid de potentia illa di-
cemus, quâ, inſtante paſſione, cùm cir-
cumſeptus eſſet turmis militum, velut
leonum agminibus, vno prolato verbo,
EGO SVM, omnes retrorſum, velut tactos
fulmine ſuper terram corruere fecit? quâ
& Luciferum ſe tentantem, & expoſcen-
tem ab eo aliqualem adorationis actum,
& pro eo totum mundum offerentem,
vno etiam verbo ad infernales tenebras
relegauit? ſed & in momento, quotquot
lubet, Angelorum legiones è cælo cater-
uatim deſcendunt ad obſequia, quæ &
qualia voluerit, exhibenda. Verùm cùm
omnia admirationem & venerationem
mereantur in Chriſto, tamen nihil apud
me maiori eſt in admiratione & venera-
tione,

tione, quàm quod exiſtens adeo potens, imò omnipotens, ita interim potentiam illam abſcondit, vt vix aliter coram hominibus ipſe appareat, quàm in infirmitate & in humilitate, & in quadam impotentia, ne habens quidem vbi caput ſuũ reclinet.

V. Eò iactantiæ deuenerat Archimedes, vt diceret effecturum ſe, vt terra moueretur, ſi extra rerum vniuerſitatem ſibi locus aſſignaretur, vbi pedem figere, & machinas ſuas applicare poſſet. Pura puta eſt vanitas, & forſan tanta quantus eſt ipſe mundus, quem volebat mouere. Solius enim eſt ſapientiæ Incarnatæ talia patrare. *Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* Et verò ſol, luna, eleméta, tremens terra, petræ ſciſſæ, mortui è monumentis reſurgentes, denſæ pleno die tenebræ, eum id feciſſe, teſtata ſunt. Non tam miror ego petras in partes findi, quàm mortalium corda dolore amori mixto in partes non diſſilire. Ecquis enim nollet cliens, imò mancipium, eſſe tam potentis Regis, quo moriente, vniuerſa interitura fuiſſet natura, niſi vibratum iam interitûs ictum, & ſenſum totius vniuerſi, adeoque ipſiuſmet naturæ. Archimedes.

in

Digitized by Google

in ſeipſam crudeliter deſæuire parantis, in tempore cohibuiſſet? Hic eſt, qui nullâ voce editâ, ad ſe trahit tres reges, & ſe adorari facit in ſtabulo velut in paradiſo; hic eſt, qui ſtellis ambulandi virtutem tribuit, easque nuncios ſuos conſtituit, mutos quidem, ſed qui exactiſſimé exequantur mandata ab ipſo ſibi data. Hic eſt, qui iactu vnius retis per manum D. Petri, concludit mare & multitudinem piſcium. Ille, qui ex quinque panibus paſcit quinque hominum millia: & finito paſtu, plus ſupereſt, quàm aderat, antequam conuiuæ comeſturi diſcumberent. Ille, qui aquam mutat in vinum, cui nec difficilius fuiſſet omnes fontes, omnes puteos, ac omnia flumina commutare in præſtantiſſimum, quod in mundo creſcit vinum, quàm ſex illas hydrias aquâ repletas. Verùm, qui nuptijs intererant cum Matre Beatiſſimâ conuiuæ, contenti vino præſenti, quod aqua fuerat, nihil vltrà ab eo importunè petendum iudicârunt. Vbi ſunt nunc Poëtæ, qui ſuis carminibus Orphei laudes paſſim decantant, quòd ſuis fidibus, relicto naturali ſitu, poſt ſe traxerit rupes? Quòd ſyluis & nemoribus vitam tribueirt?

rit? quòd ſylueſtria animalia fidibus canentem ſequuta fuerint? Vbi ſuut & illi, qui inducunt, neſcio quem Herculem, omnia ſuis viribus domantem monſtra? Atlantem humeris cælos ſuſtentantem? Vnum Alexandrum tanta animi magnitudine præditum, vt & de mundi huius exiguitate doleat, & quòd alius non ſuperſit, de quo triumphare poſſit, fleat? Mundus tam eſt amens, vt huiuſmodi res friuolas adoret & ſuſpiciat; Dominum autem IESVM nec adorat, nec ſuſpicit, cùm tamen ille ſolus ſit, qui vniuerſæ imperet naturæ, qui operâ duodecim Apoſtolorum longè plura ſibi ſubiugauit regna, quàm centum Alexandri, quàm centum Cęſares vnquam ſubiugare potuiſſent ſtrenuitate & fortitudine duodecim millionum militum.

VI. S. Ioannes cum maieſtate admiranda, & digna tanto Domino potentiâ eum nobis ob oculos ponit; vbi in ſua Apocalypſi in hunc fere modum de eo ſermonem inſtituit. *Oculi eius erant tanquam flamma ignis,* id eſt, velut duo aliqui ſoles, ex quibus duæ lucidiſſimæ flammæ erumpebant; de ore eius loco verborum, quæ ex eo emitti ſolent, *exibat gladius vtrá-* Apoc.

que

que parte acutus; caput autem eius & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix; & pedes ſimiles aurichalco, quando eſt in camino ardenti, in orâ verò veſtis regiæ, quâ erat amictus, litteris aureis ſcripta legebantur hæc: REX REGVM & DOMINVS DOMINANTIVM. *& vox illius tanquam vox aquarum multarum*, & magni cuiuſpiam tonitrui: maieſtas autem eius Maieſtas ipſiuſmet Dei, cui Angeli aſſiſtebant attoniti præ ſtupore & veneratione. Ipſe autem Ioannes eum ſic amictum *videns, cecidit ad pedes eius tanquam mortuus*. Quin & ad vocem eius totum contremiſcebat vniuerſum. Ecquid aliud ſibi volunt iſta, quàm vt ſummè amabilem Domini huius diuiniſſimi cognoſcamus potentiam? Si reſpicit, vrit, ſi vocem emittit, cor transfigit; ſi ambulat, infernum inimicasque potentias conculcat, atque profligat vniuerſas; ſi minatur, omnia in deſperationem vocantur. Res mira, videre talem potentiam pari coniunctam manſuetudini! Quando vult, inquit Diuus Ioannes, Leo eſt, & ſubitò manſuetior ſit agnello; quando iubet, tonat; & ſtatim ſi animo ſederit, ſuauiſſimum imbrem rorat. Bonis ipſa eſt bonitas, malis

autem

autem ipſamet ſeueritas, plena indignatione, quam nemo, malus manens, valet euitare.

VII. Theologi de eius potentia differentes mira dicunt; & hoc ſiue ſermo ſit de POTENTIA EXCELLENTIÆ; ſiue DOMINII, & ABSOLVTÆ EIVS POTESTATIS, quâ omnibus creaturis dominabatur; ſiue de POTENTIA REGNI, quam ei Pater abſolutè dederat, quaque vti poterat, ſi voluiſſet; ſiue denique de POTENTIA VNIONIS, quam habebat vniendo inter ſe omnipotentiam, quà Deus, cum potentia eiuſdem eminentiſſimâ, quà homo. Quidni hæc ſimul accepta eum reddant infinitè amabilem, atque adorabilem omnibus bonis; malis autem, & omnibus mundi potentatibus formidabilem atq; terribilem? Vbi reges & mundi Monarchæ quoſpiam nacti fuerint, quos, excellente artificio adhibito, aurum aut pretioſos quoſcunque lapides, aut alias admirandas res, nec pulchritudine & vtilitate multò inferiores ijs, quas natura ſinu ſuo fouet, & ſuo tempore è tenebris in lucem producit, norunt conficere, eos in Aulis ſuis mordicus retinent, & charos habent vt pretioſos quoſdam the-

theſauros. Et hoc non abſque ratione, ſed hem! quis & quantus eſt theſaurus, habere apud, & intra nos Chriſtum Dominum, qui ex quolibet facit quodlibet; ex ſilice adamantem; ex terra aurum; ex nihilo omnia? in cuius manu eſt mors & vita; cælum & terra; felicitas æterna, & viciſſim damnatio perpetua? Is, is retinendus, fouendus & amandus eſt, aut certe in hoc mundo nihil.

Tract. I. in Ioan. VIII. Permagni facio Origenē, quando pennis ingenij ſui à terra in altum ſublatus volare pergit recto tramite, & puro veritatis aëre ſeſe exſiccare. Aſſerit is, quòd quando ſacra Scriptura dicit: *hæc dicit Dominus potentiarum*, intelligendum hoc eſſe de Chriſto, qui, procul dubio, eſt potentia, vel potentiæ Patris æterni. Eodem modo: *Deus ſcientiarum Dominus.* Deus ſcientiarum, ſcientia Dei, & diuinitatis eminentia, eſt ſancta Chriſti Domini humanitas. In diuini huius hominis potentia, omnis æterni Patris vis agendi eſt abſcondita. Cui ergo in votis eſt ſcire, quid poſſit Pater, filij reſpicienda ſunt opera. *Pater*, inquit filius, Ioan. c. *meus operatur, & ego operor.* Quod eſt dicere: quod facio, facit & Pater meus. Qui & ſibi

Digitized by Google

ſibi complacet brachium ſuum, ſeu vim operandi in meo brachio, meaque abdere potentia; ſicut & per me facere, quicquid fieri vult in terra. Porrò Dei potentia non eſt in hoc, vt pedibus ac manibus vinctis nos conijciat in ergaſtula, & perpetuâ ſeruitute nos ſibi reddat mancipia: ſed potius vt aureis nos bonitatis ſuæ catenis ad ſe trahat: quin & renuentes cogat violentiâ ineuitabili, atq; captiuitate omnium captiuitatum, quæ vnquã fuerunt, maximè acceptabili premat. Sponſa vocat hanc Chriſti potẽtiam odorem adeo efficacem, & ita violenter ad ſe trahentem, vt non currere tantum faciat poſt ſe, ſed etiam vi quãdam volare. MAXILLA SAMSONIS aliud nihil ſibi vult, quàm quod vnico verbo ore ſerui, VERBI INCARNATI prolato, totus infernus, & omnes mundi potentiæ, ſusque deque ferantur. Lapis ille, quem vibrans Dauid è funda impreſſit in caput impij gigantis Goliat, eſt Chriſtus Dominus, cuius potentiæ nihil poteſt obſiſtere, quò minus intentum effectum conſequatur; gladius ille Iudæ Maccabæi, quem angelus ei in manum dedit ad profligandos ſuos aduerſarios,

ille idem eſt, quem Ioannes in ore Chriſti in ſua maieſtate exiſtentis vidit in Apocalypſi. Vnicum enim verbum ore eius Prolatum plus efficit, quàm omnes omnium ducum, qui vnquam extiterũt, tum gladij, tum arma alia.

IV. Cui propoſitum eſt penitus intueri amabilem potentiam diuini huius Meſſiæ, in memoriam reducat oportet, quòd bellicoſitati & fortitudini Antichriſti nulla vnquam ſimilis extiterit; quippe, qui breuiſſimo tempore omnes Monarchias ſibi eſt ſubiugaturus & vniuerſum terrarum orbem ſuo Imperio ſubmiſſurus; & tamen, iſtis non obſtantibus, dictum eſt Spiritûs ſancti, quod
2.Theſ. 2.8.&Iſa. 11.4. Dominus IESVS *Spiritu labiorum ſuorum interficiet impium*, ſcilicet Antichriſtum; vires eius diſſipabit, & in puluerem, ventis ludibrio futurum, rediget. Et hoc eſt, quod ad inſaniam inducit omnes VERBI INCARNATI aduerſarios, dum à tenellis Virginibus, à puerulis vix è cunabulis exemptis, à piſcatoribus ignaris, & ſupra modum contemptibilibus, à nullius penſi hominibus, nec vllis eloquentiæ armis munitis, neque alijs humanis talentis, quæ eos ſupra alios mortales cõmendent,

Digitized by Google

mendent, exornatis, vident ſe, & omnes mundi tyrannos; omnes tortores, omnes carnifices, & Atheos ſuperari; idola ſua confringi; Deos ſuos irrideri; & in partes diſtringi; fidem autem hominis in ligno ſuſpenſi paſſim publicari, & ab omnibus recipi; eundemque, fruſtrà contradicēte Inferno, & omnibus incolis eius, ab vniuerſo mundo ſuppliciter adorari. Iſtud, iſtud inquam eſt, quod inſanire fecit ſublimiora mundi ingenia. Et quod eorum auget inſaniam, eſt quòd illi ipſi morientes, omnibus ſuperiores euaſerunt; quòd ſeipſos humiliantes, mundi faſtûs depreſſerunt; & extremâ preſſi ipſi paupertate, & rerum omnium inopiâ laborantes, integras Monarahias Chriſti legibus ſubiugârunt. Et quod maximè Chriſti hoſtes in deſperationem inducit, eſt, quòd id effecerunt, vel nominando ſemel tantū AVGVSTISSIMVM IESV NOMEN, vel ſanctiſſimæ CRVCIS SIGNVM faciendo; vel MODICA AQVA luſtrali aſpergendo. Et quod res tam exiguæ eam vim habeant, vt adigere potuerint maledictam peſſimi Apoſtatæ linguam ad exclamandum voce elatâ. viciſti Galilæe, viciſti. Ah Galilæe quanta tibi ineſt

Digitized by Google

potentia? & quam ea eſt inuincibilis! & quam debilis eſt omnis noſtra fortitudo collata tuæ fortitudini! Deus bone! Quid hoc rei eſt, vnde homini ſuſpenſo in infelice arbore, tantæ vires & fortitudo, vt ei nulla creata potentia valeat reſiſtere? Quid hoc inquam eſt, quòd ego Cæſar exiſtens, armis maximi exercitus vndiq; vallatus, nequeam pauculos homines ex fece vulgi aſſumptos è medio tollere, & eludere ictum ſagittæ, quam crucifixus Galilæus in me iacit? Quæ & qualis eſſe debet iſta incantatio, & quæ occulta & indomabilis iſta vis? ſed quorſum hæc? quando accepto moriendum eſt vulnere? repeto: VICISTI GALILÆE VICISTI. Inuitus quidem, ſed ſecus nequeo, deſperatione enim & morte iam animam occupante, victum & ſimul perditum me fateor.

X. Hæc omnia clarius in *die Iudicij* patebunt: quando veniente Domino magna & formidabili cum Maieſtate omnes ad eius tribunal ſe ſiſtent. Tunc, inquit Tertullianus, Iupiter & cęteri falſi Dij, omnes rei, omnes ingenti confuſione pleni, venient ad accipiendam æternæ damnationis ſententiam. Ibi Pla-

to,

to, ibi Ariſtoteles, ibi Seneca, ibi omnes vanâ ſapientiâ ſapientes in habitu lugubri, funem collo, & manu tædam geſtantes comparebunt, & fruſtrà ignorantiam ſuam agnoſcent: ſiquidem iuſtiſſimas & perpetuas à diuina iuſtitia inflictas pœnas ſunt ſubituri: ibi omnes mundi potentes, omnes ſapientes, omnes ſublimes præ horrore contremiſcentes, pallido vultu, facie in terram proiectâ ante ſupremum iudicem, audient ſententiam aut beatę perennitatis, aut æternæ damnationis. Ibi præſentes coràm aderunt illi, qui per contemptum ſupremū hunc Iudicem vocitabant *filium Fabri*; hominem nullius penſi, hominem ſeditioſum, & turbas cientem; eius verò ſeruos & amicos, homines triobolares, mendicos, idiotas, veneficos, è luto & fece mundi collectos? Ah! quomodo omnes iſti frement corde, & mente obſtupeſcent, videntes infinitam potentiam & ineuitabilem ſententiam illius, quem viuentes vnà cum eius Euangelio & Eccleſia, & eiuſdem Apoſtolis, omnibuſque eius fidem ac doctrinam profitentibus, ludibrio habuerunt! Quali tum, & quàm horribili hominum facies

Digitized by Google

perfundentur rubore, & confuſione cooperientur? qualis contrà, & quàm ineffabilis Chriſti apparebit potentia: qui paulò antè tam pauper, tam humilis, tam contemptibilis iudicabatur, & habebatur à filijs hominum! Agedum, lector, perpende quanta erit animabus ſanctis cõſolatio videre eum, quem tam ardenter amârunt, cui tam diligenter ſeruierunt, & quem tam ſinceriter adorârunt; videre inquam tantâ præditum potentiâ, tam amabilem ſanctis omnibus, & è contrario tam formidabilem damnatis? Illud etiam eorum augebit lætitiam & conſolationem, quòd omnes vtriuſque mundi creaturæ rationales in fidem tutelarem eius infinitæ Maieſtatis ſe committent, & clientes perpetuos ſe profitebuntur.

XI. S. Martinus ſolo crucis ſigno armatus integrum non formidabat exercitum: tantum armis & potentiæ Chriſti Domini & Magiſtri ſui tribuebat! Sancta Clara ſola, diuino tantùm Euchariſtiæ Sacramento munita integras militum legiones, monaſterij ſui muros iam iam aſcendere & deijcere incipientes, pedem retrò ferre coëgit. Tantùm fide-

bat

bat illa bonitati ſponſi ſui IESV! S.Paulus omnes potentias creatas ſolo IESV nomine armatus ad certamen ſecum incundum prouocabat; Sanctus autem Antonius omnibus omnino infernalibus potentijs offert bellum, prouocat ad pugnam, ſolus abſque ſuccedaneo, ſolius IESV amori confiſus. Deus bone, quantam oportet ineſſe potentiam huic *de tribu Iuda Leoni?* huic Samſoni? huic Dauidi? huic giganti libero ab omni timore, nullum habente ſibi parem? quandoquidē ſola eius vmbra, ſolum nomen, & ſolum ſanctæ eius crucis ſignum diſſipat omnes mundi conatûs, perfodit, ac e medio tollit ipſos montes, qui eius potentiæ, eius inuiolabilibus decretis ac ſtatutis obſtaculum obijcere videri poſſint? quid S. Petrus ſolo ſcipione armatus, & vili ac lacerâ tunicâ amictus, ingrediens Romam (vbi Reges ac cæteri terræ principes in oculis Cæſaris captiui detinebantur) animo poterat voluere ac prætendere? Interim dici poteſt cū veritate quia ita eſt, quod munitus ſolâ Magiſtri ſui potentiâ, olim aut in ſe, aut in ſuis ſucceſſoribus futurus ſit illiuſmet vrbis dominus, & vices Dei gerens ſuper ter-

ram. Quid D. Paulus ſtaturâ puſillus, & corpore ſatis contemptibili poterat ſperare ſtans ante omnes ſenatores velut totidem Reges Areopagi? quid coram ſenatu Romano, cui præſidebant Imperatores? quid cōpârens coram alijs mundi magnatibus & abſolutis terræ Dominis? Et tamen interea videmus quòd ſolo IESV nomine armatus, quæ animo deſignauit, perficiat, dum in animis ac cordibus OPTIMATVM mūdi, glorioſum crucis Chriſti trophæū plantat, eoſdemq́ue vel citò vel tardè Chriſto lucratur; eſto, capite & vitâ id ei fuerit comparandum. Quid & alij Apoſtoli per diuerſas, easq́ue apprimè barbaras mundi Monarchias diſperſi, & nudi ab omni exteriori ſplendore, qui apud homines ſolet, & poteſt conciliare auctoritatem, ſperare poterant? Quid? nónne hoc videtur medium magis idoneum quærendo carnifici (qui tibi caput à ceruicibus reſecet) & lupo (qui te deuoret) quàm plantando fidei Catholicæ trophæo? Interim, non exiguo vitæ ſuæ periculo idola & idololatras proſternunt, & omnes inferni poteſtates, mundiq́ue Tyrannos, aut Chriſti iugo ſubmiſerunt, aut de ijs
mo-

morientes triumphârunt. Vnde plerique eorum, quibus cum agebant, vt Pharao olim & Nabuchodonoſor dicere cogebantur: *digitus Dei eſt hic: & paueant omnes Deum Danielis. Deus eſt, qui loquitur per hos homines propemodum omnipotentes; eſt diuina eius manus, quæ patrat opera, quæ exſuperat omnem potentiam humanam.* Quin & totus mundus, audito auguſtiſſimo IESV nomine, ore prędicatorum prolato, contremiſcit.

XII. Quis vnquam (quod alibi dixi) audiuit vnum è Regibus Orientis ex eo, quòd exiguo oleo, ex certis quibuſdam terræ vermibus expreſſo, & in ollas teſtaceas infuſo; nec non ſuo nomine ijſdem ollis inſculpto, portas quarumcunque ciuitatum (etiam earum, quæ nullâ vi humanâ expugnari poſſe credebantur) penitus peſſundabat, ac in flammas cineresque redigebat, omnipotentem ab hominibus æſtimatum fuiſſe? Hoc autem modo rem iſtam gerebat: contrà portas ciuitatum, dictas ollas iaciebat, quæ continuò in partes diſſilientes, ſuo caſu atque fracturâ portas oleo aſpergebant. quod oleum, vbi effuſum erat, in momento ignem concipiebat. Ignis au- Maiol. Colloq.

tem ille eiuſmodi erat naturæ, vt omnia & conſumeret, & tantò magis creſceret, quantò plus aquæ ad eum extinguendum affunderetur. Vnde, quia malum hoc humano carebat remedio, ciuitatem hoſti Regi tradere oportebat, & acclamare, VIVAT REX, & NOBISCVM Cant. 1. FACIAT MISERICORDIAM. Notum eſt IESV nomen vocari OLEVM EFFVSVM, & balſamum expreſſum ex eiuſdem humanitate. Quam vocat ipſe vermem terræ. IESVS nomen hoc ſuum, & balſamum effundit in corda ſuorum Apoſtolorum, eos mittit per vniuerſum orbem, eos iacit & confringit, quia eorum nullus eſt, qui non aliquo ſuppliciorum genere fuerit conquaſſatus, quique (ſi vnum Ioannem Euangeliſtam excipias) manu carnificis vita hac mortali non fuerit priuatus. Nónne nomen hoc, oleum hoc, ſermones & prædicationes iſtorum confractorum vaſorum tantos per vniuerſum mundum igñes excitarunt, vt omnes, (ſuauiter tamen) coacti fuerint clamare, & dicere: VIVAT IESVS; coacti item, dicto modo, omnes amplecti eius fidem; quin & diuinæ atque ineffabilis eius charitatis igne accenſi, ad

flam-

Digitized by Google

flammas lethales pro gloria eius nominis ſubeundas paratiſſimi fuerint.

XIII. Nulla me, Lector, afficit admiratione diuiniſſimi Samſonis, id eſt, Chriſti Domini potentia: is enim *appendit tribus digitis molem terræ*; Et quicquid lubet, agere valet: ſed quod me obſtupeſcere facit, eſt, quod cum omnia poſſit, non poſſit tamen, neque diffringere, neque attrahere ad ſe, neque ſubijcere ſibi cor meum. Aſſidue ſiquidem recalcitrat, & nunquam perfectè obtemperat ſuauiſſimis eius Imperij legibus. Ah! quoties copioſas profundens lacrymas hanc Eccleſiæ orationem recitaui? *noſtras rebelles ad te compelle voluntates. Mi Deus, tuo vtitor iure & poteſtate, & huic voluntati perduellionis proli peſſimæ, vim inferto, tibiq́; penitus eam ſubijcito.* Grauiſſimum quod putem accidere poſſe homini in hac vita, eſt, non eſſe penitus CHRISTI MANCIPIVM. *Quibuſdā parcit Roma in pœnam*: id eſt, Roma quoſdā populos nō vult hîc & nunc cogere, nec in ſuam redigere poteſtatē: & hoc ipſum in pœnam, quia nimirum non iudicat eos dignos, qui ſubſint ſuo Imperio, quique ſuaues ac prorſus amabiles ſuas experiantur leges. Ah! quàm vereor,

Iſa. 40. v. 12.

vereor, ne corda noſtra ſimilem mereantur, & experiantur aliquando pœnam, dum (vt ea poſtmodum caſtiget) ad officium non cogit, ſed ea ſinit perniciosâ frui libertate. O! quàm felix illa eſt anima, quæ plenè ſe IESV tum potentiæ, tum legibus ſanctiſſimis ſubijcit! quæ IESV mancipium volens & lubens ſeſe conſtituit, quæ aliam gloriam, aliam potentiam non quærit, quàm gloriam ſui Saluatoris, & perfectam executionem ſanctiſſimæ eius voluntatis!

CAPVT XXII.

Defenſio IESV Chriſti aduerſus & contra omnes eius inimicos, figurata per Ezechielem inter ſcorpiones commorantem.

TOTVS animo exardeſco, & hoc contra cœtum & congregationem *malignantium* & *ora loquentium iniqua*: qui nullum faciunt finem euomendi venena contra Chriſti Domini innocentiam. Et quia nequeũt amplius quicquam attentare, & velut mordaci dente

Digitized by Google

dente dilacerare diuinam eius perſonã; ideo totam ſuam choleram vti tigris quæpiam, exonerant contra eius vmbram. Videor mihi videre Ezechielem, *in medio ſcorpionum.* Et *tu fili hominis cum ſcorpionibus habitas*; vel Danielem, *in lacu leonũ* dentibus ac vnguibus præſentem mortem minantium; vel potius quod dicit S. Marcus: *Et erat IESVS cum beſtiis in deſerto,* &c. quaſi diceret, imò dicit, Dominus exiſtens in ſolitudine nudus ab omni conſortio humano, ab infinitis inuadi poterat feris. Videmus enim innumeros hæreticos, qui omni ex parte ſine vlla intermiſſione horribilibus eum blaſphemijs inſectantur, bello crudeli perſequuntur, & ſanctiſſimi eius nominis gloriam, læſæ diuinæ eius Maieſtatis rei, exterminare conantur. 2. 6. Mar. 1. 13.

I. Amor, quo dulciſſimum IESVM proſequor, abundè ſatis mihi ſuppeditat armorum ad ſe contra omnes defendendum. Vnde primus ego me velut ſcopum pono, & ſcutum oppono contra omnes eos, qui infelici auſu præſumunt eum impetere & inuadere. Te, Lector, vt mihi aſſiſtas ſecundarius, oro, quò confidentius, te commilitione, in arenam deſcen-

ſcendam. ſi amor, non ſordidus ille, qui (CVPÎDO nuncupatur) ſed diuinus, arcum ſuum vnà cum ſagittis, brachijs & alis accommodârit (nam animus & voluntas eius iam noſtra ſunt) crede futurum, vt, antequam pugnæ finis imponatur, omnes ſcelerati hoſtes diuini amoris terram mordeant, deſperatione crepent, & eorum lingua, animis repugnantibus, clament elatâ voce. VIVAT IESVS, QVIA VICIT IESVS. Verùm antequam impreſſionē in eos faciamus, ſine, dicam venerabilem illum tum annorum numeroſitate, tum morum integritate, comprimis rationi conformiter tenentem in vlnis ſuis IESVM, de eo dixiſſe, quod *poſitus erat in ſignum. cui contradiceretur*. Quod eſt dicere. hic IESVS, qui ſuo me dignatus eſt (antequam *ingrediar viam vniuerſæ carnis*) aſpectu, eſt velut ſcopus quidam, in quem vndique denigrata liuore animorū adeo crebra torquenda ſunt iacula, vt nullus in illo amplius pateat vulneri locus; eſt velut ſubiectum infinitarum contradictionum; nec non obiectum oculorum omnium baſiliſcorum, omniū linguarum vipereo morſu intoxicatarū, omnium malignorum ſpirituum, qui
iam

iam infernum vel promeruerunt, vel ex ipſiuſmet profundiſſimis inferni abyſſis egreſſi ſunt, ad eum oppugnandum. ſed munitus Deo, eiuſque armis protectus impenetrabilibus, omnium Angelorum præſidio vallatus, & IESV amore animatus, nullas omnino, ſint quantæcunque velint, aduerſariorum vires pertimeſco. Ego, IESV mihi aſſiſtente, eos omnes, qui eò inſolentiæ deuenerint, vt audeant eum aggredi, aut vel pilum vnum ex eius tunica inconſutili & immaculata detrahere; vel denique decori infinitæ eius gloriæ labeculam aliquam inducere, proſternā, & proſtratos cum terra transfodiam.

II. Primo loco omni iure poſſet benigniſſimus Dominus proprio ore dicere, quod olim dixit per os vnius è primarijs ſcriptoribus & doctoribus ſuæ Eccleſiæ: *gratias ago Deo Patri, quòd dignus habitus ſum, quem odiſſet mundus.* Et quidem cōforme eſt veritati, *nihil eo eſſe amabilius, quem omnes mali oderunt.* quaſi diceret, nihil amore, nihil admiratione, nihil etiam adoratione dignius eſt, quàm is, quem ſcelerati omnes capitali odio proſequūtur, & nullo loco pacificè ſubſiſtere pa-

tiun-

tiuntur. Quod non poſtrema cauſa eſt bonis, vt Chriſtum dominum ardentiori amore complectantur, dum vident homines omnibus ſceleribus contaminatos ita in vnum coire, & conſpirare aduerſus illum, vt, ſi in eorum eſſet poteſtate, tollerent ex hominum ſocietate. Ecce, quis amabò contra eius diuinitatem, contra humanitatem, contra vitæ puritatem, contra Euangelij integritatem, contra eius corporis realitatem, contra animæ ſanctitatem, contra eius prædicationem, & denique contra eius perſonæ dignitatem aliquid vnquam attentauit, & non eſt confuſus? Principiũ ſumamus ab inſaniſſimis ac veneноſiſſimis Draconibus, qui vnquam in Eccleſiæ paradiſo ſibilârunt. Hi autem ſunt Arriani, qui veluti recèns exorti luciferi, conati ſunt æternum verbum è Patris ſinu tollere: dum eò impudentiæ ac impietatis deuenerunt, vt eum, filium ſcilicet Patri conſubſtantialem, coæternum, & per omnia æqualem negare non vereantur. Megíſne homines audaciſſimi inſanire potuerunt, quàm inſanierunt ſurripiendo ei diuinitatem, de gradu ei iure naturali debito deijciendo, & ex conſequenti, diui-

diuinum ac æternum diadema de capite abſtrahendo? Et quidem ipſiuſmet Chriſti (quæ apud D. Ioannem dixit) verba pro ſuo habebant fundamento: *Pater maior me eſt.* Quod ipſe de ſua enunciârat humanitate, homines malignantis naturæ applicabant diuinitati. O homines ſceleſti! Qui Deum oppugnandum aggreſſi ſunt! ſed cui fidem dabimus? Antichriſtóne Arrio? an patri æterno dicenti: *hic eſt filius meus dilectus*? imò ipſimet filio, qui dicit: EGO ET PATER VNVM SVMVS? Quid? ſancto Paulo fidem denegabimus, qui ad ad tertium vſque cælum raptus eum vocat *ſplendorem gloriæ, & figuram ſubſtantiæ eius*, id eſt Patris: quin & ipſiuſmet *Patris ſubſtanriam & magnitudinē* infinitam, ſicut & *Verbum æternum*? Vnde omnes Patres, qui vel ſcripſerunt, vel prædicarunt de Chriſto, audientes latrantem iſtum cerberum, & videntes atrum moloſſi iſtius vomitu eiaculatum contra Chriſti diuinitatem venenum, quantùm viribus valuerunt, tantùm conati ſunt extollere verbi æterni diuinitatem; & tam alta ac ſublimia de ea dixerunt, vt de ea nihil altiùs, nihil veriùs dici ab vllo poſſe videatur.

uiſſimum iſtius roſæ cæleſtis, quæ incomparabili ſuâ fragrantiâ vniuerſum replet paradiſum. *Si mihi non creditis*, inquit manſuetiſſimus iſte Agnellus, *operibus credite.* Quaſi diceret: certè ſi oculos cordis à maligno humore immunes & expurgatos habetis, facile videbitis neminem iſta facere, quæ facio, & tali modo facere poſſe, niſi ſit Deus. Facere, vt mors generet vitam, vt infernus ad minimum verbum obtemperet illud proferenti; vt omnes cacodæmones, audito perexiguo mandato, diffugiant: facere omnia, poſſe omnia, nihil eſſe difficile, aut impoſſibile, quid vobis videtur? eſtné hoc opus puri hominis, an eius, qui eſt Deus & homo ſimul?

IV. Malunt canes tota nocte velut in rabiem acti, incredibili tum ſuâ, tum audientium moleſtiâ latrare, quàm pati lunæ pulchritudinem, & ſitum eius eorum captu celſiorem. Nec minus ægrè ferunt, quòd medias inter tenebras, iactis in aſpectum clariſſimis, & velut argenteis radijs, quaſi noctis findat medium ſummâ cum totius naturæ admiratione. Quò ea, ſcilicet luna, maiori ſeſe eorum oculis obijcit pulchritudine, eò moloſſi

qui ſecare tentat vnam Dei, & Chriſti perſonam in duas, ſummè abhorruerũt, & maligni iſtius Spiritûs errorem euidenter tum verbo, tum ſcripto demonſtrarunt. Non capiebat ſtupidus ille Spiritus, quî dici poſſet, DEVS EST CRVCIFIXVS: Verùm Sancti omnes perbellè id capientes, elatâ clamabant voce: *quantò vilior eſt malis, tantò bonis eſt pretioſior & charior*. O quantò ſapientiores fuerunt illi, qui veritati comprimis conſentaneè dixerunt: *Chriſtus eſt compendium admirandorum omnium & ſpeculum*. Quod idem eſt ac ſi diceretur: *Chriſtus eſt epitome omnium mirabilium, & quadam coaceruatio ac collectio diuinitatis, floris, & eius omnis, quod pretij & valoris alicuius eſt in noſtra humanitate*. Audite D. Chryſoſtomum clamantem: *poterátne mittere Spiritum ſanctum, ſi Deus non fuiſſet?* Ecquis poterat facere hominem Deum, niſi ipſe Deus, qui ea de cauſa factus eſt homo? Ecquis hoc poſſet, niſi ipſemet eſſet Deus? S. Bern. Tertull. S. Auguſt. S. Hilar.

V. Quid dices de Hæreſiarcha Mane? Hic ſpiritus Lymphatus, & Luciferi frater natu minor, tantæ fuit dementiæ, vt diceret IESVM non eſſe verum Chriſtum in lege & prophetis promiſſum; ſed ſe,

Digitized by Google

quem coram præſentem homines loquentem audiebant, eſſe verũ Meſſiam, & promiſſum in ſacris litteris Chriſtum mundi Redemptorẽ. Vnde vides qualiter vnus diuinitatẽ, alter humanitẽ velit Chriſto benedicto eripere. Hic autẽ fanaticus ſpiritus vtrumq; ſimul & ſemel vult illi tollere, & eius ſe loco ſubſtituere. Vt autem ſuæ hæreſi colorẽ induceret, & fidem aliquam conciliaret, innumera hinc inde adumbrata & fuco tecta collegerat argumẽta, quæ totidẽ erant ſacrilegia. Antichriſtus eodẽ prorſus modo, quo hic cacodæmon procedet, & non ſuſtinebit alium, quàm ſe, eſſe Chriſtũ, cùm ſolus & verus ipſe ſit Antichriſtus; iuratus hoſtis omnis diuinitatis. Nihil ita odit bufo, quàm id, quod ſe pulchrius apparet: vnde illud lethifero ſuo halitu intoxicare omnibus modis conatur. Quin & putidæ beſtiolæ, ſimulatque aduertunt primos orientis ſolis radios, in ſyluarum ac nemorum denſitate (quod eum, ſolem ſcilicet, nequeant dilacerare ac deuorare) tamdiu ſe abdunt, donec ſtellæ velut miniſtri quidam coram principe ſuo ſtantes ordine, ſolem ſalutent colantque; nec non in eius lumine, o-

omnis

omnis pulchritudinis fonte, ſe contemplentur. IESVS mundi ſaluator apertè ſatis oſtendit, an ipſe verus Chriſtus eſſet, necne: quando duabus ſolùm prolatis voculis: EGO SVM, retrorſum ſuper terram integram cohortem militum corruere fecit; quando duabus alijs: VENI FORAS, Lazarum è ventre mortis extraxit; quando vno oculorum ictu hominem integrâ dæmonum legione obſeſſum liberauit; quando denique in montem latus à dæmone duobus hiſce verbis: VADE SATANA, eum vnà cum omnibus tenebrarum poteſtatibus confuſum à ſe abêgit.

VI. Audiréne quis poteſt Sabellium, Tigride & Pantherâ crudeliorem, & ira nō diſrumpi? hic ſceleſtiſſimus omnium mortalium cum nequiret Chriſti perſonam dilacerare, eius inuaſit imaginem, & in mille partes diſcerpere conatus eſt. Docere enim homo inſolentiſſimus auſus eſt Chriſtum quidem eſſe Deum, ſed quemadmodum eadem natura communis eſt, & vna Patri & Filio, ita perſonam eandem eſſe communem, & vnam tantùm Patri & Filio. Quo admiſſo ſanctiſſima Trinitas, omni aliàs cultu adoran-

da, tollatur neceſſe eſt, filijque incarnatio eſt penitus eliminanda. Quid multis? Vniuerſa Chriſtianæ Religionis myſteria in nihilum recidunt. Quin & tota fidei ſtructura ad ruinam extremam redacta funditus conuellitur. Verùm, prudens Lector, cui malis fidem adhibere, infernalíne iſti Draconi, an Apoſtolo, Paulo, qui hominibus in terra degentibus prædicauit, quòd in cælo vidit & didicit? Hic eum vocat *ſplendorem gloriæ Dei,*
Heb. 1. S. Chryſ. Hic Dion. *figuram ſubſtantiæ Patris, portantem omnia verbo virtutis ſuæ.* Quod idem eſt, ac ſi dixiſſet Chriſtus eſt totum decus gloriæ Patris, eſt viuens figura ſubſtantiæ eiuſdem Patris, perſona Trinitatis ſecunda, æqualis primæ; Deus *qui tribus digitis appendit orbem vniuerſum*; Homo Deus, Deus homo omnipotens, ſpeculum in quo eſſentialiter videtur Pater, & hypoſtaſis ſimillima Patris hypoſtaſi, filiatio æqualis Paternitati, & vt dici ſolet, alter ipſemet. Dico alter, ratione perſonę filij diſtinctę à perſona Patris. Ipſemet autem, quia eadem vtriuſque perſonæ eſt natura & ſubſtantia. Et hi ſunt diuini ſplendores, qui ex ſe eiaculantes vehementiores radios, quàm vt ferre potuerint oculi iſtius bu-

fonis

ſonis Sabellij, penitus eum excœcârunt; ſunt ſplendores, qui omnium bonorum corda amoris igne accendunt, vt tantò ſincerius ament, adorent, ac omni obſequiorum genere proſequantur VERBVM, quantò magis malignæ iſtæ animæ conantur illud de ſuo throno ac gradu detrudere, & gloriam eiuſdem tenebris obruere ſempiternis.

VII. Non hic opus eſt reſponſo, ſed inferno ad puniendam blaſphemam temeritatem maledicentiſſimi, hominiſne dicam an cacodæmonis? Hermanni Riſſuich: qui benigniſſimum IESVM accuſat, quòd cauſa fuerit mortis tot innocentium infantium, tot tenellarum Virginum, quæ innoxiæ ſanguinē ſuum in eius cauſa profuderunt, tot denique millionum aliorum Martyrum. Vnde tantùm abeſt, vt deteſtabilis iſte, ac omnibus execrationibus, quæ excogitari poſſunt, dignus, Chriſtum adoret tanquam Deum, vt vix loco puri hominis eum reponat. Certè tantis eum inſectatur iniurijs, tot ſacrilega verba ore blaſphemo in eum congerit, vt mea mihi contremiſcat manus præ horrore, nec ea audeam calamo & chartæ committere;

& multò adhuc minus illa commemorare, quæ ij, qui dicuntur Libertini, maledicentiſſimè euomunt in eundem ſaluatorem. O terra! quomodo non aperis os tuum, ad deglutiendas & abſorbendas vſque ad vltimas infernorum abyſſos generationes iſtas viperarum? Verùm cor meum tantò maiora ſumit incrementa, tantoque magis amor meus inflammatur aduerſus Chriſtum Dominũ, quantò magis perfidi iſti fulgorem eius obfuſcare & hebetare conantur. Audi, Lector, & ſi potes fruere delicijs ſancti Auguſtini: *tenerum, inquit, cor meum piè biberat nomen Saluatoris mei. Quicquid ſine hoc nomine eſt, non me totum rapiebat.* quod eſt dicere, nihil cor meum ſatiat, niſi IESVS qui procreat Virgines, qui ꝓducit Martyres, qui ex hominibus terrreſtribus facit Seraphicos, qui denique tam ſuauiter eſt violentus, & tam potenter rapax, vt cor meum nunquam ſolidè conquieſcat, niſi vel nominet voce, vel ruminet mente dulciſſimum IESV nomen. Audi S. Bernardum: *omnia bona ſimul ſonant in corde meo, cùm inſonuerit IESVS.* Quaſi diceret, nihil mihi arridet, nihil placet, nihil me recreat, niſi Dominus meus IESVS: in illo

Lib. 1. Confeſſ.

In Cant.

ſolo

Digitized by Google

ſolo omnes mei reconditi ſunt theſauri. Centies millies malo IESVM abſque Paradiſo, quàm innumeros paradiſos abſque IESV. *eſt enim IESVS paradiſus paradiſorum*: pulchritudo perfecta, gloria abſoluta paradiſi eſt Chriſtus Dominus. Rumpatur inuidia, inſaniat inſania, quantumcunque velit, IESVS erit Deus. Et quidem Deus ſummè amabilis, ſummè & infinitè adorabilis, & dicetur, & quidem cum veritate dicetur, (etiamſi totus ringatur infernus) VIVAT IESVS, & æternùm triumphet creaturarum omnium FACTOR & IMPERATOR IESVS.

VIII. Audio hic aliquot Dracones ſibilantes, aliquos Lycanthropos vlulantes: vnde videor videre iterum Danielem in lacu inter Leones. Apollinaris dicit Chriſti Domini corpus non eſſe ſumptum de Virgineo Beatiſſimæ Matris ſanguine: ſed vel ex pretioſiſſima cælorum parte, vel ſubtiliſſimo elementorum flore. Erat enim, inquit inſanus ille, decentius, vt ex huiuſmodi nobilibus corporibus Deus corpus ſibi fabricaret, vt ſolent Angeli, quàm vt in ſanguinem & ventrem vnius fœminæ ſeſe immergeret. Illud enim non indecens, hoc autem

prot-

prorſus indignum Deo eſt. Non oportuit, clamant ſpurciſſimo ore Manichæi, Deum ſuam diuinitatem talem in modum ſanguine humano conſpurcare. Accepit ergo, non negamus, Deus corpus, ſed quod ſibi confecit ex aëre, quòd longè illi erat honorificentius, quàm ex homine. Adde quòd in tali aſſumpto corpore futurus ſit impaſſibilis, vti eſt ſanctus Michaël, vel alius quiuis ex ſpiritibus beatis, quando aſſumit corpus aëreum, aliqua opera viſibilia circa hominum œconomiam effecturus. Iuxta inſanum hunc ratiocinandi modum, phantaſma potius eſſet Chriſtus, quàm homo. Adde quòd vniuerſa Incarnationis œconomia abiret in fumum eodem momento, quo corpus hoc euaporaret, & ſe reſolueret in aërem, ex quo erat concinnatum & compoſitum. Mahometani & Agareni adhuc inſanius delirant: dicunt enim non fuiſſe Chriſtum, qui mortuus eſt in cruce, qui natus eſt in ſtabulo, qui pannis inuolutus poſitus eſt in præſepio, ſed alium illi ſimilem; & mendacij memores, dicunt redemptionem noſtram ſolùm imaginariè eſſe peractã. ſiquidem non Chriſtus, ſed alius loco

ipſius

Digitized by Google

ipſius ſubſtitutus, morti fuit traditus pro nobis. Atqui hoc modo ſi redemtionis opus tranſactum dicatur, inquiũt homines illi blaſphemi, ab infinitis abſurdis vindicatur, vt, exempli causâ, quòd Deus ſit in crucem actus, in cruce mortuus medius inter latrones, velut eorum dux & anteſignanus. Nota bene, Leo non alio fine blanditur ijs, qui infelice omine ſibi obuij fiunt, quàm vt ad ſe poſtea allectos dilaceret, & mactet crudelius. Maligna iſta Diaboli mancipia, ſpecimen quidem præ ſe ferunt hominis conſeruare & tueri volentis honorem VERBI INCARNATI, ſed dum hoc agunt, omnem honorem Dei Matri debitum eripere, myſterium Incarnationis penitus exinanire; Eccleſiam funditus euertere; omnem charitatis flammam aduerſus homines VERBI INCREATI ac INCARNATI extinguere; ac denique Deo Patri, quòd filium tàm liberaliter nobis donârit, gloriam ſubripere moliũtur. ſed hoc quid eſt aliud, quàm per ſummum ſacrilegium velle Chriſtum Dominum mendacij conuincere, qui innumeris vicibus contrarium aſſeuerauit, dicendo ſe ac nominando filium hominis?

minis? Quî amabò, eſſet filius hominis; ſi ex materia cæli, vel aëris, vel ſimilis cuiuſpiam rei eſſet formatus? Et quomodo ſanctus Ioannes Euangeliſta, qui cæleſtem ſcientiam hauſit in ſinu Chriſti, clamat, VERBVM CARO FACTVM EST? Et quomodo ſanctus Paulus, qui ſimiliter dicit ſe Euangelium ſuum non didiciſſe ab homine, ſed in paradiſo, & in Dei ſchola hauſiſſe, auderet pronunciare, NATVM DE MVLIERE! Quomodo & ſexcenti alij ſimili modo ſimilia enunciarent de Chriſto, ſi non eſſet filius hominis?

IX. Idem Apollinaris quaſi correcturus ſuum errorem, dicit Chriſti humanitatem eſſe particulam abſciſſam è diuinitate ad efformandū corpus, quod ſplendorem ex ſe emittat velut ſol in meridie. Suum fundamentum fodit ex
18.6. pſalmo: *In ſole poſuit tabernaculum ſuũ: In ſole*, id eſt, iuxta eius delirationem, in corpore, quod eſt particula ſolis diuinitatis.
Matth.17 2. Vnde transfigurationis die *reſplenduit facies eius ſicut nix*; reliquo autem vitę tempore ſuum abdidit ſplendorem, & erumpere volentem cohibuit, ac quodammodo ſuffocauit, ne hominum oculos nimio

mio lumine perſtringens, penitus eos excœcaret. Dum hæc homo perfidus & Diaboli aptiſſimum inſtrumentum ad animas perdendas dicit, videri poſſet, ſed cæcis tantùm, quòd vellet reddere Chriſtum venerabiliorem & auguſtiorem; re autem vera vult eliminare omnem diuinitatem, dum eam, quæ indiuiſibilis eſt, diuidit, & in partes diſſecat; vult abolere incarnationem; vult Beatiſſimam Virginem priuare ac ſpoliare diuini & ineffabilis partûs priuilegio ac dignitate; vult ſimul & diuinitatem & humanitatem è medio tollere, & mundum vniuerſum è luce ſplendidiſſima, in tenebrarum chaos, & in horribilem confuſionis abyſſum præcipitare. Sed Sancti longè aliter & loquuntur & ſcribunt, quando Chriſtum Dominum nuncupant fontem bonorum omnium, ſcaturiginem veræ felicitatis, lumen æterni Patris, ſolem Eccleſiæ vniuerſalis, Paradiſum cordis, theſaurum Seraphinorum, Imperatorem hominum atque Angelorum. Dauidis cæterorumque Regum (qui aliud non ſunt, imò vix ſunt, quàm humiles & indigni eius ſerui) ſobolem: & quod caput eſt, verum Dei & Beatæ

Mariæ

Digitized by Google

Mariæ filium, vti verè eſt, nominant, qui ineffabiles duos habeat reſpectûs ac relationes: vnum quidem æternæ filiationis ad Patrem abſque matre, alterũ verò temporalis ad matrem ſine Patre; vtrumque, vt dictum eſt, ineffabilem.

X. Adeſt Balena ad deglutiendum diuinum hunc Ionam. Ea eſt Dioſcorus & maledictus Apoſtata Eutyches, qui dicebant diuinitatem mutatam in humanitatem, illamque in cruce fuiſſe ſuſpenſam ac mortuam. Itáne homines inſani & perditi inſolenter audetis loqui, ſuſpendere & perdere diuinitatem, ſuffocare humanitatem, cælum & terram ac elementa vniuerſa inter ſe confundere? ſunt equidem tum diuina, tum humana natura vnitæ hypoſtaticè, & exiſtunt ambæ in vna perſona, ſed abſque vlla confuſione, abſque vllius eſſentiæ mutatione, abſque eo, quod deſinat Deus eſſe Deus, vel homo eſſe homo. Et in hoc conſiſtit ineffabile incarnationis myſterium. O quanto amore diuina illa profequor ingenia, quæ tam ſublimiter & excellenter loquuntur de diuina Chriſti humanitate? Tertullianus & Damianus vocant *terram promiſſionis*: verba ſunt *caro*

De carne
ſerm. 2.

Domi-

Domini eſt terra promiſſionis. alius hæc illi applicat verba: PARADISVS CONCLVSVS SOROR MEA SPONSA. Id eſt humanitas, quæ velut Paradiſus quidam includit diuinitatem; & alius adhuc longè gratioſius: *paradiſus eſt diuinitatis, vbi ambulat Deus ad auram.* quaſi diceret: Paradiſus terreſtris verbi æterni, vbi in vmbra quieturus ſe collocat; alter vocat *miraculum miraculorum:* hic adiungens dicit: *ſanctum ſanctorum diuinitatis.* ſanctus autẽ Paulus, *locus vbi inhabitat plenitudo diuinitatis corporaliter.* Eſt pretioſum ac ſacrum TOREVMA, in quo recluſæ latent reliquiæ immortales diuinitatis; eſt SANCTVM SANCTORVM fulgentibus vndique margaritis pulcherrimè exornatum, quod Cherubini ſpiritûs cum timore & tremore ſupplices adorant; eſt FLOS & CREMOR omnium miraculorum; eſt CANON OPERVM ſupremi Domini totius vniuerſi, OPVS EXCELSI, res admirabilis. Paucis: eſt id, quod dici non poteſt, ſeu vt dicit Origenes (τὸ ὄν) *id quod eſt.* quod eſt dicere *id eſt, quod totum eſt.* id omne quod intra mille annorum ſpatium (ſi omnium optimo quod vnquam extitit, vel adhuc extabit, ingenio eſſes prædi-

S. Abmroſius.

Hom. in Ioan.

tus) bonũ non enunciare poſſes. Verumenimuero cùm omnia iſta ſummam admirationem & animi teneritudinem pariant, nihil tamen æquè tenerum ac ſuaue eſt, atque id, quod dicit Clemens Alexandrinus, vocans eam *mammillam æterni Patris*. per quam ſcilicet mammillam ſugimus quodammodo eius diuinitatẽ & perfectiones eiuſdem infinitè amabiles.

1. Cor. 1. XI. Diuo Apoſtolo Paulo horrori ſũt tum gentiles, tum Iudæi: illi quidem, quòd vniuerſam vitam & mortem Dei Chriſtianorum dicerent aliud non eſſe, quàm meram ſtultitiam; hi autem quòd eandem haberent pro ſcandalo, & pro re, quam omnes, ſi ſaperent, abominari & deteſtari deberent. Quis enim in animũ inducat ſuum, vt Deum credat hominẽ factũ? ad dira ſupplicia condemnatum? mortem ſubire voluiſſe ignominioſam, vt principem latronum? libidini & rabiei carnificum & totius inferni traditum? ſi Deus eſt, cur ſe nõ defendit? ſi Dei filius, cur ei Pater in tanta neceſſitate non ſuccurrit? Iſta credere, multùm equidem eſt delirare: ſed magis facere; maximè autẽ omnium ea ſuſtinere: Deum glorioſum igno-

ignominioſo patibulo affigi? Deũ velut abiectum mancipium virgis cædi? Deum funibus, furis inſtar, vinciri? Deum vt læſæ Maieſtatis reum raptari? quis aut iſta comprehendat aut ferat? quid ad hæc cæleſtis vir Ioannes Chryſoſtomus, vt innocentiſſimum Dei agnellum IESVM mordacibus ac lethiferis inſanientium tigridum dentibus eripiat, ac à rabie pantherarum iſtarum vindicet, reſpondeat, audi: *Nos inquit, credimus IESVM eſſe omnipotentem Dei virtutem, infinitam eiuſdem ſapientiam, eundemq́; Dei eſſe bonitatem, & inexhauſtum eius diuinitatis theſaurum.* Audi & Tertullianum non modicè indignantem capitalibus iſtis Chriſti hoſtibus. *Vocáſne, inquit, impotentiam id quod agit VERBVM INCARNATVM? putáſne hinc indignum & ſtultum, quòd patiatur Chriſtus Dei filius? dico ego nihil in tota rerum natura reperiri glorioſius ac ſapientius.* Alexander, licet Magni cognomen inuenerit, non poſſidet in mundo niſi vnam glebam terræ; Romani toto cum ſuo dominatu vix alteram; Monarchiæ non ſunt niſi exigua quædã puncta in prouincias diuiſa; earum autẽ duratio non eſt niſi perbreue momentũ; hic autem cruci affixus, quem riſu exc-

S. Ambr. Plin. Seneca in præf. qq. n

craudo horribilibus ſacrilegijs, & enormibus contumelijs excipitis, ille ille eſt vnicus totius vniuerſi Monarcha ac dominus; ille qui imperat ſoli & elementis, qui ſuâ magnitudine pertingit ab ortu vſque ad occaſum, à meridie ad ſeptemtrionem; qui omnia imperia, omnes Imperatores, vt vilia mancipia, vt papiliones, vt abiectos ac fœtidos vermes pedibus ſuis ſubiecit. *Regnũ eius, inquit Tertullianus, vbiq; porrigitur, vbiq; creditur, ab omnibus colitur: vbiq; regnat, vbiq; adoratur, omnibus Rex; omnibus Iudex, omnibus Deus, & dominus eſt.* Eſt *ſol oriens*, quem omnes adorant, ſolus POTENS & DOMINVS, cui omnes reliqui vt ſerui ſubiecti & ſubiugati ſunt. Quicquid ſol oriens ſuis detegit radijs, quicquid naturæ finibus concluditur, ſub eius dominio continetur; Fodinæ auri, argenti, cæterorumque metallorum eius ſunt theſauri; mundus eius eſt domus, quæ in quatuor habitationes ſeu Auguſtalia, Europam, Aſiam, Africam, & Americam eſt partita; cælũ eius camera colore cæruleo depicta; ſtellis ac ſole iucundiſſimè exornata, aër & cætera elementa eius ſunt tapetia; tellus eius terrarum ſola; Angeli eius legati; ſum-

Cont. Iud.

ſummus autem cælorum Deus, eius eſt Pater.

XII. Quid? inquit D. Ioannes Chryſoſtomus, ergóne vos gentiles, vos Iudæi, vos ſordes mundi, & fex hominum, Iesvm Chriſtum contemnitis? Debetis ſcire nihil eſſe magnum, nihil admirabile, nihil diuinum, nihil quod oculos & animos ad ſe rapiat, quàm Chriſtus Dominus. Ita, ita, omnino nulla eſt poteſtas (eſto, præ indignatione, ira, & odio crepet infernus) quæ conferri poſſit, nō dico cum eius potentia, ſed ne impotentia quidem; quippe qui operâ duodecim hominum illiteratorum, idiotarum, totius mundi regna ac Prouincias ſuo Imperio ſubiecerit; qui moriens mortem ipſam mori coëgerit, qui confuſione ſuâ omnes tum infernales, tum terreſtres potentias in ſummam confuſionem & deſperationem adduxerit; quin & ipſam naturam contremiſcere fecerit. Eius crux, quam per contemptum patibulū nominatis, plus valuit in ſtabilienda eius monarchia, quàm omnes omnium mundanorum principum machinæ bellicæ aduerſus hoſtes vnquam potuerint, ſed illud omnem exſuperat admiratio- Hom. in 1. Cor. 1. moral.

 nem,

Digitized by Google

nem, quòd non mandârit prædicari Deũ glorioſum, ſed hominem *Crucifixum*. Neç in hanc prædicationem apertis ſuis theſauris & gazis, aurum, argentum, aut alia precioſa profudit, ſed pretioſum ſuum ſanguinem vſque ad vltimam guttam effudit. Quod maximè humile & ignominioſum eſt in eius ſanctiſſima humanitate; plus habet dignitatis & fulgoris, quàm omnis Maieſtas, omnia diademata Imperatorum, qui vnquam quacunq; in mundi parte hucuſque extiterunt. O magnitudo ineffabilis diuinæ Chriſti potentiæ! qui ignorantia & inſcitiâ duodecim piſcatorum innumeros oratores, terræ ſapientes, Philoſophos celebres, & mundi oracula confudit, qui infirmiſſima infirmitate tot virginum, tot fœminarum, tot adoleſcentum, tot ſenum, tot denique omnis generis hominum, qui carnificum manu ob Chriſti nomen vitam finierunt, ſupremam mundi potentiam in nihilum redegit; idola confregit, templa gentilium diſiecit, eorum miracula obſcurauit, neç non vanitatem oſtendit; qui omne humanum genus ad ſe traxit, qui Eccleſiæ ſuæ regnum ſtabiliuit, qui ad crucem ſuam, ad clauos, ad mor-

mortem,& ad ignominiam cruentiſſimæ paſſionis ſuæ adorandam omnes attraxit. Quid hoc glorioſius dici poteſt? Quis tam eſt cæcus, qui non videat totum mundum eius legibus humiliter libenterque ſe ſubijcientem, & centies millies clamantem, VIVAT VIVAT DOMINVS IESVS?

XIII. Vt ad inſaniam infernus redigatur; humanitas autem Verbi Incarnati tantò magis exaltetur, quantò ſtudioſius iurati eius inimici nituntur illam omni gloria exhaurire: volo hîc adijcere Litanias S. Ioannis Chryſoſtomi: non quidem de ipſius Chriſti perſona (hoc enim fieri non poteſt) ſed de CRVCE, de PATIBVLO, in quo ſuſpenſus ſanctiſſimā Patri reddidit animam. Eas ſpero bonis omnibus futuras periucundas. Moyſen erigentem in deſerto ſerpentem æneum imitabor, & efficiam, vt, quemadmodū eo erecto, percuſſi ex populo ab ignitis ſerpentibus ſanabantur, & ipſi ſerpētes, Num. 21. 9.
qui populum Dei ſuo morſu enecabant, medij crepabant, ita crepet ipſa hæreſis, & ſimul dracones capitales Chriſti, eiuſque diuinæ perſonæ hoſtes. hoc autem præſtabo edendo in lucem, & omnibus

ob oculos ſtatuendo crucem Meſſiæ, radijs gloriæ colluſtratam, & laudum encomijs ei debitis exornatam. En igitur, Lector, de CRVCE Chriſti, non meas, ſed D. Chryſoſtomi Litanias.

1. Spes Chriſtianorum.
2. Reſurrectio mortuorum.
3. Deſperatorum via.
4. Claudorum baculus.
5. Conſolatio pauperum.
6. Refrænatio diuitum.
7. Deſtructio ſuperborum.
8. Pœna malè viuentium.
9. Triumphus aduerſus dæmones.
10. Deuictio diaboli.
11. Adoleſcentium Pædagogus.
12. Suſtentatio inopum.
13. Spes deſolatorum.
14. Nauigantium gubernator.
15. Periclitantium portus.
16. Murus obſeſſorum.
17. Pater orphanorum.
18. Defenſor Viduarum.
19. Conſiliarius iuſtorum.
20. Requies tribulatorum.
21. Paruulorum cuſtos.
22. Virorum caput.
23. Senum finis.

24. Lu-

Digitized by Google

24. Lumen ſedentium in tenebris.
25. Regum magnificentia.
26. Scutum perpetuum.
27. Sapientia inſenſatorum.
28. Libertas ſeruorum.
29. Philoſophia Imperatorum.
30. Lex impiorum.
31. Gloriatio Martyrum.
32. Abſtinentia Monachorum.
33. Virginum caſtitas.
34. Gaudium Sacerdotum.
35. Eccleſiæ fundamentum.
36. Deſtructio templorum.
37. Idolorum depulſio.
38. Scandalum Iudæorum.
39. Perditio impiorum.
40. Virtus inualidorum.
41. Medicus ægrotorum.
42. Eſurientium panis.
43. Fons ſitientium.
44. Protectio nudorum.
45. Thronus Dei.
46. Scala cæli.
47. Porta Paradiſi.
48. Miraculum miraculorum.
49. Cathedra diuinæ ſapientiæ.
50. Aula nuptiarum agni.
51. Paradiſus deliciarum Dei.

52. Tribunal iudicantis.
53. Propitiatorium mundi.
54. Lignum vitæ.
55. Arbor Vitæ æternæ.
56. Gloria Chriſti.

Audienti mihi magnitudinem encomiorum excellentiæ crucis, & centies millies adhuc maiora animo concipienti cor mihi incredibili exilit gaudio; ſed & ſimul mihi euaneſcit anima, auditis tam eximijs ſanctæ crucis Domini laudibus. Age dic, ſi Chriſti patibulum ex ſe aliàs ignominioſum & abominabile, in tantam euaſit gloriam, in quantam credendum eſt animā, eiuſdemq; corpus, & perſonam ineffabilem euaſiſſe! Et vbi latitant perditi illi homunciones, qui eam ſcandalum & ſtultitiam, vel rem Deo prorſus indignam vocitare non verētur? ſed nec maledicti illi, qui referuntur in Euangelio, quiq́ne tam erant inſolētes, vt in ipſiuſmet Chriſti præſentia mille in eum iniurias ac blaſphemias impudentiſſimo ore euomere non erubeſcerent, incaſtigati ſunt prætereundi. Inter alias autem blaſphemias, quas in eum congerebant, hæ non erant poſtremæ. Eum vocabant ſeductorem: SEDVCTOR ILLE

DIXIT,

Digitized by Google

DIXIT, ebrioſum; POTATOR VINI; ſeditioſum; NON EST AMICVS CÆSARIS; Prædicatorem, qui ſeminet diſcordias, & excitet tumultus; DICEBANT ALII, NON EST BONVS, SED, SEDVCIT TVRBAS; receptorem hominum omni ſcelere contaminatorum; AMICVS PVBLICANORVM. Horrendum illud eſt, & denotans hominem ſemiatheum; HIC HOMO NON EST A DEO; ſed & diabolum ac veneficũ nuncupabant: DÆMONIVM HABET, IN BEELZEBVB EIICIT DÆMONIA; blaſphematorem & abiuratorem Dei; AVDISTIS BLASPHEMIAM, QVIA FILIVM DEI SE FACIT; templi deſtructorem, & facẽ ſeditionis: VAH QVI DESTRVIS TEMPLVM DEI? reum læſæ Maieſtatis ſupremæ; REGEM SE FACIT. Innumeras denique huiuſmodi blaſphemias contra eius innocentiam ore infernali, & linguâ maledicentiſſimâ effutiebant. Eheu! quis æquo, & patienti ferat animo tot & tam horribiles, dubio procul ab ipſo inferno profectas voces & blaſphemias, contra diuiniſſimam Chriſti perſonam euomi? Deũ, pro atheo! IESVM pro Dei inimico! Ipſam æterni Patris ſanctitatem, blaſphemiæ, rebellionis & ſacrilegij loco habe-

haberi! O cælum! quomodo tua conti-nere potuiſti iacula, quò minus iſtam, pluſquam diabolicam inſolentiam, vnà cum terra transfoderes? ſed quid aliud norunt Dracones quàm ſibilare? quid aliud baſiliſci, quàm quod intuentur, intoxicare? quid aliud leones, quàm innoxium Agnum dilacerare? Et quid iſti ſanguinarij Herodes, quàm mactare, quàm occidere? Nihil ita ad inſaniam prouocat lupum, quàm manſuetudo agnelli, puri ab omni macula: nihil magis irrîtat potentias infernales, quàm videre ſanctitatem Verbi Incarnati, tot & tantis prouocatam & oneratã blaſphemijs, nihil tamen ad ſui defenſionem adferre. *O hominum opprobrium, ô gloriam Angelorum! ô nouiſsimum & altiſsimum! ô abiectionem plebis, & gloriam Patris!* dicebat quondam Deo deuotus S. Bernardus. Quæ iſthæc eſt tam rara, & tam inaudita permixtio, vt qui Deus eſt & homo, ſimul ſit opprobrium hominum, & gloria Angelorum? Vt qui omnium eſt altiſſimus, viciſſim ſit omnium nouiſſimus? abiectio plebis, & æterni Patris gloria?

O mi-

O mitiſsime Agne, ament te millia millionum corda, adorent & laudent totidem ora omni benedictione cæleſti repleta in omnes æternitates. Angeli & homines, cælum & terra, natura & gratia, gratia & gloria, creaturæ & creator, tantum tibi deferant honorem: quid? tantum? imò centies millies, tantò maiorem, quantò magis perfidi illi tibi detrahere, & immortalis tui nominis fulgorem obſcurare conati ſunt. Et his omnibus coronide impoſita illud ſolùm videtur reſtare: *vt quàm poſſum humillimè te, Domine IESV deprecer, quatenus veniam benigniſsimè mihi digneris elargiri, quòd, cùm ex voto tibi expreſſè nuncupato, aggreſſus fuerim aliquid dicere de infinitis tuis perfectionibus, heu me miſerum!*

Digitized by Google

rum! exhauſtum prorſus meum deprehendam ingenium, cùm tamen, meo quidem iudicio, vix quicquam attulerim, quòd ijs dignum vlla ex parte videatur; vel ſi quid attuli, id nullo penitus modo mea explet deſideria. Vnde mitiſsime Agne, vt meæ ignoſcas imbecillitati, iterum iterumq; ſupplex tuis aduolutus genibus rogo, ſimulq; vt vniuerſis cæli incolis ad humillimam meam petitionem imperes oro, vt te in omnes æternitates adorent, te ſuſpiciant, te totis viribus (quantum licet puris creaturis) Deum ſuum glorifiecnt, Amen, Amen.

IN-

Digitized by Google

INDEX.

A.

ABagarus *captus amore Chriſti.* 119
Abrahæ *ſacrificium & ſpeculum amoris Dei erga homines, & figura Chriſti.* 1.2.3.& ſeqq.
quid de eo dicat Chryſoſtomus. 21
Abras *Græcus quàm fortis.* 452.n.2.
Abuſus *ſacramenti Euchariſtiæ.* 377.& ſeqq.
Achillas *Hæreticus.* 482.n.3.
Actio *Abrahæ & Iſaac qualis.* 31.n.9.
Actiones *exteriores humilitatis Chriſti.* 60.n.1.
Actiones *aliæ.* 260
Adami *pulchritudo & formatio.* 123.n.16.
Adamitæ *inimici Chriſti.* 482.n.3.
Abraham *immolaturus, & Iſaac immolandus ſibi valedicunt.* 28.n.2.
Antiquitas *tres homines admirabatur.* 190.n.6.
Eadem adorabat quandam Azatham. 199.n.5.
Actus *digni admiratione.* 171
Agarenorum *hæreſis & eiuſdem euerſio.* 492.n.8.

Agni.

Digitized by Google

A.

Agnina *pellis frangit lupinam; ea de re pulcher conceptus.* 246.n.3

Amibilem *quæ reddant Saluatorem.* 84. &c.

Amans *non niſi de amato cogitat.* 436.n.5.

Adamas in quo cognoſcitur. 114.n.12.

Adamas amoris, *eſt amor adamantis.* 387.n.11.

Aquila *tyrannus aëris, non rex.* 226

Alexander *quare Magnus cognominatus.* 220

Item cur fleuerit. 461

De Anima *Saluatoris.* 122

Amicitia *quæ vera.* 399

Amor *quid ſit.* 157

De eo quid dicat Plato 159

Amor *Dalilæ interitus Samſonis.* 155

Amor ipſe eſt incentiuum amoris. 408

Amoris obiectum pulchritudo. 87

Rationem amor non admittit. 9

Amor importunus, audax, nihil non exequendum ſuſcipit. 420

Verus nunquam expletur. 422

Amor ſolùm opus habet amore. 416

De boni latronis in Chriſtum. 417.n.7.

Verus, mors ipſius mortis, ſicut & inferni. 431

Quo amandum ſit verbum Incarnatum. 410.&c.

Quem erga Deum habemus, quomodo cognoſcatur. 38.&c.

Amoris Chriſti exceſſus ineffabilis. 151

Amoris generibus quot amandus ſit Chriſtus. 426

Amo

Amoris Christi exinanitio. 61. & 284
Angelus *facierum Dei, quid?* 99. & 161
Angeli nos viſitantes. 123. *an differant ſpecie, vel numero, quàm multi manſerint in cælo amantes Deum.* 427. *Homines amore & gratiâ ac gloriâ eos poſſunt ſuperare.* 428
Animalia *ſacrificiorum.* 230. *quæ viderunt Ezechiel & S. Ioannes quid ſignificent.* 362. &c.
Antichriſti *quæ futura potentia.* 466
aget vt Manes hæreſiarcha. 485
S. Antonij amor in Chriſtum. 436
Appâret ſaluator compluribus ſanctis. 438. &c.
Apoſtoli *reprehenſi à Chriſto, quod ſe vellent vindicare de Samaritanis.* 50. &c. *Irriſi per Iulianum Apoſtatam.* 95. *Iidem ægrè ferentes ſe repulſos à Samaritanis, & ſaluatoris reſponſum ad eos.* 252. *Eorum reſponſum, dum iuberentur apponere cibos ijs, qui ſecuti erant Chriſtum, in deſerto.* 253. *Quâ occaſione illis dixerit Chriſtus. vt eſſent velut oues & columbæ.* 261. *putant Chriſtum inſanire.* 265. n. 5. *mittuntur vt agni inter lupos.* 219. & 239. *Eorum lætitia, Chriſto reſurgente.* 360. *Licet viles, mundum conuerterunt.* 472. & ſeqq.
Apelles videbatur ſua opera deſtruere, cùm ea perficeret. 83
Apollinaris qualis hæreſiarcha. 491
Apollonij Tyanæi ſapientia. 182. 196

A.

Arborum ſapientia in eligendo rege. 227
Arcus cæleſtis *explicatio ex ſcriptura.* 108.*&c.*
quid de eo Climachus. 254.304
Archimedis vanitas. 459
Ariſtotelis ſapientia. 182
Arma Dei domituri naturam. 313
Arriani hoſtes Christi. 480
Arthemiſiæ verificatio de duobus in carne vna 365
Aſſuerus dat ſuas veſtes Mardochæo. 285. *In ſignum magni amoris.* 158
Attributa quæ Patres Græci dant Christo, lege cap. 14. *p.* 88. *&c.* *quæ & Latini Patres.* 305.*&c.*
S. Auguſtini planctus quòd nimis tardè Chriſtum *amarit.* 91
Antiquitas nonnullas illuſtres perſonas magno habuit in honore. 320
Amor Dei erga homines. 158
Ægyptij gaudebant, ſi crocodilus deuoraret ſuos filios. 206.*n* 3.*&* 384
Apparere coram hominibus, Chriſtus id refugiebat. 55 *&c.*
Aſpectus Chriſti quàm efficax. 105
Adoleſcentulæ quantum amârint Chriſtum iuxta ſponſæ ſententiam. 342

B.

Barrabas prælatus Chriſto. 54.74
Bedæ concionanti lapidibus, reſponſum: Amen venerabilis Sacerdos. 198

Beni-

B.

Benignitas rapit cor. 230. *Symbolum illius.* 231

S. Bernardi pulchra quædam de humilitate Chriſti. 48. 55. 59. 72. 80. 81. 82. 85. 86. 323. 325.

Nihil ea acceptius. 491

Beſtiæ regiæ magnanimæ & ſuaues ſunt. 241

fœtidæ autem non ferunt radios ſolis. 473

Benefacere & mala recipere, Dei opus eſt. 211

Bona quæ Deus communicat homini. 167

S Bonauenturæ amor in Chriſtum. 423. 426. 438

Boni cur infinito amore Chriſtum proſequantur. 479

Bonitas Dei & hominum. 486

Bufo quid maximè ægrè ferat. 486

Benignitas: *eius affectus admirandi in Chriſto.* 225. *& ſeqq.*

Bolus delicatiſſimus & pretioſiſſimus totius mundi. 264. n 2.

Beata Virgo Chriſti mater & noſtra: pulcher diſcurſus circa hoc. 420

C.

Cæcus ſanatus à Chriſto. 268

Cantica canticorum continent ea quæ ſpectant Chriſtum. 90. &c.

Cellula Chriſti. 148. &c.

Cananæa mulier canis vocata. 257

Carrus triumphalis Romanorum. 316

Charitas: *non habet ea finem.* 171

Saluatoris. 152. & *ſeqq.*

eadem eſt miraculum miraculorum. 216

C.

Canes latrant contra lunam ; hæretici contra Chriſtum. 472.&c.

Clementia facit vt Deus ſit Deus. 228. &c.

Perſonæ illuſtriores eâ fuerunt præditæ. 235.&c.

Crocodilus Deus Ægyptiorum. 384

Cor eius plagæ magis dolent, quàm corporis. 354

Cor ſolidum nullo caſu turbatur. 10. Humilitas eius eſt regina. 49. Cor amans quam eloquens & potens. 416

Collum ſaluatoris cui comparatum. 93

Cholera: quam cito & facile nos moueat. 278

Certamen Orientis & Occidentis quis eorum plus amet Chriſtum, & eum melius laudet. 280.&c.

Comparatio naturæ & Dei. 112.&c. Humilitatis ſaluatoris & operum Apellis. 84.&c. operis Zeuxis. 115.&c.

Conuerſio boni latronis. 250.n.6.262

Corporis Chriſti excellentia. 123.&c.

Crudelitas dominatur maximè in debilibus. 241

Crucifigere: an Beata Virgo mandante Patre æterno, crucifixiſſet filium. 23

Chriſtus ita profundè deſcendit, & altè aſcendit, vt vltra nequiuerit. 59. 80.n.9.

Chriſtus eſt ſolutio omnium difficultatum. 285

ſtultus ſapientûm mundi. 187.n.2.

Conuiuium, quod exhibet Deus in vita æterna. 169

Chriſtus ibat ad conuiuia, non obſtante quòd aliqui ſcandalizarentur. 266.n.7. figura Chriſti. 286

Con-

Digitized by Google

C.

Contemptûs quæſititi à Saluatore. 133. *quomodo addiſcatur, eos ſufferre patienter.* 134.n.5. *facit hominem ſapientem.* 135. *præferuntur miraculis à Chriſto, mundi contemptûs: neminem contemnere: de contemptu perſonæ, contemptus ipſius contemptûs.* 74.75.&c.

Cogitationes Chriſti quales. 73

Chriſtus vocatur veneficus poſt tot patrata miracula. 217

Ciuitates inexpugnabiles, expugnatæ beneficio olei. 473 261.

D.

Deorum conuentus ad Deam creandam. 289

Dauid: *quæ fuerit origo eius magnitudinis.* 237 *deplorat mortem Abſolonis licet parricidæ.* 23

Delphinus tyrannus piſcium. 226.&c.

Deæ Romæ duæ valdè diuerſæ. 97

Defenſio innocentiæ Chriſti contra eius hoſtes, figurata per Ezechielem. 476.&c.

Deſcriptio perſonæ ſaluatoris. 88.&c. 119.&c.

Deus: quando loquitur tacere debent alij. 5. *dum ageret vt Deus tantùm, homines omnes terrebat, at, quando incepit inter eos agere vt homo, omnes alliciebat.* 312.&c. *neminem deſerit, niſi prius deſeratur.* 248. *nil ſcit recuſare.* 249.255.& *ſeqq. eſt ſpeculum voluntarium.* 113. *eſt ſummus & minimus.* 80.&c. *facit quod homo vult, & homo quod ille.* 298

Digitized by Google

D.

Deus & mundus nunquam bene conuenerunt. 400
Deus plus confert ſacerdotibus in terris, quàm beatis in cælo. 381.&c.
Deus velut ecſtaſi raptus. 153. *is faciens canonem ſuorum operum in formanda humanitate Chriſti imitatus eſt pictores.* 101.102.&c. *an in veteri, an verò in nouo teſtamento ſe reddiderit amabiliorem?* 48. *factus homo, vt hominem faceret Deum.* 158.172. *Eſt in nobis & nos in illo.* 298
Doctores Ethnici cui comparati. 183
Duces exaltati per clementiam. 235.& ſeqq.
Doctrina: *explicatio horum verborum, doctrina mea, non eſt mea.* 65
De donis quæ Chriſtus accepit à Patre. 63
& à Spiritu ſancto. 81
Dolores Saluatoris in Paßione. lege c.16.p.333.&c.
Dexter locus eſt fortunatior. 256
Debiliores ſunt crudeliores. 241.242
Domus Dei: *eius adminiſtratio.* 273 & ſeqq.
Deus ex ſententia Patrum quodammodo extra ſe raptus. 153.&c. *reiterat ſuum verbum, non obſtante, quòd ſcriptum ſit, quod ſemel tantum loquatur.* 4

E.

Eccleſia: *an græca, an verò latina excellentius laudârit & amârit Chriſtum.* 280.305.& ſeqq.
Ego ſum: *quantam habeant efficaciam.* 458.487
Elias qualiter viderit Deum tranſeuntem. 251

Elo-

E.

Eloquentia : *Chriſti, quam eum reddiderit amabilem* 268. & 383.

De eloquentia Ciceronis, Antonij & Hegeſilai. 198

S. Elzearis comitis amor in Chriſtum. 447

Euangelium quid ſit. 259. *quod eius fundamentum.* 148

Euchariſtia per quid figurata. 363. n. 1. &c.

Eutiches maledictus Apoſtata, eius hæreſis. 496

Exceſſus amoris & doloris Chriſti in ſua paſſione. 333 &c.

Ezechiel : *eius viſio, & ſancti Ioannis, de throno & animalibus explicatio.* 362. &c. *dum eſſet inter ſcorpiones, qualis figura.* 476. &c.

Emans : quid eò proficiſcentibus diſcipulis reſponderit Chriſtus. 213. 359

Effigies : *quod Chriſti miſſa Abagaro Regi mendacij conuicerit Ariſtotelem.* 119

Effigies ſeu deſcriptio Chriſti. 88

F.

Faber *quare Chriſtus vocatus.* 126. 134. &c.

Facies : *de facie vel faciebus Dei.* 102. &c.

Filius : *quare ſe Chriſtus nominet filium hominis & non Dei?* 56. *Idiota & faber nominatus ab hominibus.* ibid. *ſtultus æſtimatus à ſuis.* 265

Finis : *omnia finiuntur exceptâ charitate.* 171

Finitum : *eius nulla eſt proportio ad infinitum.* 70

Flagellum in manu Chriſti. 457

Fides in Deum & eius effectus. 174. &c.

Digitized by Google

F.

Fons Romæ admirandus. 89

S. Franciſcus : eius amor in Chriſtũ. 437. 439. *& ſeqq.*

G.

Gallia reportat palmam in laudando Chriſto. 323. *n.* 12

Generoſitas admiranda. 25. *&c.*

Gena Chriſti cui comparata. 92

Gladius Dei. 271. *&c.* *de gladio Iudæ Machabæi.* 465

Generoſum eſt fortiter ferre mortem filiorum. 24

H.

Hæretici inimici Chriſti. 477. *&c.*

Hermannus Riſſuich hæreticus impudens. 489

Herodes humaniter quidem excepit ſaluatorem, ſed intentum non obtinuit, & quare? 58

Hieruſalem : eius ſtupor, dum videret flagellum in manu Meßiæ. 457. *Quomodo intelligendum quod Saluator ſit pulchrior Hieruſalem.* 93. 94

Holocauſtum : quales eius leges. 24

Holofernes raptus ſandalijs Iudith. 103

Homo totius mundi pulcherrimus. 106. *&c.*

Homo præpoſterus & aduerſans Deo. 85

Homo idem facit quod DEVS. 173. *& ſeqq.* *Quid dicatur de eo, qui præſtat ſapientiâ.* 189. 194. *&c.* *Tres homines non habent ſibi pares.* 191. *n.* 6.

Hoſtia : eius ſanctitas, & mira quædam, quæ illi inſunt, & circa illam fiunt. 371. *& ſeqq.* *Multi eam horrent, alij autem eâ abutuntur.* 378. *&c.*

Impe-

Digitized by Google

Imperium voluntarium non niſi clementibus defertur. 231.232. *Quis illud exercuerit in Chriſti Domo.* 274

Inimici Chriſti, & defenſio eius contra illos. c.22.476

S. Ioannes refugit baptizare Chriſtum. 58

S. Ioannes Chryſoſtomus ſtrenuus in defendendo Chriſto contra gentiles & Iudaeos. 499. 501. *eius Litania de cruce.* 504. *eius charitas aduerſus Dominum.* 114

S. Ioannes Euangeliſta vult adorare Angelum. 223 *quid dicat de miraculis Chriſti.* 205

Interrogationes facta Beata Virgini de actionibus filij in adoleſcentia. 141. &c.

IESVS: omnium implebat voluntates. 263. *fleuit amarè.* 265. *Tantus eſt in ſinu Matris, quantus in ſinu Patris.* 325. *Omnibus omnia factus.* 269. *De gladio, quem ore geſtat.* 270 *petit, vt det.* 272. *quæ Eccleſia plus eum amârit.* 280. *Ludit in ſinu Matris. Ea de re pulchrè loquitur S. Bernardinus.* 115. *quam amabilis ob ſuam humilitatem.* 45. & ſeqq. *Item ob pulchritudinem & Maieſtatem.* 87. & ſeqq. *Item ob ſapientiam & eloquentiam.* 177. & ſeqq. *Quot amorum generibus amandus ſit.* 426. &c. *dicit ſe noſtrum ſponſum.* 438. *exceſſus eius amoris ineffabilis.* 151. & ſeqq. *vt nos caſtiget, nos deſerit.* 476. *defenditur contra omnes ſuos inimicos.* ibid. &c. *quòd magis remotus fuerit à Pa-*

Digitized by Google

à Patris excellentia, quam nos ob ipſiuſmet Chriſti. 70. quanta eius ſit potentia. 451. & ſeqq. in cruce fixus quare habuerit dorſum ad orientem. 307. elogia quæ ei dat Eccleſia latina. 307. &c. id quod maximè eum reddit amabilem. 333. &c.

IESVS opus ſummè eminens. 100. de eius corporis conſtitutione & effigie, quam miſit Abagaro. 107. Stupor Angelorum & hominum erat Chriſtus. 289. Deos creat. 290. reliquiarium diuinitatis. 291. Deificatio carnis humanæ. 292. Nomen ſupra omnia alia nomina. 293 plus fecit nihil faciendo, quàm faciendo quidquid facere potuit. 146. n. 6. eius reſponſum ad matrem in nuptijs, & ad matrem filiorũ Zebedæi. 255. ſemel viſus eſt eſſe in cholera. 257. n. 12. Si Deus non fuiſſet, eum homines facere voluiſſent. 230. Totus eſt oculus, Angelus cuſtos cordis; Angelus faciterum Dei. 101. 102. 161. Quare aſcendit ad cœlos. 164. n. 14. repreſentatus per Iſaac. 20. &c. gradus eius humiliationis. 76. &c. quàm ſuauis in verbis. 177. &c. eius actiones & vita manſuetudinis plena. 260. &c. de vltimis eius verbis ante paſſionem. 393. &c. quo amore ſit amandus. 410. & ſeqq. præuenit noſtras petitiones. 165. &c. de vita eius abſcondita & incognita, multùm amabilis ab anno duodecimo ad trigeſimum. 126. & ſeqq. Quid nobis fecerit, dum Deos nos efficere non potuit. 172. &c.

S. Igna-

Digitized by Google

S.Ignatius *Martyr: de eius charitate.* 122. 436

Ignorantia hominum quàm magna. 181. n.3.

Ingratitudo maxima. 218.219.&c. *ingrati, quibus Christus faciebat miracula.* 210.n.5.& 211. n.6.

Iniuria non mouet ſapientem. 194

Iniurijs compluribus affectus Christus quid reſponderit. 267.506.&c.

Ioſue qualiter ſucceſſerit Moyſi. 237

Iſaac *iubetur immolari.* 6.8.9. *quid dicere poterat patri ſuo.* 8. *cur Iſaac nominatus.* 8. *vibratus lethalis ictus impeditus à Deo.* 34. *eius reſponſum ad patrem.* 30

Iudas *reprehenſus à Chriſto ob proditionem.* 246

S.Iudas *interrumpit ſermonem Chriſti.* 395.n.4.

Iudith ſuâ pulchritudine qualiter rapuerit Holofernem. 103. *de eius pulchritudine.* 111. *eius laus.* ibid.

Iudex: *noluit Chriſtus eſſe inter duos fratres.* 77.n.8.

Iudicium *vniuerſale.* 468.&c.

Iudicia Dei incomprehenſibilia. 219.& ſeqq.

Iudæi: eorum infidelitas aduerſus S.Ioannem & Chriſtum. 343. *an poſſeſſi à diabolo tempore paſſionis.* 344.n.7.& 8. *quid dixerint de morte & vita Dei Chriſtianorum.* 498. *eos irridet Tertullianus.* 499.&c.

Iulianus *Apoſtata qualiter irridebat Apoſtolos.* 95. *coactus fuit cedere Gallilæo.* 467

Iupi-

I.

Iupiter: *De eius ſtatua facta per Zeuxem.* 115

Iuſtinianus, quo inſtinctu & fine curârit ædificari templum ſanctæ Sophiæ. 188.n.5.

Iuſtitia Dei. 336.337

Infirmi: *quos Chriſtus ſanauit.* 209.210

Iphicrates quid fecerit vt omnes Imperatores ſuperiores viciſſe videretur. 282

S. Irenæus quid dixerit de verbo incarnato. 283.293

L.

Lapis Dauidis. 465.&c.

Lazarum quam amârit Chriſtus. 266. 383. *Lotio pedum Apoſtolorum.* 170

Leo *non eſt rex, ſed tyrannus beſtiarum quadrupedum.* 226. *Ludit cum agnis.* 232. *de eo quem vidit S. Ioannes horribilem.* 258. *de ijs quos habuit Salomon.* ibid.n.13.

Lilium comparatum Chriſto. 92.93

Litania de cruce Domini. 504.&c.

S. Lucas quare tacuerit Adoleſcentiã Chriſti. 128.&c.

Luna *canes reddit rabioſos.* 472

Loqui: ſolius eſt filij Dei. 180. *ſuauitas eius in loquendo.* 244.&c. *Quam rudes ſimus dum loquimur.* 278

Lapis, *qui tetigit ſtatuam in pede, & confregit, deſignabat Chriſtum.* 455

M.

Magnus: *modus vt quis fiat, & maneat ipſe.* 234 *Et eius poſteri.* 242. *Quis magnus in domo Dei.*

Digitized by Google

Dei. 53. *Quis item maximus.* 71
Gentiles : *quid dixerint de vita & morte Christi.* 498.*n.*11. *Tertullianus & ſanctus Chryſoſtomus eos reprehendunt.* 499.*& ſeqq.*
Germanicus : *eius cor non potuit comburi.* 410
Gloria maxima, materia eſt maxima humilitatis. 82
Gratia Saluatoris quales. 63.*& per multa folia.*
Græci ſuos ſapientes adorabant. 182
Maxilla in manu Samſonis. 465
S. M. Magdalena *videns Chriſtum reſuſcitatum non cognoſcit.* 361. *quam vehementer eum amabat.* 415
Mahometus *hoſtis Christi.* 492
Maieſtas Saluatoris quàm eum reddebat amabilem. 87.*&c.* 456. 463. *n.*6.
Manſuetudo : *eius effectus.* 224.*& ſeqq.* *eâ perſona illuſtres fuerunt prædita.* 234
Manſuetudo Chriſti in verbis. 244.*& ſeqq.*
Manus facit fidem, non verba. 39
Mamillæ Chriſti : *quid de eis dicat ſponſa & S. Ioannes.* 269. *eſt mamilla Patris.* 310
Manichæi : *qualis eorum hæreſis.* 492
Manes : *eius hæreſis.* 485
Mardochæus : *vti Aſſuerus erat natura Rex, ita hic virtute & meritis.* 285
Matrimonium admirandum. 86.154
Matrimonium : *ad virginis pudicæ conficiendum ſuffi-*

Digitized by Google

ſufficit verbum matris, eius conſenſu ſuppoſito: 420. *&c.*
Mathematici *quot grana arenarum requirunt ad implendum firmamentum.* 205. *n.* 2.
Mixtio *diuina.* 319. 508
Memnon: *eius ſtatua quamuis ex frigido marmore incaleſcebat.* 166. *n.* 15.
Mel in ſacrificijs. 231
Mirracula & facies Chriſti. 122. *n.* 16. *poſſunt efficere vt mundus Chriſtum amet & adoret.* 203. *& ſeqq.*
Miraculum quodnam maius, ſanare animam an corpus? 214. *n.* 7.
Miſerabile: nihil miſerabilius quàm videre pauperem glorioſum. 140. *Modeſtia Chriſti, dum vellent eum creare Regem.* 52. *n.* 3.
Monarcha, *quò humilior, eò maior.* 85
Monarcha facilius aſſurgunt clementiâ, quàm fortitudine. 240
Mundus *potentes adorat, neglecto Chriſto.* 461 *Perſequebatur Chriſtum & eius diſcipulos odio immortali.* 399. *eſſet beatus ſi omnes homines haberet parricidas ſimiles Abrahe.* 32
Moriah *qualis mons.* 18
Moyſes, *per quem ſepultus & quare abſconditus.* 230 *quam clemens fuerit.* 235

N.

Natura: *olim velut ſua ponebat rudimenta.* 112
Nero *dolebat quod ſciret ſcribere.* 248

Neſto-

N.

Neſtorius cum ſua hæreſi. 474
Nomen Chriſti omnipotens. 456.467. & ſeqq.
Vocatum oleum fuſum. 474
Nomina admirabilia quæ ſcriptura & ſancti Patres dant Deo. 113. 277. 280. 305. 387. 391. 495

O.

Oleum quoddam facit vt rex quidam orientalis credatur omnipotens. 261. 473. *Pulchra comparatio nominis IESV, quod eſt velut illud oleum.* 474.
Humilitas conſtat quatuor elementis. 73. *Gradus illius.* 76. *n.* 7.
Opus humilitatis Chriſti quodnam fuerit profundiſſimum. 367. *n.* 3.
Opificium *nullum vile, quod Deus inſtituit.* 135
Amor omnis generis inuenit opificia. 159
Obedientia: voluit Chriſtus obedire ad certum tempus 126. &c.
Opera Saluatoris qualia. 341. *teſtabantur illum eſſe Deum.* 473
Oliuæ duæ aureæ apud candelabrum aureum. 275
Opalus lapis pretioſus: eius proprietatas, eius ſimilitudo cum Chriſto. 55. 114. 498
Oratio Auctoris ad Beatam Virginem & Ioſeph. 150
Orator perfectus. 193. *n.* 7. 200. *n.* 10.
Orpheus: *quæ de eo dicuntur ſunt fabulæ.* 284. 227
Oculi Saluatoris comparati columbarum. 92

Pul-

Digitized by Google

Pulchritudo *Saluatoris*. 87. *Beatæ Virginis*. 106

Pulchritudinis *corporalis Adami & Chriſti comparatio*. 123

Pax Chriſti relicta Apoſtolis. 396

Pandora *qualis Dea*, *Pantheon quale templum*. 289. 290.

Paradiſus comparatus rebus humilibus. 200

Paſſio *Saluatoris, quàm eum reddat amabilem*. 333. &c.

Paſcha *quotidiè eſt apud nos*. 390

S. Paulus: miraculum inauditum. 231. *Eius ſuauitas*. 239. *quàm admirabilis in deſcribenda exinanitione Chriſti*. 60. & ſeqq.

S. Paulinus dat ſe in ſeruum pro altero. 171. 285.

Prouocatio complurium ſanctorum contra poteſtates terreſtres. 470. &c. n. 11.

Peccata hominum maximè affligebant Chriſtum. 354

Pictor *non habens parem*. 315. *De eo quem miſit Abagarus ad Chriſtum*. 119. *quid ſoleant facere pictores vt ſua opera ſplendeant*. 109

Patres Græci multa dixerunt de Chriſto, quæ teſtantur eorum amorem aduerſus eum. 280. & ſeqq.

Patrum latinorum eximiæ affectiones aduerſus eundem. 305. &c.

Perſonæ *maximè illuſtres, maximè etiam fuêre clementes*. 234. & ſeqq.

Phaon: *de eius pulchritudine, & de eo quod contigit inter Deos*. 106

Photinus inimicus Chriſti. 482.*n.*3.
S.Petrus: *examinatus à Chriſto ad ſtabiliendam Ecclesiam, & quare quotidie fleuerit.* 239. *quid feciſſet Iuda.* 246. *vult mori cum ſuo Magiſtro.* 393. *Eius aduentus Romam.* 471
Petram dum ſe appellanis Chriſtus quid ſibi voluerit. 79.181.
Poëtæ *ſtulti circa ea quæ ſpectant ad Deum.* 387.*n.*12.
Piſcis *qui deuorat ex ſe genitos.* 270
S.Polycarpus: *Eius amor in Chriſtum.* 431
Pomum vnum fecit nos perdere paradiſum. 177
S.Pappon *Abbas quid reſponderit, dum nimia liberalitas & charitas ei obijceretur.* 280
Potentes *mundi ſimul facere non potuerunt, quod Chriſtus ſolus.* 452
Prædicare: *ad prædicandum quid faciendum.* 145
Prædicatores multi faciunt alios ſanctos, ſe neglectis, dicebat S.Xauerius. ibid *n.*3.
Prædictiones Chriſti omnes rapiebant in admirationem. 185.*&c.*
De præcedentia inter Apoſtolos. 53
Presbyteris *& ſacerdotibus plus Deus contulit, quàm beatis in cœlo.* 367.*&c.* *Eorum potentia.* 383
Prodigus: *Chriſtus ſe comparat eius Patri.* 276
Prouerbium vſitatum in Nazareth de Chriſto. 133
Potentia Saluatoris: eum reddebat ſummè amabilem. 451.*&c.* *Potentiæ hominis quatuor.* 363.*n.*1.
Pythagoras quali in æſtimatione fuerit. 182

P.

Pictor cum nequiret eſſe Pallas ita arte ſe eius ſcuto inſeruit, vt nequiret auelli niſi ipſa Pallas deſtrueretur. 172

Q.

Querela Chriſti quòd à ſe nihil petatur. 165

R.

Ratio *non eſt quærenda, quando mandat Deus.* 9

Raptus *ſeu ecſtaſis eorum qui ſequuti ſunt Chriſtum in deſertum.* 185. &c. *Item SS. Ioannis, Petri & Iacobi.* 96. *Dei aduerſus hominem.* 153. 157. 163. *Turcarum aduerſus ſuum Mahometum.* 111

Redemptio: *Pater dederat filio optionem redimendi mundum per viam honoris, vel opprobrij.* 75

Reſuſcitatio *filij Sunamitidis.* 232

Rigor & ſeueritas. 225. 235. 241

Roboam; *abominatio populorum.* 229

Rex *Orientalis cognominatus omnipotens.* 261. 473

Reges *comparati Verbo Incarnato non ſunt niſi papiliones.* 455

Regina *Saba apud Salomonem.* 179. 450

Roma cur quoſdam populos non dignaretur habere ſocios. 475

Rubertus Abbas de ſcala Iacob. 152

S.

Suauitas maxima Chriſti, quàm amabilem eum reddat cordibus hominum. 105. 224. & *per multa folia ſequentia.*

Sabei.

Sabellius inſolens hæreticus. 487

Sacramentum altaris, *de eo lege caput* 17. p. 362

Sacrificium : *ex carne humana prohibitum.* 19. *in eo abeſſe debet quicquid redolet crudelitatem.* 231

Sapiens : *quis totius mundi ſapientiſsimus.* 182. &c. *Nota veri ſapientis.* 193

Symbolum & inſigne ſapientis. 194. *Sapientes Græciæ.* 178. 182. *Sapientes terræ.* 202. *Sapientia Chriſti quàm eum reddebat amabilem.* 177. *& ſeqq.*

Sancti : *quæ ſit optima pars eorum vitæ.* 132

Salomon : *dicendum de Saluatore quod de eo diceba- tur.* 97 &c. *ille fuit ſapiens ſtultorum.* 179. *n.* 2. *deſiderium eum videndi.* 229

Samaritana recuſat aquam dare Chriſto. 272

Samaritani non intromittunt Apoſtolos, quid ex eo contigerit. 50 &c.

Samſon *perditus ex amore.* 155. *fuit figura Chriſti.* 451. &c.

Sandalia Chriſti admiratur Pater. 103. *de Iudith Sandaliis.* *ibid.*

Sanguis *quòd vna gutta ſanguinis Chriſti ſufficiebat ad redimendos milliones mundorum.* 338

Scriptura *ſancta modeſta in deſcribendo ſacrificio Abrahæ* 26

Scala *Iacob.* 151. &c.

Sara : *quid poterat dicere de morte filij.* 9

Scientia Chriſti : 85. *Scientia hominum & ſa-*

ſapientia in quo differant. 180. Deus ſcientiarum. 464.
Seneca: complura ab eo eleganter dicta de hominis ſapientia. 189.186.195.& ſeqq. de ſuauitate. 228
Senſus interiores humilitatis Chriſti. 60.& ſeqq.
Sermo quem habuit ad ſuos diſcipulos ante paſſionem. lege caput 18. p. 589.
Silentium Saluatoris ab anno 12. vſque ad 30. 126. & ſeqq.
Silentiũ cordis efficaciter amantis quam eloquens. 415.
Sponſa ſexcentis rebus comparata à Salomone. 93
Spiritus ſanctus iaculatur in corda noſtra. 419.n.8.
Eius templum quod ſit. 80
Stabulum: quare Deus in eo naſci voluerit filium ſuum. 119
Speculum ardens. 389. Voluntarium. 283
Stupor nonnullorum, auditis ſermonibus Magnorum. 409.
Summus ſacerdos quid agebat intra ſancta ſanctorum. 184
Sitio: quis eius ſenſus. 335.n.2.348.n.10.
Socrates: quantum ei tribuebatur. 182
Sol non videbatur niſi in Ecclipſi. 56.
Statua admiranda quæ loquebatur oriente ſole. 166.
Stoici ridiculi. 183
Sufficientia noſtra ex Deo eſt. 64.
Superbia pernicies virtutum. 83.
S. Syluanus Abbas quantùm amarit Chriſtum. 112

Ta-

Digitized by Google

Tabernaculum : *explicatio Apollinaris heretici horum verborum* : In ſole poſuit tabernaculum ſuum. 494.
Tacere : *vt bene diſcatur loqui, oportet tacere.* 132. 146. *n.* 4.
Templum *Iuſtiniani & Salomonis.* 188. *humilitatis.* 80
Teneritudo Chriſti. 351. *n.* 13.
Tentare : *Deus neminem tentat.* 2. 3. *&c.*
Terra *promiſsionis ſecundum Tertullianum.* 260. *&c.*
Tertullianus qualis & quid dicat de Chriſto. 307. 311.
Teſtamentum *Chriſti* : *lege caput* 18. *p.* 392. *& ſeqq.*
Traianus Imperator fecit actum humiliationis. 85
Transfiguratio admirabilis. 383. *&c.*
Timor : *magnum ex reuerentia habuit Chriſtus aduerſus Patrem.* 68.

V.

Veneficus æſtimatus ſapiens. 182
Verbum incarnatum: *qualiter amandum.* 410. *&c. quid ſit quod ſuos inimicos redigat ad inſaniam.* 467 *Exceſſus Dei ſummus, eſt Verbum Incarnatũ.* 318 *n.* 9. *Vocat ſe vermem, Ego ſum vermis & non homo, explicatio eius.* 54.
Virtus : *vbi ea maior eſt, ibi etiam maior eſt humilitas.* 83. *n.* 7. *Eius menſura.* 75.
Virtutum cuſtos Angelus quis? 243. *Earum exercitium eſt in humilitate.* 58. *quæ earum mater.* 81. *n.* 4. *de quibus glorietur Chriſtus.* 229. 244.

Virtutes actiuæ & paſſiuæ in quo conſiſtant. 147.n.8.
Virtutes ſimul coniunctæ quale efficiant ædificium. 82
Virtutes abſcondendæ. 144
Vita Chriſti abſcondita: *qualis.* 45. 126. &c.
exterior continua erat humiliatio. 76. quam
eius vita fuerit ſuauis. 262. &c.
Violentia: *ea adhibenda eſt aduerſus Deũ.* 313. 314
Virginitas Beatæ Virginis quomodo grata Deo 81. n. 4.
Vultus *Chriſti.* 97. & *ſeqq. Item* 118. 119. 123
Viuere: *quis modus bene viuendi.* 131
Vnio *Verbi.* 302
Vnio Beatæ Virginis cum Deo. 169. *Diuinitatis cum humanitate.* 172
Voluntas bona Deum placat. 34. 37

Z.

Zeuxis Pictor: *de Canone eius operum, ſeu de perfectiſſimo omnium eius operum.* 115

Laus & Amor Deo Incarnato,
eiusque Matri Virgini.

Digitized by Google

CORRIGENDA.

Errata.	*Correcta.*	*Pagina.*	*Lineæ*
amabo	amato	432.	6
Ad Ad	Ad	481.	14.
Achille	Achilla	482.	4.
cum	eum	246.	9.
commilitione	commilitone	477.	28.
& corde,	è corde	22.	13.
Herodinæ	Herodianæ	58.	17.
Ioan.6.15.	Matth.5.11.	51.	*in margine.*
inquis	inquit	435.	8.
imperanda	imperando	143.	19.
IESVM	IESVS	268.	28.
igniſcere	igneſcere	292.	23.
mulci	multi	354.	28.
Megísne	Magísne	480.	24.
perigrinatio	peregrinatio	185.	21.
pſitum	poſitum	399.	26.
paſſus	paſſurus	343.	11.
quatrupedum	quadrupedum	225.	26.
ſolet	ſolet)	246.	22.
ſeuſatio	ſenſatio	361.	11.
ſidei	fidei	105.	3.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

8-4

Digitized by Google

Digitized by Google